


**THESIUM
PHILOSOPHICARUM
LIBRI TRES AB
OCTAVIO
TURRICELLIO...**

Octavius Turricellius





Briscoe, 1616

copy - complete 14.1.E.27.



Regiæ civitatis Romæ

Vniuersitatis Augustinæ

AL TERIVS SEK

ALTER

OPEM

THESTVM
 PHILOSOPHICARVM
libri tres



AB OCTAVIO TVRRICELLIO
 Patrio Regiensi,
 Collegij Nobilium Conuictore,
 Tutelaribus


S. CATHARINÆ VIRG. ET MART.
auspicijs
 in Academia Parmensi
 Societ. IESV
 ad disputandum
 propositi.

Illustrissimo, et Reuerendissimo
 CLAVDIO RANGONO
 Episcopo Regiensi, et Principi
 dicati

LIBRERIA NAZ.
 ROMA
 MDCCLXXII

14
 27
 18







MO


MO

Illustris. & Reuerendis.

CLAVDIO RANGONO

Episcopo Regiensi, & Principi.


OCTAVIUS TVRRICELLIUS


Patritius Regiensis, Parmensis Nobilium Collegij
Conuictor, felicitatem.

Væ duo præcipua in Ecclesiastico Prin-
cipe Virtutum lumina, quasi gemi-
na in cælo clarissima sydera, omnium
in se oculos, animosque conuertunt;
in DEVM Pietas, & in agendo Pru-
dentia: ea quibus, quantisque in te
radijs, Illustrissime, ac Reuerendissime Antistes,

A a

clu.





MO


MO

Illustris. & Reuerendis.

CLAVDIO RANGONO

Episcopo Regiensi, & Principi.

OCTAVIUS TVRRICELLIVS

Patritius Regiensis, Parmensis Nobilium Collegij
Conuictor, felicitatem.

Væ duo præcipua in Ecclesiastico Prin-
cipe Virtutum lumina, quasi gemi-
na in cælo clarissima sydera, omnium
in se oculos, animosque conuertunt;
in DEVM Pietas, & in agendo Pru-
dentia: ea quibus, quantisque in te
radijs, Illustrissime, ac Reuerendissime Antistes,

A a

clu-

cluceant , & parem tibi ab impari omnium ordi-
num conditione animorum propensionem obseruan-
tiamque concilient ; tenuitatis meæ non est pro rei
magnitudine prædicare . Dicat si potest , & prædicet
Regium , quod iucundissime pariter & fructuosissime
conduplicatæ istius lucis aspectu , ductuque felix , quan-
to eam propius intruetur , & sequitur , tanto in eius amo-
rem , cultumque feruet , inardescitque vehementius :
dicat Italia , quæ vetulissimæ tuæ , nobilissimæque
splendorem familiæ , quo se quoque magnopere illu-
stratam sentit , nouis , quas indicauit , a te auclum , exag-
geratumque gloriæ facibus gaudet : Transalpina
demum Prouinciæ , ac Põlonia in primis dicat , cui tu
superioribus annis Nuntius Apostolicus , summa , &
Pontificis Maximi , à quo mittebaris , & potentissi-
mi Regis , ad quem mittebaris , cum approbatione ,
ac laude , non amabile minus , quam admirabile pro-
digium , Pietatis , Prudentiæque tuæ geminum so-
lem ostendisti . Mihi equidem hoc posse vi-
deor affirmare , quemadmodum in augustissimo il-
lo Solymorum templo , quod sapientissimus morta-
lium Rex ad omnium gentium , omniumque sæ-
culorum inuidiam , ac stuporem , ex summi re-
rum Opificis descriptione tanto molimine condi-
dit , cum frequentissimæ , maximæ , elaboratis-
simæ certis dispositæ interuallis columnæ ad spe-
ciem , vsunque consurgerent ; duæ tamen in ipso
templi vestibulo magnitudine , opera , pretio longe
alijs antecellentes visebantur : Sic plurimas in te ,
maximèque spectabiles Iustitiæ , Magnanimitatis ,
Temperantiæ , Constantiæ , Integritatis , aliarum que
Virtutum veluti columnas attolli , quibus laudem tua-

Quin post errorum fufas è Turve phalangas,
 Mille fimul palmas hic tibi Parma tulit .
 Vnam Pallas amat, fibi propugnacula, Turrim :
 Vnam collifus, quam eremat, error habet .
 Interea tu victis ne fulmina celi
 (Gloria tanta tua est) Turris amica time.
 An capite orta Iouis formidet fulmina Pallas è
 Fulmineum è Turri rideat illa Iouem .
 Quò Turris flammæ furgat fecura trifulca,
 Indiga nil lauri est, fed neque laurus abest .
 An que flare videt fibi mania, fulminet Aether è
 Hoc dignata colunt fydera præfidium .
 Nempe tue, Octavi, Turris sub culmine Afylum
 Aftra etiam, fe fe quo tueantur, habent .
 Ergo age præcipitem quamvis pede fecula pronò,
 Fixa Acuo ridet Temporis illa fugas .
 Nil illi decoris furax fuga Temporis aufert .
 Temporis hic difcit pendula penna moras .
 Hac domitorem Orbis sub Turri frangere dentem
 Difcit edax : domitum frena, famemque feret .
 Huic auido puppim morfu alliget anchora Turri,
 Quifquis agis fophia per freta vafte ratem .
 Olim iactato latè tibi, Turris amicum
 Forfan, & hæc inter fydera fydus erit .



Ad Parmensem Academiam .

Dum Castalios propter fontes
Et fatidicas inter lauros,
Mollia tenera frigora brumę,
Mistica zephyi munitura capio:
Ecce arreētis horrore comis,
Concita multo laurus Apolline ,

Tibi, Parmense exulta Lyceum,
Libro irriguas fundere guttas,
Et facundus vulnere cortex .
Assimulatis veluti labris,
Haud confusis dubitanda sonis
Promere verba .

Otia dudum quid lentus agis,
Ad nictareas resupinus aquas,
Nec Farnesie te parua subis
Cura Palestrę, curus opimis
Laudum spolijs, magnum nuper
Crevit honoris incrementum ?
Nunquid, doctis qua confignes
Fortia desunt pręlia chartis ?
Quis concludat vel perpetuo
Carmine longam Pugilum seriem,
Qui Palladio in pulvere, nobiles
Bellatorum fregere minas ,


Ad Regium Lepidi.



Egales bene nacta notas, Vrbs Incluta, cerne,
Quam se sublimi vertice Turris agat.
Turriculam ne credes, humilem mendacia fingunt
Nomina; sed minus nomine nescit apex.
Hac odit fastus, inulos hoc ridet inanes,
Quoque auras pascunt nomina vana, seruum.
Magnum opus est, celso super aethera vertice ferri:
Maus in exigua posita latere nota.
Illa tuo tibi nata solo se se inserit astris.
Haud vna posthac sidera fronte petes.
Hinc pietas caelo cognatam subrigit Aedem,
Quam nil deserto systerere, VIRGO subit.
Virgo decus caeli, tibi quam vigilare potentem
Plurima Tutricem picta tabella canit.
Hinc validam tibi molitur sapientia Turrim
Acinula, quam sociis cum pietate colat.
Nempe gigantes haec detestata furores,
Nesciet audaci surgere in astra gradu.
Hanc Elephas gestat doctis Octavius armis,
Cui sapiens circum pectora robur inest.
Huic se se Alcidi turrato credit Olympus:
Naturam melior vertice gestat Atlas.

Hic, bellarum deridens ausa Babelis,
 Nil, tam sublimi fronte, superbit apex.
 Insidijs fartam doluit Troia obruta molem:
 Presidijs grauidum dat tibi Turris Equum.
 Si rem consilio malis, quam cernere ferro,
 Ad qua confugas, culmina Turris habes.
 Pene petita polo dubijs oracula rebus
 (Nempe ingens tollit Turris in astra caput)
 Hinc tibi depromis veract Octavius ore,
 Cui nunc turritos Phæbus amat Tripodas.
 Hac plauum de Turre olli Mens ebibit aurum,
 Ceu melior vero facta Ioui Danae.
 Degenerè dudum ferro que duruit, Aetas
 Aurifero flauum ducit ab imbra decus.
 Hæc tibi vicini spondet commercia cæli
 Turris; & arcanas, quot liquat Axis, oper.
 Tunc quid Rhodio posthac concede Culoisso:
 vna dedis Memphis vincere Pyramidas.
 Hæc subit astra tuos ostentatura triumphos:
 Pendula de tanta Turre trophæa canes.
 Erigit una tibi, quot vidit Roma Obeliscens:
 Quotquot spirarunt marmora sculpta acus.
 Hanc tibi fama colit, nidumque in vertice ponit:
 Hic Alis pennas finxerit, græ Tubis.
 Hac diadema suis tibi fert, Urbs Regia, pinuis:
 Regius ille comas in e coronat Apex.
 Aeria dum fronte tibi subit athera, fertis.
 Pene Artadnatis inserit illa capus.
 Hæc nullum Turris lapsu Astianactæa rotabit;
 Hoc patet ad superos culmine Latæis iter.
 Mille tibi Pallas clypeos suspendit ab una;
 Mille reor parmas hic tibi Parma dedit.

Ad Parmense Nobilium Collegium
Allusio ad eius stemmatis Apes,
& inscriptionem,



TANTVS AMOR FLORVM.



*Florilege Veris alumna,
Plurima doctæ cura Mimerua,
Quas Farnesio vagus exerceat
Sub sole labor, cæcula circum
Lilia, grandis, ut mella fauis
Condât, teneris dum libantes*

*Oscula folijs, faciles fertis
Inde rapinas.*

En mellifero nota labori,

Vestra cœnfors una cohortis,

Quæ nec arcos à numerofo ..

Cespite flores, & caelestes

Scintilla rores legit, in alto

Inconcusse vertice Turris,

Jam distentas aperit multo ..

Nictare cellas, tam pratorum

Pandis odoras Apis exuias.

Sic vobis, sic FLORVM semper

Sit TANTVS AMOR.

Ad Philosophiam.

Fulgere te clarum ingenij, Sapientia, solem,
RANGONA hic adsians regia suadet auis.
Nimiram decus ipsa iuam, lumenque, volucrum.
Regina ante fidem, iudiciumque probas.
Aut bellatricem potius petis Alitis artem,
Que tibi Palladio fulmina Martie ferat.

Ad Aristotelem.

Irricula etherijs sublime quod arcibus inserte
Ambitiosa caput muneris omne tui est.
Subdis enim tu celsa humilis fundamina molis,
Lux veri, sophiæ gloria, mentis apex.
Parua quoque erebta se Turris ad ardua fronte
Sydera supposito tollere moræ queat.

Ad Librum.

Securus alta emissus i, liber, Turri,
Quocumque Fama te secunda fert aura.
Non tantam (Et hoc te iuuerit) trahis molem,
Metuenda sunt ut Jeari tibi exempla
Nec degravat quod artifex leui pondus
Minerva pagina addidit, sed assollit.
Aude igitur, aucte stabili peregrinas
Tentare sumptus ætheris vias alis.
RANGONVS Ales, prægnus tibi ductor,
Melior volantem Dædalus reget pennam.

Qui sibi tantum vindice lingua,
Auspice Phœbo peperere decus?
Non si totidem mihi Pindaricę,
Pleno resonent gutture voces,
Quot crispanti nunc gemmascunt
Vertice Bacę, quę concusso
Se se allidunt stipite frondes,
Meritas valeam dicere palmas.

His, Natura nuper domita
Tu ter gemmos adde triumphos,
Quos insigni accerrimus Heros
Cum laude tulit, cuius dudum
Leuis auditis currus habenis,
In Socratici pulvere stadij
Euitata potuit meta,
Paucis eritas signare vias,
Et victorum cumulare decus.
Ecce, ut pelago Turris in alto
Immota sedet, quamuis lateri
Allisa sonent, & nequidquam
Fluctu spument carula cano,
Totis vè ruat Æcolus antris,
Ille frementes imperiosius
Dolenti peritulis equoris undas,
Et Palladij maxima contra
Stetit impavidus flamina Cori.
Ecce, attonitis vè contermina
Culmina cęlo collocat astris,
Et meliori firmior Atlas
Vertice fluidos sustinet orbes.
Hulus ab alto culmine Turris,
Alium victrix Fama superbiat,

*Terque recussis gestiat alis ,
Atque in tanti Pugilis laudes
Datum incipiat animare tubas ,
Datum doceas resonare nemus .
Hanc inerea fontem propter ,
Sinito in doctæ præmia frontis ,
Vertice multo crescere laurum ,
Illi æternum , quò victuris
Ludat circum tempora baccis :*



rum pondus, & moles incumbat; sed duas, quas dixi, præ cæteris admirabiles, quibus celsissimus iste honoris gradus, ad quem tua te merita euexerunt, pulcherrimè, firmissimèque sustineatur, Pietatem, atque Prudentiam eminere. Ad istas ego non Herculeas, sed Claudias columnas post longam trium annorum in Logicis, Physicis, Metaphysicis, quasi in tribus longissimè, latissimèque patentibus Philosophiæ regionibus peregrinationem dicam, an dimicationem, an utramque tandem aliquando consistere, tresque hosce Philosophicarum thesium libros, ceu triplex de Inscitia relatum trophæum, ex iisdem, te annuente, suspendere statui: ut Pietati, Prudentiæque seruire iam discat, quæ humanis omnibus artibus, & disciplinis imperat Philosophia. Quod, ut per te liceat, non mea, quæ nulla sunt, merita, sed tua, quæ maxima est, mihi eue ipsi perspecta sæpius humanitas, & propensa in optimarum artium studia voluntas, facile abs te, uti spero, impetrabunt. Accedit, quod hoc qualecunque philosophicæ doctrinæ specimen à Parmensi Lyceo Societatis I E S V, & Nobilium Collegio eiusdem fidei, curæque commisso ad te affero; cuius tu ordinis Patres cum tanta completaris beneuolentia, dubitare non possum, quin hunc etiam ab eorum institutione profectum ingenij partum iisdem ultro sis benignitatis vlnis excepturus. Sed pluribus te non morabor. Habes, in his tibi dicatis thesibus, obseruantie, habes amoris in te mei exiguum illud quidem, sed debitum pignus. Aspice, & accipe, quidquid id est, consueta tibi, concordique vultus, atque animi serenitate, tum ad cætera tua in me promerita, hoc

etiam maximi apud me momenti futurum adijce, vt
me non dicam tibi addictissimum, sed planè tuum
esse pro certo habeas. Extremum hoc votum est, vt
te præpotens ille author, & moderator Mundi
DEVS, vegeta ista, viridique florentem senectute,
ad Regiensi Ecclesiæ, totiusque Christianæ Reipu-
blicæ vtilitatem, & commodum, diutissimè saluum, in-
columemque tueatur.



D E
PHILOSOPHICIS

T H E S I B V S

Ab Octauio Turricellio Patritio Regienſi,
Parmenſis Nobilium Collegij Conuictore,
In eiuſdem Urbis Academia Societatis I E S V
Ad diſputandum propoſitis,

Diuerſorum ad diuerſos Carmina.

Ad Illuſtriſ. & Reuerendiſ.
CLAUDIUM RANGONVM
Epiſcopum Regienſem , &
Principem

Sub gentilitiæ eius Aquilæ nomine.



*Les, volucri remigio fugam
Qui vincis anni, ſolis, & orbitam,
Eclumque RANGONAE ſubacta
Pandis iter ſuper aſtra F A M A E.
Lucis hibaces huc, age, Delto*

*De fonte pailum ſpecte oculos, ubi,
Pulchri è ſalo ſudoris, vterò
Palladins tibi ſol anbelat .*

Huic docta gaudent quadrijugi vicem
Præstare currus ecce volumina,
Octavianus, que prona ductor
Farneso citat è Lyceo.

Noctis quot albens pagina nigricat,
Tot tacta lucis spicula promicant,
Probante de fulgore sueta
Legitimas vegetare mentes

Hic irretorto fulgida lumine
Carpes ferocis pabula pectoris:
Hic igneos fortem explicabis.
Ad radios sine fraude pennam.

Huic invidarum lumen Appollini
Nulla obsidebunt agmina nubium:
Securus huic vsque occidētis,
Purpureus rutilabis orbis.



T H E S I V M
P H I L O S O P H I C A R V M
L I B E R I .

E X L O G I C I S .



Philosophiæ vestibulum, & quasi Ianuam merito dixeris eam disciplinam, quam alij Philosophiam rationalem ex antiquissima Philosophiæ diuisione, alij modum sciendi ex Peripateticorum Principe Arist. 2 Metaph. cap. 15. alij organum, seu instrumentum disciplinarum, tum ex alijs, tum ex ipso Aristotele, si quod non nulli tradiderunt, suos ipse logicos libros inscripsit organum, alij rationem differendi ex Oratorum primo Philosophorum non ultimo M Tullio in Partitionibus Oratorijs, & alibi, alij magis vsu receptis, tritisq; nominibus Dialecticam appellant, aut Logicam. Ad eam enim primum adeunt quicunq; præstantissimo philosophandi studio capiuntur: in ea diu, multumq; ad omnem definiendi, partiendi, ratiocinandi subtilitatem Philosopho dignam exercentur: per eandemq; ad interiora, & sanctiora quodammodo Philosophiæ penetralia, occulta & abdita eiusdem mysteria proprijs inspecturi admittuntur. Quod cum mecum ipse perpenderem, in eam facile veni sententiam, vt à qua disciplina primum ad secretiorem Philosophiam adicum mihi patefactam fuisse intelligerem, eidem primum in his philosophicis thesibus locum esse tribendum existimarem. Etenim quando ratio, vt cum Christianorum Aristotele, hoc est cum sapientissimo pariter, & sanctissimo viro Augustino lib. 2. de Ordinat. cap. 13. loquitur, ad alia fabricanda transierit, nisi ipsa sua prius quasi machinamenta quædam, & instrumenta distingueret, notaret, dirigeret, praderetq; ipsam disciplinam disciplinarum, quam Dialecticam vocant? hæc docet docere, hæc docet discere. in hæc se ipsa ratio demonstrat, atq; aperit, quæ sit, quid velit, quid valeat: scit scire: sola scientes facere non solum vult, sed etiam potest.

Logica Nomina, & Diuiſiones. Cap. I.



Volunt nomina cogitatio, vt recte inquit Themiſtus 2. Poſter ca 9. in omni inquisitione caput, & origo eſt: idcirco huius diſciplinæ naturam inueſtigaturus, & pro viribus explicaturus, ab ſtudeo nominibus ordiar: inter quæ præcipua, & magis, vt ſuprà indicaui, vitata ſunt Logica, & Dialectica. Sed Logica nomen, quod optimè in illam quadrat, ſubſtantiuè ſumptum, nec apud Ariſtotelem, nec apud Platonem, aut alios antiquiſſimos reperiri multi obſeruant. Nec ratio, ſyllogiſmus, aut demonſtratio logica apud Ariſtotelem, ratio, ſyllogiſmus, aut demonſtratio propria huius diſciplinæ, ſed communis & probabilis tantum, interdum etiam inanis: nec logicè dicere, aut ſpeculari eſt dicere ex præceptis, aut de rebus proprijs huius diſciplinæ ſed ex communibus, aut probabilibus, aut etiam inaniter. Dialecticè autem nomen à Platone quidem in Philoſo acceptum, pro Metaphyſica ſeu Theologia naturali; ab Ariſtotele autem interdum ſumitur pro tota Logica ſeu pro tota doctrina diſſerendi, interdum pro ſola Topica, ſeu parte illa Logica, quæ tractat de ſyllogiſmo topico, ſeu probabili, vt plurimum vero pro facultate quadam ſiſtente à tota Logica, & omnibus eius partibus, cuius facultatis proprium eſt de omnibus rebus probabiliter diſputare. Quare ad ſermonis ambiguitatem vitandam Logica potius, quam Dialecticæ nomine vtetur.

2 In vniuerſum igitur ſumpta Logica diuiditur præcipuè in naturalem, & artificialem in actualem, & habitualem, in docenteſ, & vtentem, in vniuerſalem, & particularem, Logica naturalis nihil aliud eſt quam humanus ipſe Intellectus (de hominum enim Logica loquimur) quatenus poteſt aliquomodo ſcire quo pacto rectè diſſerendum ſit, etiam ſi nullam artis notitiam habeat: artificialis eſt ars quædam reſ collectio præceptorum, quam qui tenent, facile, certaque ratione vident quomodo rectè diſſerendum ſit. Actiualis Logica eſt cognitio ipſa modò rectè diſſerendi, hoc eſt rectè definiendi, diuiden-

di, & argumentandi, ſive demonſtratiue ſive probabiliter, ſive ſophiſtice, hoc enim totum apud optimos etiam ſarinitatis authores ſignificat verbum diſſerendi: habitualis vero eſt habitus, ſeu habitus illa, quam habent, qui hanc diſciplinam, tenent, ad huiusmodi cognitionem facile, & promptè eliciendam.

3 Logica docens, ſeu abſtracta, & auulſa à rebus, quæ nomine Logicæ ſimpliciter prolata intelligitur, eſt quæ tradit præcepta rectè diſſerendi: vt eas vero, ſeu applicata, & concreta rebus interdum dicitur ipſa Logica docens, vt concurrit ad rectè diſſerendum: extra Logicam docenteſ, interdum vero, quecumque diſciplinæ extra Logicam docenteſ, qua iuſta Logicæ doctriſe præcepta diſſerunt, & quæ uis Logica vtens quæ à latinis aptius vitata ſeu in vſum deducta dicitur vtroque prædictorum modorum rectè ſumatur, melius tamen ſumitur poſteriori modo: Traque præcepta quecumque Logicæ expreſſe adducta ab alijs diſciplinis ad aliquid in ipſis probandum poſſunt quidem rectè dici Logica vtens, ſeu applicata rebus: non tamen à parte reſ diſtinguntur à Logica docenteſ, ſed ſunt ipſa met Logica docens, quatenus illa vtuntur aliæ diſciplinæ: adducta autem, ſive expreſſe, ſive tacite ab ipſa Logica ad aliquid in ipſa probandum, non poſſunt rectè dici Logica vtens.

4 Præcepta tamen demonſtrationis, que traduntur in libris Poſter. tacite applicata rebus alijs à logicis non ſolum dicuntur, & ſunt Logica vtens, ſed aliud etiam nomen aſſumunt, dicunturque, & ſunt ſciantia phyſica, ſi applicetur rebus phyſicis, mathematica ſi mathematicis, & ſic de alijs. Ad præcepta ſyllogiſmi topici, quæ traduntur in libris Topicorū, & præcepta ſyllogiſmi ſophiſtici, quæ traduntur in libris Elenchorum, tacite applicata rebus quibuſcuque, ſive ad Logicam docenteſ ſive ad aliam diſciplinam ſpectantibus dicitur quidem, & ſunt Logica vtens, non tamen aſſumens nomen ſciantie Phyſicæ, etiam ſi applicentur rebus Phyſicis, nec Mathematicæ etiam ſi applicentur rebus Mathematicis & ſic de alijs.

5 Nec vero ſola præcepta demonſtrationis tacite applicata rebus ad Logicam non petentibus, ſed etiã præcepta ſyllogiſmi topici,

1
Logica
nomen.

2
Diale.
Dico
nomen

3
Logica
natura
lis. et
artifici
alis.

4
Actiualis,
&

habitu
nomen.

5
Doctri
et viti

& sophistici tacite applicata rebus quibuslibet que, siue ad Logicam doctentem, siue ad aliam disciplinam spectantibus gignunt habitus, ut inter se sum à tota Logica docente, & singularis eius partibus distinctos: nam præcepta demonstrationis applicata, ut diximus, gignunt scientias alias à Logica, præcepta vero syllogismi probabilis gignunt habitum opinatiuum, præcepta denique syllogismi sophistici gignunt habitum erroneum. Neque .n. ad facile, & recte differendum de rebus omnibus probabiliter sufficit habitus illius partis Logicæ doctentis, quæ tradit præcepta syllogismi topici, sed requiritur necessariò alius habitus ab illo distinctus, qui est habitus opinatiuus, & ab Aristotele dicitur Diæctica neque ad facile, & recte de omnibus rebus differendum sophisticæ sufficit habitus illius partis Logicæ, quæ tradit præcepta syllogismi sophistici, sed requiritur necessariò alius habitus ab illo distinctus, qui est habitus erroneus, & ab Aristotele dicitur Sophistica.

6
Vniuers.
falsi &
pariter
latis.

6 Logica vniuersalis à quibusdam dicitur doctrina, quæ traditur in libris Priorum, vbi ostenditur, quid requiratur ad bonum syllogismum in genere, abstracto à materia determinata, in qua fiat: particularis vero, doctrina, quæ traditur in libris Posteriorum, Topicorum, & Elenchorum, vbi ostenditur quid requiratur ad bonum syllogismum in particulari, neque diuisio, sic explicata mala est, modo intelligatur esse Logicæ non adæquate, sed partialiter sumpta ut ex infra dicendis patebit. Aliter ab alijs, & recte Logica vniuersalis dicitur tota doctrina Logicæ quæ potest applicari omnibus scientijs, particulari vero illa tantum, quæ tradit præcepta recte differendi seruanda in definitionibus, diuisionibus, & argumentationibus singularum scientiarum in particulari, nam etiam hæc doctrina, quæ solet etiam dici modus proprius, & particularis procedendi in singulis scientijs, non quidem absolute, sed ex suppositione ad Logicam spectat. Sitamen per modum proprium, & particularem procedendi in singulis scientijs intelligatur ordo doctrinæ, secundum quem hoc prius, illud posterius in singulis scientijs tractandum est, eum tradere in vnaquaque scientia in particulari pertinet ad illam scientiam: in omnibus vero scientijs non nisi ad peritiam, hoc est ad collectionem omnium scientiarum.

7
Inuentio

7 Diuisio Logicæ in Inventionem, seu partem inuentiuam, hoc est rationem inueniendi argumenta, & Iudicium, seu partem

iudicatiuam, hoc est rationem accommodandi argumenta ad propositum cõcludendum, aut eadem est cum diuisione doctentis, & vrentis restricta ad rationem arguendi, aut non magis ad Logicam quam ad aliam quamcumque disciplinam pertinet. Repudianda vero non est, quæ a nonnullis affertur Logicæ diuisio, in artem veterem, quæ continet doctrinam librorum Prædicamentorum, & librorum Perihermenias, quibus addi potest etiam libellus Porphyrii, & artem nouam, quæ complectitur doctrinam librorum Priorum, Posteriorum, Topicorum, & Elenchorum. At alix quæ afferri solent diuisiones in tres partes, vel iuxta tres differendi modos, ad admittendæ sint, ex dicendis infra de Logica subiecto intelligi poterit. Rhetorica tamen, & Poetica non sunt vilo modo partes Logicæ, sed habitus à Logica, & alijs disciplinis distincti, quæ in Rhetorica, ut tradi cõsuevit, aliquid sit, quod ad Logicam pertinet, neque vero Rhetorica, aut Poetica sunt proprie, & presse artes, aut facultates, sed scientiæ, quæ subduntur non solum Politicæ, seu Ciuili, ut non nemo dixit, sed etiam, & multo magis Canonica, & Ecclesiastica, multo autem minus Logicæ pars est Historia.

8 iudi
cium.
8
Ars
iuris, &
gram.
9

9
Rhetori
ca, Po
etica, Hi
storia.

Logica Cause, Natura, Necessitas. Cap. II.

8 **E**fficiens Logicæ artificialis doctentis (hanc enim in posterum nomine Logicæ intelligemus) est intellectus humanus suo tantum naturali lumine vtens; Finis vero non recte dicitur esse Veri, & falsi iudicium, ut Stoici dixerunt, nec de re quauis probabiliter disputare, ut alij, sed dirigere operationes Intellectus. Cum enim tres in nobis sint potentix, quæ modum operandi à natura determinatum non habent, sed indifferentes, & determinatæ sunt ad bene, vel male operandum, intellectus, voluntas, & potentia, quæ dicitur factiua, seu executrix, sicut ad perfecte dirigendas operationes voluntariis inuenta est scientia moralis, & ad perfecte dirigendas operationes potentie factiue inuenta est multiplex scientia factiua, seu ars docens, & architectonica; ita ad

1
Logica
efficiens
et finis.

perfectè dirigendas operationes Intellectus inuenta est Logica.

9 Tres autem sunt Intellectus nostri operationes; prima quæ communiter dicitur simplex apprehensio, ab Aristot. 3. de anima l. 1. i. indiuisibilem intellectus, est illa per quam Intellectus noster rem simpliciter cognoscit nihil de illa affirmando aut negando. secunda quæ communiter dicitur iudicium prædicatiui, vel affirmatio, & negatio, ab Aristotele 3. de anima r. citato, & sequenti, compositio, & diuisio, est illa, per quam Intellectus iudicat vnum de alio affirmando, aut negando. tertia, quæ communiter dicitur iudicium illatiuum, est illa per quam ex notis ignotum inferitur. Quæ operationes ita se habent, vt possit quidem esse prima sine secunda, & secunda sine tertia, non possit tamen esse secunda sine prima, nec tertia sine secunda antecedere, nec solum prima & secunda, & tertia, sed et secunda, & tertia inter se essentialiter differunt, quæ tertia interdum sumitur non prouidendo illatio præcise, sed pro toto syllogismo, de quo infra.

10 Subsistent autem prædictæ Intellectus nostri operationes quinque imperfectionibus, videlicet discutari, quæ agrè cognoscimus; ignorantia quæ vel nullo modo, vel non perfectè cognoscimus; confusione, seu obscuritate, quæ per modum totius sine partium distinctione cognoscimus; innaturalitate, seu permutationi ordinis naturalis, quæ aliter cognoscimus quam natura rei scilicet vt à nobis cognoscibilis est, postulet; & errori, seu falsitati, & deceptioni, quia nobis persuademus esse quod non est, vel non esse quod est, quæ imperfectionum quatuor priores reperiri aliquo modo possunt in omnibus prædictis tribus operationibus, postrema proprie in sola secunda, & tertia. Diffinitas autem, quæ interdum cernitur in prima operatione (quidquid sit de ea, quæ interdum cernitur in sententia, de qua alibi) cum apprehenditur esse quod non est, vel non esse quod est, reducit ad ignorantiam. atque ad has omnes imperfectiones, quantum humano modo tolli possunt, tollendas inuenta est Logica.

11 Difficultas nam ab oib. operationibus intellectus tollitur modo dicto per frequentè vsu regularum logicarum rebus applicatarum; ignorantia per scientias ipsam, regulis comparatissimè vsu per regulas distinctionis, seu diuisionis, innaturalitas, partim per regulas definitionis, partim per regulas diuisionis, & argumentationis, per quas etiam tollitur error, & ita consequenter per Logicam diriguntur operationes Intellectus, quæ indigent di-

rectione. Atque hic est, vt dictum est, finis Logicæ non per accidens, qui etiam dicitur finis extrinsecus, & finis scientis, sed per se, duplex tamen cum sit finis per se, proximus, & remotus; proximus finis Logicæ est dirigere in actu primo operationes Intellectus, hoc est cognoscere modum rectè differendi, seu rectè definiendi, diuidendi, & argumentandi; remotus vero est dirigere in actu secundo operationes Intellectus, hoc est rectè differere, seu rectè definire, diuidere, & argumentari in quacunque materia.

12 Materia, & forma, non quidem physice (nam hæc nullæ in Logica sunt, nisi quod materia in qua est Intellectus) sed metaphysice, hoc est genus, & differentia eiusdè Logicæ, intelliguntur ex eius naturæ explanatione. Nō est igitur Logica habitus erroneus, aut opinatiuus, aliusuè inclinans Intellectum ad intelligendum nunc verum, nunc falsum, sed inclinans ad se per intelligendum verum. Consequenter non est facultas proprie, & expressè dicta, quæ requirit tres conditiones, prima est, vt in tria; parte, seu quod idem est de contrariis, seu oppositis disputet, secunda est vt ex communibus, & probabilius procedat, tertia vt non habeat determinatum obiectum, sed per omnia vagetur. Nec est vllus ex quinque habitibus intellectiuis enumeratis ab Aristot. 6. Ethicorum cap. 3. hoc est nec Prudentia, nec Intellectus, nec Sapientia, nec Scientia, nec Ars vt sumuntur ab Aristotele loco citato non ideo tamen non est verè, & propriè virtus intellectualis, & verè, & propriè scientia, non tamen speculatiua, vt est illa, de qua Aristot. loco citato, sed practica, nō quidem præse, sed latè.

13 Est autem Logica sub una ratione instrumentum, sub alia etiam pars Philosophiæ, nec solius tamen Philosophiæ, sed aliarum etiam disciplinarum est instrumentum, & quidem non figurate, & improprie, sed verè, & propriè, nec solum ratione suorum præceptorum à rebus auulforum, sed etiam ratione eorumdem rebus applicatorum, diuerso tamè modo, vt paulo post dicam. Nemo enim potest nisi forte temerè, & casu cernere, rectè diuidere, & argumentari in materijs quæ Logica indigent, de quibus infra, quin aliquo modo faciat reflexionem ad præcepta rectè definiendi diuidendi, & argumentandi, quatenus traduntur in Logica, & videat quomodo applicanda sint præsentii materiæ, in qua faciunda est definitio, diuisio, & argumentatio, quamuis illi qui valde sunt in differendo exercitati, vix ac ne vix quidem animaduertant se facere huiusmodi reflexionem.

Operaciones
intelle-
ctuales

Temporales
fuerunt
operaciones
intelle-
ctuales

4
Logica
essentia

14. Quæ tripliciter fieri potest, vel ad præcepta in abstracto considerata qualia sunt, de huius debet conuerti cum definito, diuisio del et continere omnia membra diuisi &c. vel ad præcepta in concreto, seu applicata alicui materię siue vere qualia sunt animal rationale, quæ est definitio applicata materię physice, ens uel est substantia, vel accidens, quæ est diuisio applicata materię metaphysice &c. siue facta qualia sunt argumenta, quæ Aristoteles sepe cõficit in litteris A. B. C. K. E. io tamen ad præcepta in abstracto, illis qui non valde in logica sunt exercitati, paulo est difficilior, quam reflexio ad præcepta in concreto, presertim vere materię applicata, vt merito in Logica soleant præcepta per exempla vera, sed nota explicari, vt facilius in logica studiosis percipiuntur.

15. Sed in præceptis Logicæ quocunq; prædictorum trium modorum cognitio, duo sunt distinguenda, nimirum ipsa præcepta secundum se, quæ se habent vt obiectum, & cognitio circa ipsa versans, ita vt cum dicimus præcepta Logicæ esse instrumenta ad recte definiendum, diuidendum, & argumentandum, non intelligantur præcepta secundum se, seu seiuncta à cognitione circa ipsa versans, sed præcepta cognita, seu quod idem est, cognitio præceptorum. Et iuxta hæc intelligendum est quod supra dixi, Logicæ esse instrumentum non solum ratione suorum præceptorum à rebus auulorum, sed etiã ratione eorumdem rebus applicatorum. Si quis enim per præcepta rebus applicata intelligeret definitiues, diuisiones, & argumentationes, quæ sunt in scientijs, & disciplinis sine reflexione, seu cognitione prædicta argumentationis quidem præcepta ratione antecedentis adhuc essent instrumenta, definitionis autem, & diuisionis non item.

16. Subiectum de quo Logicæ, quod dicitur etiam subiectum attributionis, & quod omnino diuicium est à subiecto in quo infra asserendo, non est ens rationis in genere, nec ens rationis logicum, siue in concreto, siue in abstracto quolibet modo sumptum, nec uox, nec res omnes, sed operationes intellectus, non tamen dirigibiles, sed rectæ, neq; hæ ipsæ omnes, nec sola de monstratio, nec modus sciendi pro vt sola demonstratio, nec definitio, & definitionem complectitur, nec solus syllogismus. Licet enim Logicæ, quam habemus Aristotelis subiectum de quo seu attributionis sit solus syllogismus, cuius terminus simplex tradit in libro Prædicamentorum, cui merito præmittitur liber

Prædicabilem, complexum uero, seu enunciationes in libris Perihermenias, formam in libris Priorum, materiam circa quã ueritatur necessariam in libris Posteriorum, probabile in libris Topicorum; apparatus in libris Elichorum; Logicæ tamen secundum se spectata huiusmodi subiectum est modus recte differendi; subiectum autem seu obiectum formale, quod dicitur etiam ratio formalis sub qua, est idem modus recte differendi supra dictus sumptus formaliter, vt modus recte differendi, seu quod idem est, sunt operationes Intellectus nostri recte Logicæ auxilio à rebus auulz quatenus sunt instrumenta recte differendi, seu quatenus sunt directiua operationum Intellectus. Tametsi autem omnia, quæ diximus subiecta in Logica recte distinguantur, & nomine subiecti Logicæ absolute, & sine addito recte intelligi tam subiectum in quo, quam subiectum, seu obiectum formale: tamen potius intelligendum est subiectum de quo seu attributionis, quam aut subiectum in quo, aut formale.

17. Tam si ex dictis prædicta Logicæ definitio colligenda est, ea in hunc modum breuiter tradi potest: Logicæ est scientia instrumentalis de modo recte differendi, & quoniã supra explicauimus per modum recte differendi, intelligi modum recte definiendi, diuidendi, & argumentandi, quæ sunt Logicæ instrumenta, de his singulis aliquid dicam, si tamen prius quæ sit Logicæ necessitas indicauero.

Vt igitur ad scientiã quæcumque totale præferentim ex perfectionibus perfecte acquirendam Logicæ est necessaria secundum quid seu ad bene esse, hoc est utilis: ita non est necessaria simpliciter ad quæcunq; scientiã partialem, immo nec ad quamcumque totalem non solum imperfecte, sed etiam perfecte, atque adeo satis facile acquirendam modo partialem (perfecte) non extendatur etiam ad perfectam solutionem sophismati omnium contrariorum. Est tamen eadem Logica necessaria simpliciter hominibus in hoc statu naturaliter philosophantibus ad omnes ferè scientias totales, siue speculatiuas, siue practicas, perfectiores, ac nobiliores perfecte comparandas: addita uero est particula (ferè) vt ab huiusmodi necessitate excipiantur, tum Mathematica, tum ipsa Logica secundum aliquam sui partem sed iam ad Logicæ instrumenta ueniamus.

8
Logicæ
definitio

7
necessitas

Logica
subiectum

Logica Instrumenta hoc est,
 Definitio, Diuifio,
 Argumentatio.
 (Cap. III.)

15 **M**

agnam simplicium, complexorumque terminorum syluam ad hæc explicanda præmitti solitam, partim hic omit- tendam, aut potius supponendam, partim in tertium librum, ubi eorū

nonnulli paulo accuratius explicabuntur reijciendam existimo, hic tantum dico simplicium terminorum affectiones à Logicis communiter, & rectè sex numerari, suppositionem, statum, ampliationem, distractionem, restrictionem, & appellationem: complexorum vero terminorum perfectorum, hoc est enitiationum tres, oppositionem, xquoipollentiam, cõuersionem. Iam verò Logicum instrumentū presse dictū, de quo hic sermo est, nihil aliud est quam id, quod tanquam adminiculo à Logica inuento Intellectus vitur ad rectè differendum, seu ad perueniendum ex notis in cognitionem ignoti. Quod non solum argumentationi, sed etiam definitioni, & diuisioni à Logica traditis, diuerso tantum modo conuenit; alijs non conuenit.

19 Methodus enim, quam aliqui vt distinctum rectè differendi instrumentum numerant, interdum sumitur pro ordine doctrinæ in tradendis scientijs, & disciplinis seruando, qui in eo consistit, vt ea prius tractentur, quæ necessaria, vel vtilia sunt ad cognitionē aliorum postea tractandorum, & diuiditur communiter in ordinem compositiuum, seu collectiuum, secundum quem à principijs ad principiatum, & à partibus ad totum progredimur, & ordinem resolutiuum, seu diuifiuum, secundū quem à principiato ad principia, & à toto ad partes procedimus. Interdū verò sumitur pro modo definiendi, diuidēdi, & argumentandi siue à rebus abstracto, siue rebus applicato, interdum denique sumitur pro ipsiſ scientijs, & disciplinis, quæ quia methodis, & modis definiendi, diuidēdi, & argumentandi vtuntur, aliquando ab Aristotele dicuntur methodi, ac primo quidem, & tertio modo methodus non est rectè differendi instrumentum, nisi quatenus nomine scientiæ, & disciplinæ comprehenditur etiam Lo-

gica: secundo autem modo est quidem rectè differendi instrumentum, sed non distinctum à tribus supra enumeratis, etiam explicandis, initio factō à definitione.

20 Definitio igitur ex Aristotele primo Topicorū cap. 4. est oratio quod quid erat esse significans, hoc est oratio explicans naturam seu essentiam rei: & dupliciter accipi solet aliquando quidem pro oratione imperfecta, qua distinctè significatur essentia rei, vt cum dicimus animal rationale, quæ est maxime propria definitionis acceptio, aliquando vero pro oratione perfectâ, qua definitio de definito, seu essētia distinctè accepta de eo, cuius est essentia, prædicatur, vt cū dicimus, homo est animal rationale, quæ non tam est definitio, quam propositio definitiua. Et hoc posteriore modo isdem interdum terminis constat definitio quibus de monstratio, quod tunc fit, cū m propositioni definitiue additur aliqua definitiouis causa, vt cū dicimus homo est animal rationale ad beatitudinē conditum, quam proinde definitionem merito Aristoteles, secundo Posteriorum. t. 10 dicit esse orationem significantem propter quid est, & tanquam demonstratorem ipsius quid est positione differenter.

21 Vtrobet autem prædictorum modorū sumatur definitio essētiæ, & simpliciter sic dicta, alia dicitur esse physica, quæ traditur per partes essentielles physicas, hoc est per materiam, & formam physicam, alia metaphysica, quæ traditur per partes essentielles metaphysicas, hoc est per genus, & differentiam, siue sit genus proximum, siue remotum siue etiam remotum omne simul, & proximum, quanquam melius ponatur solum proximum. Ad definitionem tamen essentialē reuocantur etiam illæ, quæ loco differentię continent tantum aut materiam propriam aut formam propriam definiti, vt si dicas, homo est compositum substantiale, cuius materia est corpus rectum, vel cuius forma est anima rationalis; & ille, quæ loco differentię continent partes integrantes, vt si dicas Respublica est communitas ex sacrorum ministris, nobilibus, & plebe constans, quæ etiam definitio nominis, quam Logici nunc interpretationem, nunc definitionem quid nominis vocant, & à nominis notatione, seu ethymologia differ, potest dici essentialis, quatenus per illam essentia nominis, quæ in significatione consistit, explicatur.

22 Duo autem communiter, & rectè ex Platone in Sophista, & Phædro, & Aristotele secundo Posteriorum cap. 9. traditur modi

Dispar
10.

3
Institu
mentū
Logici

2
Metabo
ani.

inuestigandæ definitionis, alter per diuisionem, seu resolutionem, alter per compositionem, seu collectionem, per diuisionem seu resolutionem inuestigatur definitio, quando accipitur supremum genus rei definiendæ, & eo usque per essentialis differetias diuiditur, donec ad differentiam propriam rei definiendæ perueniatur. Per compositionem vero, seu collectionem inuestigatur eadem definitio, quando accipiuntur inferiora rei definiendæ, & considerantur ea, in quibus inter se differunt, & ea in quibus conueniunt, tum relictis ijs, in quibus differunt, assumuntur ea, in quibus conueniunt, quæ simul cū genere proximo dabunt illius rei definitionem. Horum duorum modorum inuestigandæ definitionis, prior est communior, facilior & certior, posterior autem inuentionis ordini est accommodatior. aduertendum tamen in posteriori modo, vt id in quo inferiora conueniunt, sit aliquid, quod illis conueniat essentialiter, alioquin definitio non erit essentialis.

23 Leges, seu præcepta bonæ definitionis sunt quatuor. Primum est, vt definitio non tradatur ex ignotioribus, aut æquæ ignotis sed ex notioribus, quam sit definitum. Secundum est, vt definitio sit propria definiti, hoc est nec latius nec minus late pateat, quàm definitum, sed cum illo reciprocetur, seu illi tantum, & non alij conueniat. Tertium est, vt nihil definitioni desit aut superfit. Quartum est, vt definitio sit breuis. Discrimen tamen est inter hæc quatuor præcepta, quod defectu duorum posteriorum, aut vnius ex ipsis definitio imperfecta quidem, non tamen nulla, defectu autem duorum priorum, aut vnius ex ipsis, nulla esset. atq; hæc omnia præcepta communia sunt, tum definitioni essentiali, de qua hæcenus locuti sumus, tum definitioni accidentali, seu descriptioni.

Def. 4
prio.

24 Quæ ex Aristotele primo Topicorū. 4. definitio potest oratio non significans quod quid erit esse rei, sed aliquid, quod soli inest, & conuersum de re prædicatur: vel paulo clarior, oratio quæ explicat quidem essentiam rei, sed per aliquid accidentale, & duplex est altera quæ dicitur accidentalis, altera quæ causalis, quamuis etiam causalis dici possit accidentalis. Descriptio accidentalis est oratio explicans essentiam rei per genus, & vnã proprietatem, vel per plura accidentia communia quæ cum re descripta conuertantur. Ad proprietatem autem reducuntur etiã differentia respectu generis, cuius sunt differentia modo sumantur sub distinctione, vt si dicatur animal est viuens rationale, aut irra-

tionale, sumpto viuente vt fumitur in prædicamento substantiæ, & irrationali pro positiuo opposito rationali. Descriptio causalis est oratio explicans essentiam rei per genus, & vnã, vel plures rei causas extrinsecas, ita vt cum re descripta reciprocetur, descriptio nes autem à circumstantijs, & adiunctis, quæ apud Oratores, Historicos, & Poetas frequentes sunt, elegantes illæ quidem sunt, sed ad propriam rei naturam explicandam, & ad argumentandum vt plurimum sunt inutiles. Iisdem autem duobus modis, quibus inuestigari posse diximus definitionem, inuestigari potest etiam descriptio. aduertendum tamen in priori modo ad inuestigandam descriptio nem non esse diuidendum genus per differentias essentialis, sed per accidentales, in posteriore vero id, in quo inferiora conueniunt non debere esse illis accidentalis, sed essentialis. Atque hæc de definitione tum essentiali, tum accidentali, seu descriptione.

25 Diuisio est oratio, qua totum in suas partes diuiditur, seu explicans partes àlicuius totius, ac totum quidem quod diuiditur, appellatur à logicis diuisum, partes autem in quas diuiditur, appellantur membra diuisiua, seu diuisionis, & diuisio etiam interdum accipitur pro oratione explicante partes totius, quæ est maxime propria diuisionis acceptio, interdum pro oratione, qua huiusmodi partes prædicantur de suo toto, quæ potius est propositio diuisiua, quàm diuisio. In vniuersum autem vt septem distinguuntur genera totorum ita septem distinguuntur genera diuisionum. Primum est totius nominalis hoc est vocis multiplicis, in sua significata. Secundum totius integralis preste, & proprie dicti, qd scilicet est formaliter quantum, & diuisibile. Tertium totius integralis latius dicti, quod scilicet nõ est formaliter, sed tantum virtualiter quantum. Quartum totius essentialis physici. Quintum totius essentialis metaphysici. Sextum totius vniuersalis, seu potentialis. Septimum totius accidentalis. Tripliciter tamen fieri potest diuisio totius accidentalis; aliquando enim diuiditur subiectum in accidentia, vt cum dicimus homini alius est niger, alius albus, &c. Aliquando accidens in subiecto, vt cum dicimus, alborum aliud est nix, aliud lac &c. Aliquando accidentia in accidentia, vt cum dicimus alborum aliud est durum aliud molle, &c. atque ad has reuocari possunt omnes alia diuisiones per accidentia.

26 Leges, seu præcepta bonæ diuisionis sunt quatuor: Primum est vt singula membra di-

Diuisio.

uidencia minus contineant, quam diuisum, omnia vero simul sumpta diuiso adæquætur. Secundum est, vt diuisio fiat in membra diuidentia proxima, si fieri potest, hoc est nisi proxima ignota sint, tunc enim faciendæ est per remota. Tertium est, vt si membra diuidentia pauca sint, omnia numerentur, si vero multa, vno aut altero nominato, reliqua negatione aliqua significetur. Quartum est, vt membra diuidentia saltem virtute sint contra distincta. Atque hæc de Diuisione.

Argu-
mentia
110.

27 Argumentatio rectè intelligi non potest, nisi prius intelligatur quid sit argumentum præsumptum, vt ab argumentatione aliquo modo distinguitur: latius enim sumpta hæc duo confunduntur. Argumentum igitur, quod alio nomine medium, & medius terminus appellatur, nihil aliud est quam inuentum, seu excogitatum quid ad faciendam fidem, seu ad aliquid probandum. Argumentatio vero auctore Tullio in Partitionibus, est argumenti explicatio, intellige, non quæcunque, sed talis, vt ex argumento aliquid aliud consequi denotet, quæ obrem argumentatio clarius definitur potest, omnia, qua vnum ex altero consequi, seu inferri denotatur, ex qua definitione patet ad argumentationem duas vt minimum requiri enuntiationes, in quarum vna ponatur argumentum, seu medium, in altera, id quod ex argumento, seu medio consequitur. Illa autem enuntiatio, in qua ponitur argumentum, seu medium dicitur antecedens, altera in qua ponitur id quod ex argumento, seu medio consequitur, dicitur consequens, inter quæ intercedit quodammodo consequentia, quæ nihil aliud est, quam ipsum consequi, vnius ex altero, consequentis videlicet ex antecedente, quæ consequentia exprimitur per particulam (ergo) quæ idcirco dicitur nota illustrationis, vel per aliam æquivalentem.

28 Et quæuis consequentia à consequente sic ab illa denominato ita distinguitur, vt in multis argumentationibus possit dari consequentia vera, & consequens falsum vel è contrario, atque ita possimus duplex realiter distinctum formare iudicium, alterum de consequente secundum se, vt quædam enuntiatio est, alterum de consequenti, non ideo tamen cum argumentatur necesse est facere, aut communiter factum huiusmodi duplex iudicium, sed vnum, & idem, quod proprie dicitur iudicium illatiuum, quo iudicamus consequens dependet ab antecedente, hoc est prædicatum, & subiectum in consequente conexa, aut non conexa esse inter se, medianter conexione, aut non conexione eorundem

cum medio termino in antecedente, ita vt directe feratur huiusmodi iudicium, indirecte in antecedens.

Argumentationis species, hoc est
Syllogismus, Enthimema,
Inductio, & exemplum.
Cap. IV.



29 Argumentationis sic explicatur, quatuor sunt species, syllogismus, enthimema, inductio, & exemplum, quæ muk Aristoteles enumerat hæc species argumentationis sępenumero nõ nisi syllogismi, & inductionis mentionem faciat, quæ enthimema est imperfectus syllogismus, exemplum autem imperfecta inductio vt infra Primum autem de syllogismo prima æ præstantissima argumentationis species agendum est. Syllogismus igitur ex Aristot. i. Priorum cap. 1. est oratio, in qua quibusdam positis, alterum quid à postis necesse est contingere eo quod hæc sint breuius autem, est argumentatio, in qua ex duabus præmissis enuntiationibus inferretur tertia, & diuiditur, tum ratione materiae ex qua constat, tum ratione formæ, tum ratione materiae circa quam versatur.

30 Ratione materiae ex qua constat, diuiditur in simplicem, & hypotheticum, simplex rursus in absolutum, & modale. Syllogismus simplex est in quo omnes enuntiationes sunt simplices, hypotheticus est in quo vtraque, vel saltem vna præmissarum est enuntiatio hypothetica. Absolutus est, in quo omnes enuntiationes sunt absolutæ. Modalis est, in quo vtraque, vel saltem vna præmissarum est enuntiatio modalis. Ratione vero formæ ita diuiditur, vt alius sit syllogismus primus, alius secundus, alius tertius figuræ, id est varijs modis, de quibus paulo post. Ratione denique materiae, circa quam versatur, diuiditur in demonstratiuum, seu necessarium, topicum, seu probabilem, sophisticum, seu apparentem, de quibus inferius.

31 Materia, ex qua constat syllogismus absolutus, proxima quidem sunt enuntiationes, remota vero sunt termini, hoc est subiectum, & prædicatum, ex quibus componuntur eorundem

ciatio.

ciationes: nomine enim termini non intelligitur copula, quæ est forma enunciationis, sed subiectum, & prædicatum. tribus autem dumtaxat diuersis terminis, hoc est maiori extremo, minori extremo, & medio, tribusque enunciationibus, hoc est duabus propositionibus, seu præmissis, quarum altera dicitur maior, altera minor, & vnica Conclufione constare debet omnis absolutus syllogismus.

Forma eiusdem syllogismi absoluti nihil est aliud quam ordo seu dispositio, tum terminorum, tum enuntiationum, ex quibus constat, quæ ut bona sit, constare debet ex figura, & modo syllogistico. Figura syllogistica est medijs termini cum duobus extremis ad conclusionem inferendam apta collocatio: modus syllogisticus est propositionum quò ad quantitatem hoc est vniuersalitatem, & particularitatem, & quo ad qualitatem essentialem, hoc est affirmationem, & negationem ad conclusionem inferendam apta dispositio.

2
Figuræ
syllog.

32. Figuræ Syllogisticæ tres sunt; prima est in qua medius terminus subiicitur in maiori propositione prædicatur in minori: Secunda in qua medius terminus prædicatur tam in maiori, quam in minori propositione; Tertia in qua medius terminus subiicitur tam in maiori, quam in minori. Quarta autem figura, quæ Galeni dicitur, in qua medius prædicatur in maiori propositione, & subiicitur in minori, non est admittenda ut figura distincta, sed reuocanda ad primam cuius tantum præmissas transponit, siue directam, siue indirectam colligat conclusionem. Modi syllogistici in prima figura rectè dicuntur esse nouem, quatuor directi, & quinque indirecti, in secunda quatuor directi, in tertia sex item directi, qui omnes artificiose indicantur vulgaris versiculis, Barbara, Celaré, &c. esto alij indirecti, sed minus visitati tum in prima, tum etiã in secunda, & tertia figura esse possint. Illi autem dicuntur modi directi, in quibus inferitur conclusio directa, & naturalis, ad quam scilicet naturali impulsu ferimur, quod aliqui tunc fieri dicunt, cum maius extremum de minori concluditur: sed clarius dicitur fieri, cum inferitur pro conclusione propositio illa, quæ erat questio, illi indirecti, in quibus inferitur conclusio indirecta, & innaturalis, ad quam scilicet naturali impulsu non ferimur, quod aliqui tunc fieri dicunt, cum minus extremum de maiori concluditur, sed clarius dicitur fieri cum non inferitur pro conclusionis propositio illa, quæ erat questio, sed illius conuertens.

33. Regulæ communes omnibus figuris sunt quatuor, Prima est, ex præmissis particularibus nihil vi formæ concluditur. Secunda, ex duabus præmissis negatiuis nihil vi formæ concluditur. Tertia, si altera præmissarum fuerit particularis, conclusio etiã debet esse particularis. Quarta, si altera præmissarum fuerit negatiua, conclusio etiã debet esse negatiua. Præter has quatuor regulas, sex alia sunt præcepta omnibus figuris communia, quæ licet ex prædictis regulis, & alijs supradictis colligi possint, maioris tamè claritatis gratia hic subiiciuntur. Primum est ut medius terminus in altera saltem præmissarum completè distribuatur, hoc est sumatur vniuersaliter pro omni re, pro qua sumari potest. Secundum, ut nullus terminus, qui non fuerit distributus in præmissis distribuatur in conclusione. Tertium, ut maius extremum positum in maiore propositione, neque secundum totum, neque secundum partem repetatur in minore. Quartum, ut medius terminus positus in præmissis, neque secundum totum, neque secundum partem repetatur in conclusione. Quintum, ut nihil ponatur in conclusione, quod positum non fuerit in præmissis. Sextum, ex quo pendet uonnulla ex prædictis, ut seruentur semper eadem affectiones terminorum, ita ut non aliter supponant, aut ampliuntur, aut restringantur &c. in præmissis quam in conclusione.

34. Primæ autem figuræ peculiare regulæ duæ sunt. Prima, quæ communis est etiam secundæ figuræ, est, ex maiori propositione particulari nihil sequitur. Secunda, quæ communis est etiam tertiæ figuræ, est, ex minori propositione negatiua nihil sequitur. Secundæ figuræ item duæ. Prima quæ communis est primæ figuræ, ut diximus, est, ex maiori propositione particulari nihil sequitur. Secunda quæ propria est secundæ figuræ, est, ex duabus præmissis affirmatiuis nihil sequitur. Tertiæ figuræ vnica regula communis etiam primæ figuræ, ut diximus, est, ex minore propositione negatiua nihil sequitur. Nobilissima verò inter prædictas figuras, & sex Aristotele 1. Posterorum textu 31. maxime scientifica est prima. omnes autem habent principia, quæ dicuntur regulatiua, hoc est pronuntiata, seu axiomata quædam lumine naturali nota, ex quibus supra dictæ ipsarum regulæ, & vis omnis inferendæ conclusionis in ipsis pendet, ita ut si negatur illatio, seu consequentia ex huiusmodi principijs euidenter probari possit.

Sicut autem tres sunt diuerſe figuræ, vt diximus, ita tria sunt diuerſa principia regulatiua.

3
Principia regulatiua figurarum.

35 Principium regulatiuum primæ figuræ appellatur dictum de omni, & dictum de nullo, quod Aristoteles primo Priorum ca. 1. ita explicat, vt dictum de omni, & de nullo sit quando prædicatum ita prædicatur de aliquo subiecto, vt nihil possit accipi sub illo subiecto de quo idem prædicatum, non prædicatur: ab alijs verò in hunc modum, Quidquid affirmatur vel negatur de aliquo toto vniuersali distributiuè completè rectè etiam affirmatur vel negatur de omnibus, & singulis contentis sub illo. Quod principium licet ratione affirmationis, & negationis sit duplex ratione tamen euidentiæ, quæ in vtroque eadem seu omnino similis est merito censetur vnum: eoque regulari dicitur prima figura vel in actu exercitio cum videlicet aliquis sciens dictum principium, nulla illius facta mentione, tacite exercet quod scit in illo contineri: vel in actu signato, cum videlicet aliquis expresse signat, seu indicat, & profert dictum principium ita vt illo vtatur ad probandum aliquid alicui conuenire, vel non conuenire, aut aliquid syllogismum primæ figuræ rectè concludere. Quod idem proportionaliter intelligentum est de principijs aliarum figurarum.

36 Principium regulatiuum secundæ figuræ est, quid quid repugnat consequenti, repugnat antecedenti. In quo principio nomine consequenti intelligitur prædicatum quod necessario consequitur ad aliud, seu ita est cum alio connexum, vt illo alio posito, necessario etiam ipsum ponatur: nomine verò antecedenti intelligitur id, ad quod tale prædicatum necessario consequitur, vt dictum est, quomodo genus, differentia, tota definitio, & proprietas alicuius rei dicuntur consequentia illius rei, res autem illa dicitur antecedens.

37 Principium regulatiuum tertiæ figuræ est, Quæ sunt eadem vni tertio, sunt eadem inter se, & quæ non sunt eadem vni tertio, non sunt eadem inter se. Quod principium eadem ratione duplex, & vnicum dici potest quo principium primæ figuræ, quomodo autem hoc principium habeat aut non habeat locum in Sanctissima Trinitate Theologis explicandum relinquimus optime descendentibus nihil ex eo tollimus contra illud altissimum fidei mysterium. Aduertendum tamen est vnumquodque prædictorum trium principiorum illi figuræ tribui, in qua illius

vis maxime apparet, sed non ideo negari, quin principium primæ figuræ appareat etiam in omnibus modis secundæ, & tertiæ: principium verò secundæ in omnibus modis negatiuis primæ, & tertiæ; principium denique tertiæ in omnibus modis primæ, & secundæ.

38 Non omnes autem syllogismi, qui in prædictis tribus figuris confici possunt sunt æque perfecti, vt merito dicantur alij esse perfecti, alij imperfecti seu minus perfecti. Syllogismi perfecti sunt qui nulla re indigent, vt eorum concludendi necessitas omnino euidenter appareat, cuiusmodi sunt tantum quatuor modi directæ primæ figuræ: Imperfecti sunt illi, qui vt eorum concludendi necessitas omnino euidenter appareat, vna re vel pluribus indigent, & huiusmodi sunt reliqui omnes modi omnium figurarum. Qui licet fatibus probari possint experientia, qua constat eos eadem seruata forma in quacunque materia ferè bene concludere; tres tamen alii sunt compendiosiores, & tutiores illos probandi rationes. Prima dicitur probatio per deductionem ad impossibile. Secunda probatio ostensiva. Tertia probatio per expositionem.

39 Probatio per deductionem ad impossibile, quæ ad probationem ex hypothesi seu ex suppositione reducitur, tunc fit, quando ex contradictoria alicuius conclusionis veræ, ab aduersario tamen negatæ, & ex alia euidenter vera deducimus aliquid, quod sit impossibile, quod ille ne admittat cogitur negare quod concesserat, & concedere, quod negauerat. Et hoc modo probari possunt omnes modi imperfecti, imò & perfecti, si quis in illis etiam, concessis præmissis, consequentiam negaret. Probatio ostensiva, quæ etiam dicitur ostensiva deductio modorum imperfeutorum ad perfectos, tunc fit quando ex præmissis syllogismi imperfecti per vtriusque, vel alterius tantum præmissæ conuersionem, vel etiam sine conuersione vlla per syllogismum aliquem perfectum inferitur conclusio syllogismi imperfecti, vel conuersa illius, ex qua deinde per conuersionem inferitur eadem conclusio syllogismi imperfecti, & hoc modo probatur omnes modi imperfecti exceptis Baroco, & Bocardo, vt litteris eorundem versiculorū Barbara celarent, &c. artificiosè indicatur. Probatio per expositionem tunc fit quando, syllogismus imperfectus reducitur ad syllogismum expostitorum.

4
Syllogismi perfecti & imperfecti.

5
Syllo-
gism^o
exposi-
torius.

40 Dicitur autem syllogismus expositorius ille, qui constat medio termino singulari, qui cum sit evidentissimus rem quodammodo sensibus videtur exponere: & duplex est, alter, qui non solum constat medio termino singulari, sed etiam utraque præmissa singulari, alter, qui solum medium terminum habet singularem, & uterque in omnibus, tribus figuris recte concludit aliquot modis, quos, sicut & eos, quibus recte concludit syllogismus modalis pluribus hic verbis non persequar. De syllogismo qui dicitur ex obliquis, quia constat ex terminis obliquis, hoc est in casu obliquo positus, multa tradit solent præcepta, sed hoc unum potest esse instar omnium, ut si quando incidat huiusmodi syllogismus de quo dubium sit an concludat necne, vel si certum sit non concludere, incertum tamen sit, quare non concludat, propositiones oblique servato eodem sensu reducuntur ad rectas: sic enim omnis dicitur, & incertum doletur.

6
Syllo-
gism^o
ex obli-
quis.

41 Syllogismus simplicium, de quibus hæc tenus locuti sumus facultates, seu potestates ab Aristotele. Priorum sex numerantur. Prima est plura concludendi. Secunda verum ex falsis colligendi. Tertia circulariter syllogizandi, dicitur autem circularis syllogismus ille, quo ex alterius syllogismi conclusione, & conuertente vnius præmissæ inferitur altera præmissa. Quarta conuersivus syllogizandi, dicitur autem conuersivus syllogismus ille, qui ex contradictoria, vel contraria alicuius syllogismi cum altera præmissarum inferat contradictoriam, vel contrariam alterius præmissæ. Quinta syllogizandi per impossibile, quod tunc fit cum ex contradictoria cuiuscumque propositionis veræ negatæ cum altera præmissa evidenter vera, inferatur propositio evidenter falsæ. Sexta syllogizandi ex oppositis, quod tunc fit, cum ex duabus contrariis, vel contrariis ab aliquo proteruo admittis inferatur conclusio, qua idem de se ipso negatur.

8
Syllo-
gism^o
hypotheticus.

42 De syllogismo coniuncto, seu hypothetico, qui, sicut sit supradictum est, hoc tantum addit eum triplicem esse conditionalem, copulatiuum, & disiunctiuum, iuxta triplicem propositionem hypotheticam, ex qua huiusmodi syllogismus confici potest, conditionalem copulatiuum, & disiunctiuiam: & eorum unumquemque certas habere regulas, quibus servatis semper recte concludit.

9
Syllo-
gism^o
demon-
strati-
uus.
10
Syllo-
gism^o
Topi-
cus.

43 syllogismus demonstrativus, seu necessarius, qui dicitur etiam demonstra- tio, prima, & perfectissima syllogismi species, est ille, qui constat ex utraque præmissa necessaria cognita necessaria, ut infra magis patebit, ubi fusius de illo agetur. Topicus vero seu probabilis, qui dici solet etiam syllogismus dialecticus, ille qui constat utraque, vel saltem altera præmissa probabilis, vel necessaria quidem, sed putata tantum probabilis. Duplex autem est syllogismus Topicus, seu probabilis: vnus, qui nititur ratione, hoc est pro medio termino habet rationem: alter, qui nititur auctoritate hoc est pro medio termino adducit alicuius, vel aliquorum auctoritatem. Et quamvis uterque opinionem tantum signat, maximas tamen habet vitilitates, quarum tres indicat Aristot. 1. Top. ca. 2. illis verbis, cum sit hoc negotium vitile esse ad exercitationes, ad colloquia, & ad eas, quæ secundum Philosophiam sunt, disciplinas. Eodem pertinet, quod idem Aristot. habet 1. Rhet. cap. 1. ubi qui probabilis, inquit, facile coniectura, insequitur, is & ad veritatem si mihi se habet. & quod 3. Met. cap. 1. pluribus rationibus probat, operæ pretium esse aliquid facultatis habere volentibus, hoc est ipsi, qui veritatis compotes esse velunt, bene dubitare, hoc est diligenter, & accuratè rem in utramque partem (quod non nisi probabilibus argumentationibus fieri potest) examinare.

44 Ut verò syllogismus Topicus, seu probabilis, cum opus est, uti possumus, locos nosse oportet vnde argumenta topica, seu probabilia eruantur, qui loci, seu sedes, & receptacula argumentorum sunt duplicis generis: alij enim continent locos, quæ rectè ab Aristot. 1. Rhet. c. 2 vocantur *loci*, hoc est ar- tificiosa, à Cicerone vero in Partitionibus, infusa. alij continent argumenta, quæ ab Aristot. rectè dicuntur *argumenta*, à Cic. temota, & assumpta. Prioris generis loci ab alijs plures, ab alijs pauciores statuantur, sed viginti non incommodè statui possunt, nempe Descriptio, Descriptio, Notatio, Cõiugata, Partes, Totæ, Causæ, Effectus, Antecedentia, Consequentia, Præcurrentia, Consequentia, Subsequentia, Similia, Dissimilia, Maiora, Minora, Paria, Opposita, Repugnantia: Posterioris vero generis duo, auctoritas scilicet diuina, & humana.

45 Ac licet non in omnibus omnino rebus, de quibus questio instituitur, prædicti omnes loci reperiantur: ut plimum tamen

in omnibus vel propriè, vel proportione quadam reperitur, vt non immeritò tam Rhetores, quam Logici moneant rem aliquam accuratè intelligere volenti scrutandos esse omnes locos, & quærenda ex omnibus argumenta. Non ideo tamen prædicti loci dicuntur loci probabilium argumentorum, quia ex illis probabilia tantum argumenta eruere liceat (ex multis enim etiam demonstratiua saepe deducuntur, & ex omnibus sophistica sumi possunt) sed quia probabilem, quorum maximus usus est, ingentem continent syluam. sunt autem suæ singulis maxime, seu pronuntiatæ, quibus, cum ab his argumentamur, expressè, vel tacitè vtimur.

11
Syllog.
soph.

46 Syllogismus sophisticus, seu apparatus, qui ab Arist. dicitur etiam sophisma, & syllogismus contentiosus seu litigiosus, à latinis captio, fallacia, cauillio, & cauillatio, est ille, qui aut constat ex vtraque vel saltem altera præmissa falsa, sed apparenter vera vel probabili, aut ex præmissis veris, vel probabilibus, videtur aliquid verum, vel probabile colligere, nec tamen colligit. Hinc primò d. uiditur in eum, qui mentitur demonstrationem, hoc est constat ex vtraque; vel altera præmissa falsa, sed apparente vera, qui propriè dici solet Pseudographus, & in eum, qui mentitur syllogismum probabilem, hoc est constat ex vtraque, vel altera præmissa falsa, sed apparente probabili, & solet propriè, & pressè dici sophisticus. Secundò d. uiditur in eum, qui peccat ratione solius materiæ, & in eum qui peccat ratione vtriusque. Tertio diuidi potest in quinque membra iuxta quinque fines, seu metas, quas sibi, sophistæ proponunt, & sunt quinque incommoda, de quibus Aristot. 1. Elench. cap. 3. ad quæ sophistæ aduersarij conantur adigere, nempe *ἀναλογία*, id est redargutio, falsum *ἀναλογία*, id est inopinabile, seu incredibile, Solecismus, & Nugatio.

Quartò diuidi potest in tredecim membra iuxta tredecim locos, de quibus sophismata de promuntur, qui loci nomine argumentorum, quæ ex ipsis de promuntur, captiones & fallacia dicuntur. Sunt autem huiusmodi fallaciæ partim in verbis, partim in rebus. fallacia in verbis est Aristot. 1. Elench. cap. 3. sunt quinque, Equiuocatio Amphibologia, Compositio, Diuisio, Accentus, Figura dictionis, hoc est similitudo dictionum. Fallacia in rebus ex eodem, 1. Elench. cap. 4. sunt septem. fallacia accidentis, fallacia secundum quid, & simpliciter, fallacia ignorantis Elenchi, fallacia consequentis, fallacia

petitionis principij, fallacia non causæ, vt causæ, fallacia plurium interrogationum, vt vnus, quæ paucis hic sunt explicandæ.

47 Fallacia accidentis ortum habet ex coniunctione accidentis, vnde & nomen habet, cum subiecto, ex quo fit vt quidquid eorum vni conuenit, vel non conuenit, alteri etiam conuenire, vel non conuenire videatur, quod tamen est falsum. fallacia secundum quid, & simpliciter tunc accidit, cum id, quod alicui conuenit, vel non conuenit secundum quid, colligitur illi conuenire, vel non conuenire simpliciter, aut è contrario. Fallacia ignorantis Elenchi seu redargutionis dicitur illa, cuius strenuæ occasione sophistæ sumunt ex ignorantia, qua quis tenetur conditionum, quæ requiruntur ad veram contradictionem, quarum aliqua prætermissa videtur aliquam contradictionem inferre, quam verè non inkerunt. Sunt autem huiusmodi conditiones, vt aliquid dicatur esse, & non esse eodem tempore, vel instante, & eoco, eodem modo, secundum eandem partem, si partes adsint, & respectu eiusdem. Fallacia consequentis tunc committitur, cum in terminis non conuertibilibus ex conueniente colligitur antecedens, vel ex opposito antecedens oppositum consequentis, quod non licet nisi in terminis conuertibilibus, intelligitur autem hic nomine oppositi contradictorium. Fallacia petitionis principij est, cum probatur idem, per idem. Intellegitur autem hic nomine principij, conclusio, quæ ideo dicitur principium, quia in principio disputationis proponitur, & tunc dicitur peti, cum ad ipsam probandam ipsamet, licet sub alijs verbis assumitur, & quasi exigitur. Fallacia non causæ vt causæ tunc euenit, cum aliquis effectus tribuitur alicui causæ, quæ non est vera illius causa. Fallacia denique plurium interrogationum, vt vnus tunc locum habet, cum proponuntur plures interrogationes; ac si esset via: ex quo fit, vt qui vnica dat responsonem sine affirmatiua, siue negatiua decipi possit.

48 Enthimema, Inductio, & Exemplum, quæ tres sunt reliquæ argumentationis species, vt aliquid concludendi vim habeant, ad syllogismum necessariò reduci debent, à quo vim omnem accipiunt. Quare quid earum vnaqueque sit, & quomodo ad syllogismum reducatæ, est explicandum. Atq; enthimema quidem nihil aliud est quam syllogismus altera carens præmissa vtralibet illa sit.

12
Enthi.

Hinc sunt, qui velint dictum esse enthymema quod *ὀρθρὸν* hoc est in animo resideat præmissa illa, quæ exterius in voce aut scripto caret. Quamquam alijs alia placet huius nominis interpretatio. Ab Aristotele secundo Priorum ca. 34. definitur enthymema syllogismus imperfectus et verisimilibus, aut signis: imperfectus quidem imperfectione, utique quam dixi: ex verisimilibus autem, aut signis, non quia semper, sed quia frequenter ex illis conficitur apud eos, apud quos maiori est, ut esse debet, in v. su. apud oratores scilicet. Reducitur facile enthymema ad syllogismum supplendo præmissam, quæ exterius deeat, interius enim nunquam nec aut explicitè, nec aut implicitè adeat. Quod si queratur ad quamnam figuram, aut modum enthymema reduci debeat. Respondetur ex dictis patere illud vniuersè spectatum ad omnes modos omnium figurarum reduci posse.

49 Inductio ex Aristotele primo Topicorum cap. 10. est à singularibus ad vniuersalia progressio. ubi nomine singularium intelligenda sunt non solum, quæ verè sunt singularia, sed etiam minus vniuersalia respectu vniuersaliorum, & partes respectu totius. atque ut perfectè inductio sit, enumeranda necessaria sunt aliquo modo omnia singularia, aliquo modo, inquam, nam quando nimis multa sunt satis est enumeratis aliquibus subdere, & ita in reliquis, quæ particula non male, additur in antecedente inductionis, quidquid non nemo contra dicat. Sicut autem quedam sunt inductiones probabiles, hoc est propositionem vniuersalem probabiliter tantum colligentes, ita quedam sunt necessaria, hoc est propositionem vniuersalem necessariò, atque adeo certò, & euidenter inferentes. Ille autem sunt necessaria in quarum antecedente, aut omnia singularia distinctè inducuntur, ut aliquando accidit cum pauca sunt, aut etiam si non omnia inducantur, intelliguntur tamen omnia necessariò esse omnino similia: aut denique aliqua tantum singularia inducuntur, sed ea diligenter examinantur, donec inueniatur, & euidenter cognoscatur causa propter quam tale illis prædicatum conueniat. Quod si inductiones eiusmodi sunt, ut nec omnia singularia distinctè inducantur: nec omnia necessaria sint omnino similia in eo, in quo facienda est inductio: nec ex paucorum experientia euidenter intelligi possit ratio communis, cur tale illis prædicatum conueniat; tunc

probabiles tantum esse poterunt, eo tamen magis, vel minus, quo magis, vel minus probabiliter aliquid trium prædictorum præsumtum esse iudicabitur. Reducitur inductio ad syllogismum supplendo alteram præmissam quæ deest, omnes enim partes, quæ in antecedente continentur, siue pauca, siue multæ sint, vniuersæ præmissæ, maioris scilicet, locum habent, cui subdenda est minor constans eodem subiecto, quæ causa est, ut inductio primò, & per se reuocetur ad tertiam figuram, ut vel hoc exemplo liquet, & homo, & brutum est sensus capax, sed homo, & brutum est omne animal, ergo omne animal est sensus capax. quamquam quæ minor, quæ subditur, si vera est, conueniri potest ratione materiæ simpliciter, potest etiam inductio reuocari ad primam figuram.

50 Exempli, ut hic sumitur est argumèntatio, quæ aliqd singulare ex vno, aut paucis similibus confirmatur. quod dupliciter fit, ali quando quidem commemoratiōe atque authoritate rei factæ, aliquando verò commemoratione rei factæ, ut in parabolis, & apolo gijs. In hoc autem maxime differt exempli ab inductione & enthymemate, quod inductio progreditur à partibus ad totum, enthymema contra sicut & syllogismus à toto ad partes, exemplum ab vna parte ad aliam similem ut docet Arist. 2. Priorum ca. 30. ut re ducatur exemplum ad syllogismum duplici syllogismo opus est, vno per quem ex re illa singulari vna vel pluribus, quæ in exempli asseruntur colligatur propositio communis, sub qua res illa singularis vna, vel multiplex contineatur, altero per quæ sumpta, pro maiori, propositione illa communis, inferatur conclusio ipsius exempli. Atque hinc patet, cur exempli non dicatur ab Aristotele imperfecta inductio; & multo minus efficax sit quam inductio licet recte oratores exemplis frequenter utantur multis de causis, quarum tres asserit Arist. 16. problem.

3.

14
Exem-
plum.13
Indu-
ctio.

*Syllogismi, & Demonstrationis
Analysis, Pracognitiones,
& Pracognita.
Cap. V.*

V de syllogismo in com-
muni agit Ari. in duob.
libris Priorū, ita de prima,
& perfectissima syl-
logismi specie, quæ est
demonstratio agit in
duobus libris Posteriorum,
quos ille oēs qua-
tuor libros communi nomine *Analysis*, id-
est resolutoria inscripsit, mutuata inscrip-
tione ab antiquis Mathematicis, apud
quos analysim, seu resolutionem valde in
usu fuisse ex Pappo Alexandrino initio libri
septimi collectionum mathematicarum &
alijs intelligimus. Cum autem Analysis seu
resolutio, quæ in communi definiti solet re-
ductio ad principia, duplex sit vna materia-
lis, seu externa, qualis est cum domus, ex em-
pli gratia, verè destruitur, & resoluitur in
lapides et menta, & ligna, ex quibus tamquã
principij componentibus constat; altera me-
talis, seu interna, qualis est cum domus vel
quavis alia res ab intellectu cognoscitur pri-
mum consule, deinde distinctè cognoscendo
illas causas, seu principia; non sunt prædicti
Libri dicti analytici seu resolutorij ab ana-
lysi, seu resolutione prioris, sed posterioris
generis.

32. Neque verò ita inscripti sunt, quia doc-
ceant resolueret quomodo cumque syllogis-
mum, & demonstrationem in sua principia,
hoc est in propositiones, & terminos, ex qui-
bus constat, sed quia docent rationem resol-
uendi quæstionem propositam, hoc est inuesti-
gandi, & inueniendi medium, quo quæstio
proposita probetur. quam inuestigationem,
& inuentionem veteres Mathematici appella-
bant resolutionem, sicut discursum illum,
quo ex medio per inuestigationem inuento
demonstrabant theorema, vel problema pro-
positum appellabant compositionem iuxta
vtriusque definitionem, quam habet Eucli-
des ad primam propositionem 13. Elemento-
rum iuxta Commandini versionem. Itaque
vt duo priores libri analytici docent rationem
resoluedi quamcumque consequentiã,
seu formam argumentandi, hoc est inuesti-

gandi, & inueniendi medium, quo ostendi pos-
sit, an syllogismus, seu forma argumentandi
proposita sit bona, nec ne: ita duo posterior-
es docent rationem resoluendi quæstionem
seu conclusionem, seu consequens quod enim
ante syllogismum est quæstio, in syllogismo
est conclusio, seu consequens; ratione mate-
riæ, hoc est inuestigandi, & inueniendi me-
dium, quo ostendi possit, an quæstio seu con-
sequens, seu conclusio proposita sit in mate-
ria necessaria, nec ne. Ac licet eadem resolu-
toriorum inscriptione prænotare potuerit
Ar. etiam libros Topic. in quib. de syllogis-
mo probabili, & libros Elenchorum, in qui-
bus de syllogismo sophisticò agit, rectius ta-
men, & antiquorum mathematicorum, à qui-
bus hanc inscriptionem sumptam diximus,
consuetudini congruentius, solos libros Prio-
rum, & Posteriorum sic inscripsit.

33. Sic autem subiectum de quo, seu attribu-
tionis Librorum Posteriorum est sola de-
monstratio, vt fusè tamen in eorum secundo
agatur de definitione in gratiam demonstra-
tionis, & quidem, tū vt est principium seu
medium demonstrationis, tum vt est finis,
seu conclusio eiusdem, tum vt est demon-
stratio sola positione differens. Non audièti sunt
qui dixerunt post Libros Priorum non pro-
xime collocandos esse libros Posteriorum,
sed Topicorum.

34. Initio librorum Posteriorum merito
Aristotelè priusquam de demonstratione age-
re incipiat, præmittit, & explicat celebrem
illam propositionem. Omnis doctrina & om-
nis disciplina *invenitur* ex præexistente sit co-
gnitione. in qua per doctrinam, & disciplinã
quæ vt synonyma rectè sumantur *dialectica*
non intelligit quamcumque cognitionem
intellectiuam, sed tantum discursiuam,
seu habitam per discursum. Ante quam licet
multæ per se præexistat cognitiones tum
sensitiuæ, tum intellectiuæ, tum simplices,
tum complexæ, multoque plures præexisse
possunt per accidens; Aristoteles tamè per
præexistentem cognitionem in prædicta pro-
positione non intelligit quamcumque præ-
existentem cognitionem, sed illam tantum
intellectiuam, quæ ad aliam item intellectiu-
am per discursum colligendum præcedit,
ad eamque comparandam aliquo modo in-
tellectum iuuat.

35. Sed quoniam dubium esse potest an
etiam cognitiones non discursivæ sint ex
præexistente cognitione, id breuiter expli-
candum videtur. Cognitio igitur sensitiua
sensuum exteriorum per se, & ex suo genere

2
Subie-
ctum in
libris
Posteriorum.

3
Analys
su.

non requirit in cognoscente vllam præxistētem cognitionem . Cognitio verò sensitiua sensuum interiorum ex suo genere naturaliter requirit aliquam præcognitionem sensuum exteriorum . Cognitio intellectuua in communi, vt comprehendit cognitionem in intellectuam Dei, Angelorum, & Hominum, ex suo genere nullā requirit, aut habere potest præcognitionem: nec item cognitio Angelis concreata, vel à Deo super naturaliter infusa ex suo genere præcognitionem vllam postulat . Cognitio verò nostra intellectuua naturalis, licet ex suo genere non prærequirit in cognoscente aliam cognitionē intellectuam, prærequirit tamen naturaliter aliquam cognitionem sensitiuam tum exteriorum, tum interiorum .

56 Aliqua etiam nostra cognitio intellectuua naturalis non solum ad tertiam, aut secundam, sed etiam ad primam operationem pertinet, vt definitio, seu cognitio definitiua præcise sumpta, præquirit naturaliter aliam cognitionem item intellectuam; sed duplex distinguitur, præquisita cognitio, seu præcognitio intellectuua, vna quæ dicitur agens, & est illa quæ ita intellectum iuuat ad aliquam cognitionem vt simul cum illo tamquam illius instrumentum ad eam effectiue concurrat: altera quæ dicitur dirigens, & est illa, quæ ita intellectum iuuat ad aliq̄ cognitionem vt illum tm̄ disponat per repræsentationē obiecti. Prima igitur illa operatio intellectus, quæ fit ex præxistēte cognitione nō fit ex præxistēte cognitione agēte, sed tm̄ dirigēte. Sc̄da verò vel est clara ex terminis, & hæc non fit ex præcognitione agente, sed tantum dirigente: vel non est clara ex terminis, sed indiget probatione, & sic fit ex præcognitione agente & dirigente simul, quamuis quatenus fit ex huiusmodi præcognitione agente, & dirigente simul non fit vt res, secunda operatio, sed tertia & cætenus tam dicitur secunda, quatenus interdum sumitur secundum se, vt iudicium quoddā est, sine vllō respectu ad præmissas quibus probatur. Tertia denique semper fit ex cognitione agente, & dirigente simul .

57 Cognitio autem primorum principiorum de qua est peculiaris difficultas, tūc est ex præcognitione dirigente tantum, quādo sine experientia, & inductione habetur ex terminis cuiusmodi est, cognitio principiorū illorum notissimorum, & maximè vniuersalium, omnibusque scientijs communia, quodlibet est, vel non est, & impossibile est idem simul esse, & non esse: itemque aliorum notis-

simorum quidem sed minus vniuersalium, quamuis multis scientijs cōmuniū, vt omnē totum est maius sua parte, & si ab æqualibus æqualia demas, quæ remanēt sunt æqualia, & huiusmodi. Itē vero est ex præcognitione agente, & dirigente simul quando ex experientia, & inductione colligitur, vt est cognitio aliorum quorundam principiorum particularium propriorum singularium scientiarum, cuiusmodi sunt in physicis, principia transmutationis esse tria, causas esse quatuor, & similia. Arque vt cognitio principiorum huius tertij generis est discursiua. Ita cognitio principiorum primi, & secundi generis non est discursiua, esset tamen discursiua si ab experientia, & inductione penderet .

58 Sed vt constet de numero præcognitionum doctrinæ præsertim discursiue, constare prius debet de numero questionum . Quinque autē sunt quæ de re qualibet queri possunt. Primò quid nominis, id est quo nomine res illa appelletur. Secundò an sit, id est an existat. Tertiò quid sit, id est quæ sit eius essentialis definitio. Quartò qualis sit, id est quas habeat proprietates & affectiones. Quintò propter quid sit, id est propter quas causas existat, & sit illa quæ est, & habeat proprietates & affectiones, quas habet. Aristoteles tamē initio . Poster. enumerat ea, quæ de re qualibet queri possunt, omittit quid nominis, & quatuor tantum facit questionum genera an sit, quid sit, qualis sit, & propter quid sit: non quia questionis nomine intelligat illam tantum, quæ in principia euidētia resolui potest, cuiusmodi non est quid nominis, nec quia quid nominis nunquam sit questio, sed tantum præcognitio: sed quia eas tantum enumerat questiones, quæ fieri possunt de rebus secundum se, non autem de rebus vt à nobis nominantur. Itaque quod aliqui dicunt, prædictas quinque cognitiones, quid nominis, an sit, quid sit, qualis sit, & propter quid sit ita se habere vt quælibet præcedens respectu sequentis se inper sit præcognitio, sequens verò respectu, præcedentis semper sit questio, ex quo sequitur cognitionem quid nominis, nunquam esse questionem, sed semper præcognitionem, cognitionem verò propter quid, semper esse questionem, nunquam præcognitionem, non est admittendum, sed dicendum omnes illas, quæ sub vna ratione sunt questiones sub alia posse esse præcognitiones doctrinæ discursiue.

59 Verum Aristot. i Post. s. 2. explicans

prædicatum prædictæ propositionis omnis doctrina, &c. duas tantum enumerat præcognitiones, videlicet quod est, & quid est, quod dicitur, non quia assignat præcognitiones tantum respectu quæstionis, qua quæritur quid sit res, ante quam illæ tantum duæ præcognitiones requirantur, sed quia omnes omnino præcognitiones etiam doctrinæ non discursum ad illas duas reducit. Et per quod est, seu an sit, intelligit in complexu existentiam, in complexu veritatem vel verisimilitudinem veram vel apparentem per quid est, quod dicitur, intelligit tantum quid nominis, non autem quid rei, seu quid sit res, id est essentialè definitionem, & sic intellecta, hæc præcognitionum diuisio est bona, & adæquata. Simul tamen sumptæ prædictæ præcognitiones au sit, & quid nominis, quatenus præcognitio an sit, complectitur, non solum an sit complexorum, sed etiam an sit incomplexorum respectu doctrinæ demonstratiuæ, vel etiam discursum in communi, & multo magis respectu doctrinæ definitiuæ, & diuisiuæ, non solum non sunt semper necessariæ, sed nec semper haberi possunt, licet interdum non solum haberi possunt, sed etiam sint necessariæ.

60 Ac præcognitio quidem an sit complexorum, & præcognitio, an sit incomplexorum spectatæ in ordine ad obiecta, seu præcognita, differunt inter se saltem specie, conueniunt tamen in genere vniuoco. Spectatæ autem in ordine ad cognitiones, quas præcedunt, non conueniunt inter se vniuocè, sed tantum analogicè. Præcognitio verò quid nominis siue subiecti, siue prædicati, siue cuiuscumque alterius rei, vt definitionis, vel partis definitionis, in ratione præcognitionis est eiusdem speciei vniuocæ; comparata autem ad præcognitionem an sit siue complexorum, siue incomplexorum non est eiusdem speciei, nec eiusdem generis vniuoci, sed tantum analogi.

61 Præcognita in communi respondentia duabus præcognitionibus in communi, de quibus supra, sunt duo. Vnum est quid nominis, seu res ipsa per nomen significata rudi ter apprehensa; alterum esse rei, sumptum esse prout complectitur tum esse existentie incomplexorum, tum esse veritatis vel verisimilitudinis veram, vel apparentem complexorum. Præcognita doctrinæ definitiuæ sunt tria: Primum est definitum: secundum pars generica: Tertium pars differentialis. Præcognita doctrinæ diuisiuæ tot sunt, quot sunt partes diuisionis sumptæ simul cum toto di-

uiso. Præcognita doctrinæ discursum in communi sunt tria, subiectum, prædicatum, & principium, seu præmissæ. Præcognita denique doctrinæ demonstratiuæ sunt item tria ex Arist. Post. tex. 24 & 25, subiectum, prædicatum, & principium, seu præmissæ. Nominè tamen principij seu præmissarum hic intelligendæ sunt præmissæ euidenter immediate, vel mediate hoc esse indemonstrabilis, vel demonstratæ. Vult autem Aristoteles prædicta tria præcognoscenda esse non solum ante scientias totales, sed ante quamcumque scientiam seu conclusionem scientificam particularem. Non tamen vult eadem tria præcognoscenda esse ante totam demonstrationem, sed tantum ante conclusionem demonstrationis. Et licet consequentia nullum prædictorum trium sit, non est tamen numeranda, vt quartum præcognitum ab illis distinctum, sed dicenda includi in ipsa conclusione non quidem materialiter, sed formaliter sumptæ, iuxta supra dicta.

62 De subiecto Aristoteles primo Posteriorum tex. 2. & clarius cap. 9 duo docet esse præcognoscenda, quid est quod dicitur, id est quid nominis, & quod est, id est quod existat: Quorum primum locum habet in demonstratione facta alteri de re abiente: secundum ita intelligendum est, vt de subiecto ab humana libertate non pendente secundum Aristoteli ex communiõri, & probabiliori sententia præcognoscendum sit, quod vel nunc vel saltem aliquando actu existat, nisi forte hoc ipsum de illo sit demonstrandum secundum veritatem tamen, & per se loquendo in rebus creatis præcognoscendum tantum sit, quod possit existere, in Deo autem, quod existat, nisi forte hoc ipsum de illo sit demonstrandum. Possibilitas ad existendum de rebus, quibus conuenit, demonstrari potest tum à posteriori aliquando, tum à priori semper, licet non semper à nobis pro huius vitæ statu. Actualis autem exigentia de primo ente à posteriori non autem à priori saltem per causam veram, & simpliciter sic dictam; de reliquis tum à posteriori tum etiam à priori per causam veram, & simpliciter sic dictam, licet non semper à nobis pro huius vitæ statu, demonstrari potest.

63 Itaque scientia speculatiua demonstrare potest suum subiectum esse, quando est actu, vel posse esse, quando est tantum in potentia: demonstrare, inquam, potest interdum quidem à posteriori, interdum etiam à priori, idque præstare debet, quando est ignotum: scientia tamen practica non potest de-

monstrare suam subiectum esse; sed tan-
tum posse esse, quod de prestatre debet, quan-
do est ignotum. Neque verò de subiecto
scientia totalis præterquod est; seu an sit.
& quid nominis præcognoscendum est quid
sit, ut alicui existimant; neque præcogni-
tio quid sit; seu definitio subiecti pertinet
ad subiectum, quatenus est præcognitum
distinctum à præmissis, sed quatenus est me-
dium, quod non facit præcognitum distinctum
à præmissis.

64. De passione in demonstratione, quæ
fit alteri de re absente, præcognoscendum
est tantum quid nominis. De principijs;
seu præmissis docet Aristoteles primo Pos-
ter. tex. 2. præcognoscendam quod sine, id
est, ut communiter explicat interpretes,
quod sine vera. Capitis autem 9. addit
de isdem præcognoscendum etiam esse quid
vocabula significant; quæquam hanc præ-
cognitionem dicit posse omitti; id est non
expripi; quando vocabula sunt nota. Et
quia, ut plurimum vocabula sunt nota;
ideo in text. 2. non facit mentionem huius
secundæ præcognitionis, sed tantum
primæ. Non loquitur autem Aristoteles
de principijs communibus; sed proprijs
eius conclusionis, quæ inferenda est; seu
ingredientibus demonstrationem; nec ad cog-
nitionem principiorum propriorum alicuius
demonstrationis requiritur necessariò
actualis cognitio principiorum communi-
um, ex quibus propria dependent. re-
quiritur tamen, vel actualis, vel saltem
habitualis cum aliqua torudem recorda-
tione, hoc est cum actu, quo intellectus
recoretur de intellexisse prædicta prin-
cipia communia. In idem serè accidit, quod

alij dicunt ad cognitionem principiorum
proprium non requiri. 2. Quædam
cognitionem principiorum communium in
se formaliter, & abstractè
explicite, seu in actu
in se, ut communiter
terminis communibus, requiritur
men actualis cognitionem
eorundem simpliciter, seu
ut virtute includuntur
in terminis principiorum
proprium.

2. Quædam cognitionem principiorum
proprium non requiri.

Demonstratio.

Cap. VI.

65. **D**emonstratio simplex apud Aristotelem
reperitur demonstratio
sine definitio. Prima est
primo Poster. tex. 7. ubi
Aristoteles definit de
monstratiõem esse syl-
logismum in scientiâ, id
est scientiam, seu sci-
entiam, quæ de sentio bona quidem est, sed
accidentalis, & ex inentione Aristotelis con-
ueniens soli demonstrationi; propter quod,
quamvis si secundum se consideretur, con-
uenire possit omnij demonstrationi. 2. Sec-
unda est primo Topiorum cap. primo. ubi
demonstratio inquit, est, quando est
veris, & prinis syllogismus certus; aut ex
talibus, quæ per aliqua prima, & ueris
eius quæ circa ipsa est, cognitionis prin-
cipium sumpturæ, id est syllogismus constans
præmissis in demonstrabilibus aut in
demonstratis; quæ definitio bona est;
& essentialis, & tum demonstrationi pro-
pter quod, tum demonstrationi, quia, con-
uenire potest. 3. Tertia deinde alia, col-
ligitur ab interpretibus ex text. quinto,
titato in hunc modum, demonstratio est
syllogismus constans ex ueris, & primis,
& immediatis, & notioribus, & priori-
bus, & causis conclusionis, quæ definitio
bona est, & essentialis, soli tamen de-
monstrationi propter quod conueniens. Et
tam hæc, quam aliæ duæ superiores defini-
tiones siue ex inentione Aristotelis, siue se-
cundum se spectate, consentiunt demonst-
rationi ut est instrumentum sciendi.

66. Sed ut melius intelligantur con-
ditiones demonstrationis propter quod,
quod spectat ad conditiones requisitas ra-
tione forme, quæ ut supra diximus, con-
stat ex figura, & modo, dicendum breuiter
est, de demonstrationem, quæ rectè fieri
in quavis trium figurarum syllogisticarum,
& in quouis earum modo, sed optimè in
prima figura, & in eius primo modo, qui
dicitur Barbara. Quod verò ad condi-
tiones requisitas ratione materis attinet;
Prima est, ut consistat ex ueris, non solum
uereitate transcendente, ita ut habeat om-

Demo-
stratio
nis de
finitio

Demo-
stratio
nis pro-
pter
quod
cõditio

16

des conditiones ad principia, ſeu præmiſſas in genere requiſitas, ſed etiam veritate complexa. Secunda eſt, vt conſtat ex primis, & immediatis, ſeu indemonſtrabilibus, quibus omnibus particulis vna, & eadem conditio ab Ariſtotele ſignificatur, & eſt vt conſtet ex principijs ſeu præmiſſis actu, vel virtute contentibus medio, per quod à Priori in eodem genere cauſæ probari poſſunt. Et in hoc ſenſu intelligendus eſt Ariſtoteles cum eodem textu, definiſt propoſitionem immediatam eſſe illam, qua non eſt alia prior. Dupliciter enim poteſt aliqua propoſitio dici immediata, vel abſolute, & ſecundum ſe, vel in ordine ad aliam propoſitionem: abſolute autem, & ſecundum ſe ad huc dupliciter, vel in mediatione ſubiecti, vel in mediatione cauſæ.

67. Propoſitio immediata in mediatione ſubiecti dicitur illa, cuius prædicatum in eſt ſubiectio immediata, & per ſe primò, non autem mediante alio. Propoſitio autem immediata in mediatione cauſæ dicitur illa in ter cuius ſubiectum, & prædicatum nulla datur cauſa intermedia, propter quam prædicatum inſit ſubiectio. Propoſitio denique immediata in ordine ad aliam propoſitionem dicitur illa inter quam, & aliam propoſitionem nulla propoſitio eſt intermedia, qua poſſit illa alia propoſitio probari. Ariſtoteles igitur loco citato ſumit propoſitionem immediatam pro immediata ſecundum ſe in mediatione cauſæ. Non eſt tamen neceſſariò ad demonſtrationem propter quid, vt vtraque, vel altera præmiſſa ſit immediata, ſeu prima, & indemonſtrabilis actu, ſeu formaliter, quod tunc contingit, quando propoſitio caſe medio, quo à priori in eodem genere cauſæ probari poſſit: eſt tamen neceſſariam, vt vtraque præmiſſa ſit immediata, ſeu prima, & indemonſtrabilis, vel actu, vt dictum eſt, vel ſaltem virtute, quod tunc evenit, quòdo reſoluta iam eſt ad propoſitionem immediatam, ſeu primam, & indemonſtrabilem actu. Ex quo colligas falſum eſſe quod recentiores quidam docuerunt maiore propoſitionem in demonſtratione propter quid, ſemper debere eſſe immediatam actu, ſicut etiam falſum eſt reſolutionem propoſitionis mediate in eadẽ demonſtratione propter quid faciendam neceſſariò eſſe in propoſitionem immediatam in mediatione cauſæ eſſendi: licet que madmodum illa, cæteris paribus, omnium perfectiſſima eſt demonſtratio, quæ vtramque præmiſſam habet immediatam acti: ita quæ vtramque, vel alteram habet reſolutam in cauſam eſſendi, perfe-

ctior ſit, quam quæ habet reſolutam in cauſam cognofcendi tantum.

68. Neque verò affirmatiuæ tantum dantur propoſitiones immediatæ, ſed etiam negatiuæ, quarum Ariſtoteles primo Poſter. c. 14. Quatuor aſſert genera. Primum eſt, quando ſubiectum vniuocoſum eſt ſub aliquo ſummo genere vniuoco, quod Ariſtoteles appellat totum, prædicatum autem eſt aliud ſummum genus vniuocoſum, vt homo non eſt quæſtitas. Secundum eſt, quando eſt cõtrario ſe habet, vt quantitas non eſt homo. Tertium eſt, quando extrema propoſitionis ſunt ſub diuerſis generibus ſummis vniuocis, ut homo non eſt Linea. Quartum eſt, quando extrema ſunt ſumma genera, ut ſubſtantia non eſt quantitas. Ac trium quidem priorum generum propoſitiones ſunt mediate; quarti verò generis ſunt immediatæ, ſaltem loquendo de medio vniuoco. Præter hæc tamen quatuor propoſitionum negatiuarum genera, quædam alia dantur, vt quando vtrumque extremum eſt ſub eodem genere ſummo, non tamen ſub eodem genere proximo, vt homo non eſt lapis, & quando vtrumque extremum eſt ſub eodem genere proximo, vt homo non eſt leo, &c. quæ ſunt propoſitiones mediate. Cum verò quæritur an omnis propoſitio immediata ſit per ſe nota, duplex diſtinguenda eſt propoſitio immediata ſive affirmatiua, ſive negatiua: altera, quæ eſt immediata ſecundum ſe, ſeu ſecundum naturam, hoc eſt caret medio à priori in eodem genere cauſæ, vt ſupra dictum eſt, & hæc eſt per ſe nota ſecundum ſe, ſeu ſecundum naturam: altera quæ eſt immediata ſecundum nos, hoc eſt, quæ à nobis ſive vno medio poſita tantum terminorum notitia cognofcitur, & hæc eſt per ſe nota nobis.

69. Tertia demonſtrationis propter quid conditio eſt, ut conſtet ex cauſis conſiſtionis hanc enim quam in prædictis conditionibus proponendis Ariſtoteles vltimã fecerat, eas, quæ latius patent, anguſtioribus anteponeas, vt in differentis rei alicuius enumerandis faciendum eſt; in iſdem probandis faciliſſis docere gratia, duobus alijs ex ipſa pendentibus, quæ ſunt, ut demonſtratio propter quid conſtet ex notioribus, & prioribus; merito propoſuit. Non loquitur autem Ariſtoteles in prædicta tertia conditione de cauſalitate materiali, nec de cauſalitate, quæ dicitur cõſequentiæ, quam vtramque habent præmiſſæ reſpectu conſiſtionis, ſed de cauſalitate, quæ dicitur conſequentis: & vult demonſtrationem propter quid conſtare ex præmiſſis habenti-

bus tale medium, quod sit causa non solum cognoscendi cognitione necessaria, sed etiam essendi passionis, seu connexionis prædicati cum subiecto, quæ demonstrantur in conclusione: nec loquitur tantum de causa essendi actuali, & simpliciter sic dicta, sed etiam de virtuali ad quodcumque genus causæ pertineat modo sit causa proxima.

70 Tale autem medium demonstrationis propter quid, quale diximus, potest aliquando esse definitio essentialis subiecti, aliquando etiam definitio essentialis prædicati. Nec definitio tamen subiecti, nec medium quodcumque quod non sit aliquo modo causa passionis, potest esse medium demonstrationis propter quid, at definitio subiecti siue essentialis, siue causalis, quæ sit causa passionis est medium potissimum inter media simplicia [cuiusmodi non esset aggregatum ex definitione subiecti, & definitione prædicati] prædicatæ demonstrationis, quæ magis definitio non sit medium secundum se totam, sed tantum secundum illam sui partem, secundum quam est causa passionis.

71 Quarta eiusdem demonstrationis conditio, quæ est vt cõset ex notioribus, & quinta, quæ est, vt constet ex prioribus, sequitur, ex tertia, vt supra indicatum est. Cum autem docet Aristoteles principia demonstrationis propter quid debere esse notiora, seu magis nota, hæc est magis certa, & euidentia quam sit conclusio sumit particulam (magis) vt dicit maiorem nobilitatem, & perfectionem essentialiorem, & accidentalem distinctam ab intentione, nec vult prædicta principia esse notiora conclusione tantum secundum naturam, sed etiam secundum nos. Rectè autem idem Aristoteles principia, seu præmissas debere esse notiores: vt diximus, conclusione probat illo axiomatico propter quod vnumquodque, & illud magis, quod licet non sit semper verum si particula (magis) sumatur pro intentionis, est tamen semper verum in causis quidem, & esse sub. æquiuocis, si particula (magis) sumatur pro nobilitate, seu perfectius tunc in perfectione essentiali, tum etiam in perfectione aliqua accidentali distincta ab intentione. in omni vero genere causæ, si particula (magis) sumatur pro nobilitate, seu perfectius perfectione aliqua accidentali distincta ab intentione.

72 Ex dictis satis intelligi potest demonstrationem propter quid debere constare ex necessarijs, vt docet Aristoteles 1. Post. à te. 7. ad 20. & ex proprijs, vt docet idem à te. 11. ad 20. ad 30. Tres autem quasi gradus cõstituit

Aristoteles propositionis ad præmissarum demonstrationis propter quid necessitatem requisitæ, vnum propositionis de omni, alterum propositionis per se, tertium propositionis vniuersalis.

Propositio de omni dicitur illa, quæ habet prædicatum de omni. Prædicatum autem de omni definit Arist. ibid. v. s. esse illud, quod non ita se habet ad suum subiectum, vt alicui in sit, alicui non, & aliquo tempore in sit, aliquo non, quasi dicat, sed omni subiecto in sit, & omni tempore. Atque ex hac definitione prædicati de omni satis intelligi potest prædicatum de nullo ab Aristotele omisum, quod habet conditiones oppositas. Sicut autem non à ambæ demonstrationis propter quid præmissæ possunt esse de omni, si fermo sit de quocumque demonstratione propter quid: ita ambæ debent esse de omni si fermo sit de demonstratione propter quid perfectiore.

73 Propositio per se dicitur illa, quæ habet prædicatum per se, seu est in aliquo modo dicendi per se. Quatuor autem ex Aristotele ibidem text. 9. sunt modi dicendi per se. Primus est quando prædicatum est aliquid quod sit de essentia subiecti. Secundus est quando prædicatum est aliqua propria passio subiecti, seu a liquid subiecto conueniens accidentem, & necessariam. Tertius, qui non est modus prædicandi, sed essendi, complectitur ea, quæ nõ dicuntur de aliquo subiecto, quia non sunt in subiecto, sed per se, idest substantias, non solum primas, sed etiam secundas. Quartus qui item nõ est modus prædicandi, sed causandi, complectitur ea, quæ ideo dicuntur in esse per se alicui, quia ab illo per se causantur, ex quo patet omnes demonstrationis propositiones debere esse, vel in primo, vel in secundo modo dicendi per se.

74 Propositio vniuersalis hic dicitur illa, quæ habet prædicatum vniuersale. Prædicatum autem vniuersale ex Aristotele ibidem text. 11. requirit tres conditiones: prima est, vt sit de omni; secunda, vt sit per se, idest, vt sit secundum quod ipsum, idest conueniat subiecto secundum quod tale est, seu secundum propriam eius naturam, & consequenter enim illo reciprocatur. Idcirco enim vocatur huiusmodi prædicatum vniuersale, quia debet esse vniuersum in subiecto, de quo prædicatur, ita vt extra illud non reperitur, sed hæc tertia conditio ad perfectissimam quidem demonstrationem propter quid in ambabus præmissis, ad alias autem veras, non

Propositio de omni.

Propositio per se.

Propositio vniuersalis.

3
Præmissa modo notiora constat.

tamen perfectissimas demonstrationes, propter quid in maiori tantum requiritur.

Male autem quidam dicunt hæc tria prædicata de omni, per se, & vniuersale ita se habere inter se, vt omne vniuersale sit etiam per se, & omne per se sit etiam de omni, sed non conuincitur, quoniam de omni sit etiam per se, & omne per se sit etiam vniuersale, falsum enim est omne per se esse etiam de omni, sicut falsum etiam est, non omne de omni esse per se, quamuis omne per se sit etiam de omni: neque tamen idcirco male Aristoteles prius explicauit prædicatum de omni, quam per se.

74 Atque ex his patet principia demonstrationis propter quid debere etiam esse propria, & consequenter non aliena, heque communia. Patet præterea, recte ab Aristotele ibidem tex. 30. demonstrationem diuidi in demonstrationem propter quid, & demonstrationem quod, seu quia per effectum. Demonstratio æque, quæ dicitur potissima, non distinguitur a demonstratione propter quid, nisi accidentaliter. Demonstratio denique, deducens ad impossibile non est simpliciter demonstratio, sed tantum secundum quid, & ad hominem, atque ex suppositione. Et quamuis ab Aristotele demonstratio, quia, non definiatur, recte tamen defini potest esse syllogismus constans præmissis necessariis causam remotam, vel effectum per se conclusionis continentibus, & recte consequenter diuiditur ab ipso Aristotele in demonstrationem, quia, per causam remotam, & quæ tamen quatenus est per causam interduam appellatur demonstratio propter quid, & demonstrationem, quia per effectum.

75 Sed cum causa remota sit triplicis generis, vna quæ latius patet, quam effectus, vt animal respectu respirationis; altera quæ minus latè, vt iugulatio respectu mortis; tertia; quæ æquè latè, vt iugulatio respectu risibilitatis, posito quod causa proxima risibilitatis sit admiratio; Demonstratio quia fieri quidem potest per causam remotam omnibus prædictis trib. modis, cum discrimine tñ, à causa enim remota latius patente non potest fieri demonstratio affirmatiua, sed tantum negatiua: à causa verò remota minus latè patente fieri potest demonstratio affirmatiua, non tamen negatiua: à

causa denique remota, æquè latè patente fieri potest demonstratio tum affirmatiua, tum negatiua. Neque verò solum demonstratio propter quid, sed etiam demonstratio, quod, siue à causa remota, siue ab effectu est vera, & propria demonstratio, licet demonstratio propter quid, cæteris paribus, sit perfectior demonstratione quod; inter demonstrationes verò quod, cæteris item paribus, perfectior sit affirmatiua, quam negatiua, & quæ est per causam æquè latè patentem, quam quæ est per causam magis, vel minus latè patentem, vel per effectum. Nec ratio demonstrationis prædictis omnibus veris demonstrationibus analogicè, sed vniocè, conuenit.

76 Circulus omnino vniuersalis, qui absolute dicitur circulus, siue perfectus, hoc est constans tribus syllogismis, à quorum vnus conclusione reuertitur ad probandum totum, illius antecedens per alios duos syllogismos, quorum vno probamus maiorem, alterum minorem: siue imperfectus, hoc est constans duobus tantum syllogismis, à quorum vnus conclusione reuertitur ad probandum, vnam tantum illius præmissam per alterum syllogismum: in demonstrationibus dari nullo modo potest. Tres autem hic circuli, siue perfectus, siue imperfectus requiritur conditiones, vt sit omnino vniuersalis. Prima est, vt omnes eius syllogismi sint demonstrationes propter quid. Secunda, vt omnium eius syllogismorum conclusiones demonstrantur per idem genus cause. Tertia, ut idem omnino sit id, quod probatur in primo syllogismo, & id per quod probatur in duobus syllogismis sit circulus sit perfectus, vel in alio si sit imperfectus, ita vt eadem formaliter propositio, quæ fuit conclusio, in primo assumatur, vt præmissa in alijs duobus, vel alio ad probandum vtramque, vel alteram præmissam primi.

77 Circulus autem difformis, seu in diuerso genere cognitionis, qui proprio nomine appellatur regressus, & est circulus, vel perfectus, qui tamen non potest dari nisi in terminis conuertibilibus, vel imperfectus, quo scilicet postquam per vnum syllogismum processerimus ad probandum aliquam conclusionem, ab eadem conclusione per alium syllogismum regredimur ad probandam alteram præmissam primi syllogismi, dari potest.

8
Circulus in
demon-
strat.

7
Demon-
strat. di-
uisio.


Et quidem tripliciter dari potest, primo ita ut processus, seu primus syllogismus, sit per effectum ad causam, secundus verò syllogismus, seu regressus sit per causam ad effectum, ut si assumatur risibilitas ad probandam de homine rationalitatem, & deinde resumatur rationalitas ad probandam de eodem risibilitatem. Secundo ita, ut primus syllogismus sit per causam unius generis, & secundus per causam alterius generis, ut si deambulatio assumatur, ut causa efficiens sanitatis, & rursus sanitas, ut causa finalis deambulationis. Tertio ita, ut uterque syllogismus sit per causam eiusdem generis sub diversa tamen ratione, ut si assumantur vapores, ut causa materialis pluviz, & rursus pluvia, ut causa materialis vaporum. Atque ut omnibus ijs modis regressus demonstrativus utilis sit, primo tamen modo in particulari, qui communior est, & in prima figura sit conuertendo maiorem primi syllogismi, & assumendo conclusionem eiusdem primi syllogismi, ut maiorem, & ex illis inferendo maiorem eiusdem primi syllogismi, ut conclusionem, non solum utilis est, quia per illum perfectiori modo cognoscimus nempe à priori, & ordine magis naturæ consentaneo, sed etiam quia in eo formaliter cognoscitur propter quid passio conueniat subiecto, quod formaliter non cognoscitur in progressu, licet in eo cognoscatur effectus ut effectus, & causa, ut causa formaliter. Neque tamen inter progressum, & regressum necessaria est mora, quam quidam inducunt.



BIBLIOTHECA
ROMANA
VLTORIO EMANUELE

SCIENTIA.

Cap. VII.



78 **D**emonstratio, quæ de hæcenus egimus, effectus est scientia, cuius tractatio sub diuersa ratione ad diuersos spectat, licet omnium scientiarum in particulari differentias tradere, non sit proprium alicuius scientiæ particularis, sed sapientis, seu periti, hoc est eius, qui omnes scientias tenet. nos de scientia hæc agimus, tum quia est, ut diximus, effectus demonstrationis, tum quia etiam in scholis hæc eius tractationi locus assignari solet. Sic autem datur scientia, ut non sit nobis innata, & nihil eius de nouo detur nisi reminiscentia, sed de nouo in nobis producatur, non tamen ab vlllo agente extrinseco I Deum, ut causam vniuersalem excipio I sed ab intellectu nostro non tamen independentè à cognitione sensitua. Et licet nihil intellectus noster scire possit sine generali auxilio Dei, multa tamen discere potest sine speciali auxilio eiusdem, omnia scilicet ex sensatis naturaliter deducibilia, siue speculatiua, siue practica, diuisim sumpta, collectim enim sumpta sine speciali Dei auxilio non potest. Verum non ita scientia ab intellectu nostro producitur, ut sit illi naturalis, seu naturaliter illi debita secundum actum, aut secundum potentiam proximam, & completam, sed secundum potentiam remotam, & inchoatam. atque ad eius productionem in nobis siue per proximam inuentionem, siue per magistrum, tria necessarîo requiruntur, primo ignorantia saltem puræ negationis, quæ est terminus à quo: secundo cognitio aliqua sensitua tum externa tum interna præcedens: tertio discursus intellectus, quo ex præcognitis aliquid euidenter concludatur.

79 Difficultas sciendi semper oritur ex defectu proportionis inter intellectum, & obiectum, & consequenter partim ex

x
Sciendi
ratio

z
Sciendi
causæ
ratio
productio

3
Sciendi
diffic.

intel-

intellectu, partim ex obiecto. Dixi ſemper, vt comprehenderem omnem difficultatem ſciendi tam circa res maximas, quam circa res minimas, & mediocris entitatis. Reſcēd nihilominus præcipua cauſa omnis difficultatis, quam experimur in ſcientijs, intellectus noſtri imperfectioni tribuitur.

2
Quid
ſia.

80 Euidencia duplex eſt altera obiecti, & eſt veritas ſeu cognoscibilitas obiecti, quatenus per illam ita perſpicue obiectum potentiz obijci poteſt, vt ab ea, quodammodo videatur: altera cognitionis, & eſt ipſa claritas, qua ita perſpicue obiectum cognoscitur, vt quodammodo videatur. Atque hæc eſt de eſſentia ſcientiæ proprie, & præſe dicta. Certitudo autem, quæ eſt in ſcientia, conſequitur tamquam proprietates ex euidencia. Sed ne qua lateat æquiuocatio, triplex diſtinguenda eſt certitudo, obiecti ſcilicet, cognitionis, & cognoscens. Certitudo obiecti eſt ipſius neceſſitas. Certitudo cognitionis eſt ipſius inſallibilitas, cui falſitas ſubefſe non poteſt, & hæc certitudo, nec ſemper ſupponit certitudinem obiecti, nec quando ad eſt certitudo obiecti, ex illa neceſſario conſequitur, licet neceſſario conſequatur ex ſcientia. Certitudo denique cognoscens eſt firma quædam intellectus ad hæſio ad rem, vt veram, cui poteſt interdum ſubefſe falſitas, non tamen quando oritur ex certitudine cognitionis, quæ ſit ſcientia.

5
Certi
tudo.

6
Sciē-
tia deſi-
mitio.

81 Deſinitur autem ab Aristotele ſcientia primo Poſter. tex. 5. his verbis, ſcire autē arbitramur vnumquodque ſimpliciter, ſed non ſophiſtice modo, qui eſt ſecundum accidens, cum cauſam exiſtimamus cognoscere propter quam res eſt, & quod illius cauſa eſt, & non contingere hoc alterſe habere. Quæ deſinitio bona quidem eſt, non tamen conuenit omni ſcientiæ proprie, & præſe dictæ, ſed tantum ſcientiæ, cæteris paribus, magis præcipue hoc eſt ſcientiæ propter quid, quæ habetur per demonſtrationem propter quid, præter quam datur alia proprie item, & præſe dicta hoc eſt ſcientia quod, quæ habetur per demonſtrationem quod. Neque verò prædicta deſinitio conuenit ſolum ſcientiæ propter quid ſpeculatiuæ, ſed etiam prædictæ: Neque ſolum ſcientiæ propter quid per cauſam æqualem, & ſimpliciter ſic dictam, ſed etiam ſcientiæ propter quid per cauſam virtuale, & quidem per quamcunque cauſam, modo ſit proxima. Denique prædicta deſinitio proprie conuenit ſcientiæ propter quid actuali quamuis facile accomodari poſſit etiam habituali. At ſcientia

in communi compræhendens omnem ſcientiam proprie, & præſe ſic dictam deſiniri breuiter poteſt, conſuſio demonſtrationis, vel cognitio euidens diſcurſiua, ita, ut, cognitio, ſit genus, euidens diſcurſiua, ſit differentia: uel quod ferè idem eſt, cognitio intellectiua euidens mediate, ita, vt, cognitio intellectiua, ſit genus, euidens mediate ſit differentia. Poteſt tamen etiam deſiniri cognitio diſcurſiua euidens, ita, ut, cognitio diſcurſiua, ſit genus, euidens, ſit differentia: vel cognitio euidens diſcurſiua, ita, ut, cognitio euidens ſit genus, diſcurſiua ſit differentia, & his omnibus modis erit deſinitio eſſentialis.

7
Sciē-
tia, Val-
tas, Veri-
tas, So-
nitus.

82 Præter certitudinem, de qua diximus ſupra, quædam aliz ſunt ſcientiæ proprietates paucis hic attingendæ, videlicet Vnitas, Veritas, Bonitas. De vnitate numerica ſcientiæ eodem modo philoſophandum eſt, quod de unitate aliorum accidentium: Vnitas verò ſpecifica eiufdem ſumitur ex medio termino, ſeu ex ordine ad medium terminum, ita vt illæ ſcientiæ ſint vnus eiufdem ſpeciei, quæ habent vnum, eundemque ſpecie medium terminum non quidem materialiter, ſed formaliter ſumptum: illa diuerſæ, quæ diuerſum, etiam ſi aliquo habeant idem ſubiectum, & idem prædicatum. Vnitas denique generica eiufdem ſumitur ex conuenientia in ratione ſeu deſinitione communi ſcientiæ ſupra tradita, ita ut illæ ſint ſcientiæ vnus, eiufdemque generis uniuocæ in ratione ſcientiæ, quæ uniuocæ; illæ analogicæ, quæ analogicæ in ea conueniunt. De unitate autem ſcientiæ totalis infra. Vnitas ſcientiæ complexa [nā de veritate tranſcendentali, quæ in omnibus rebus reperitur hic non loquitur] conſiſtit in conformitate ſcientiæ ad rem ſcitam, & conuenit omni ſcientiæ. Bonitas verò eiufdem conſiſtit in eius perfectione ſecundum quam eſt terminatiua appetitus rationalis. Et quidem ſcientia quatenus cognitio intellectiua euidens eſt perfectio ſimpliciter ſimplex, & ſine ulla limitatione eſt in genere bonorum honorabilium, & virtus intellectiualis.

83 Sed ut perfectè ſcientia intelligatur neceſſario explicandum eſt eius obiectum, ſeu materia circa quam tribus neceſſario partibus conſtans. Prima proprie, & præſe dicitur ſubiectum, ſeu obiectum de quo: Secunda prædicatum, ſeu obiectum quod, & quæſitum: Tertia medium, ſeu obiectum quo, & ratio formalis ſub qua, ſeu per qua. Neque in obiecto, ſeu materia circa quam

8
Subie-
cti sci-
entia con-
ditio.

scientiæ in communi quidquã reperitur, quã ad aliquam predictarum trium partium nõ pertinet. Ac subiecti quidem, seu obiecti de quo scientia in communi variã à varijs conditionibus afferri solent. Prima quã à quibusdam afferri est, vt fit ens reale. Sed hæc conditio non est admitenda, vt communis omni scientiæ, cum detur scientia etiã de ente rationis, immo, & de non ente siue complexo, quod est propositio falsa, siue incompleto, quod negatiue opponitur enti incompleto, quã nemo ens non possit, vt nõ ens formaliter concipi, vt alibi explicabitur. Secunda, quã à nonnullis afferri, est vt fit finitum: quã quã hæc conditio ab alijs dicitur nõ esse subiecti scientiæ, sed prædicati. Dicendum tamen neutrius esse, cum tam subiectum, quam prædicatum scientiæ possit esse infinitum: licet vt infinitum non possit à nobis distincte, sed tantum confuse cognosci. Tertia, quã à nõ nullis item afferri solet, est, vt consistat ex parte materiali, & parte formalis, vt alii loquuntur, ex re considerata, & modo considerandi. Verum hæc conditio nõ est subiecti, de quo scientiæ, sed totius obiecti, seu materiæ, circa quam, cuius prima pars, idest subiectum est pars materialis comparata ad prædicatum, quod respectu subiecti est pars formalis: & rursus totum aggregatum ex subiecto, & prædicato est pars materialis respectu medijs, quod est tantum pars formalis. Quarta quã à multis afferri est, vt fit vniuersale. Sed neque hæc communis est omni scientiæ cum detur scientia etiã de singularibus non solum incorruptibilibus, vt de Deo, sed etiã de corruptibilibus, vt de hoc homine. Quinta quã à pluribus afferri solet, est, vt non sit æquiuocum, sed vniuocum, vel saltem analogum. Huius tamen conditionis prima quidem pars semper, secunda autem, & tertia tunc tantum habent locum cum scientiæ subiectum est vniuersale. Sexta quã communiter afferri est, vt non sit ens per accidens, quod conditio licet videatur potius prædicati, quã subiecti, quatenus prædicatum scientiæ non potest esse per accidens, hoc est contingenter connexum subiecto; potest tamen etiã dici conditio subiecti, quatenus nec subiectum scientiæ potest esse per accidens, hoc est contingenter connexum cum prædicato. Verum licet de ente per accidens in ratione effectus, seu quod idem est de effectus contingenti, vt de inuentione thesauri casu facta à fodiente, & cetero huiusmodi ante per accidens, quod nec habet certas causas, quibus producatur, nec

certas passiones, quã de illo demonstrari possunt, non detur scientia de ente tam enim per accidens, quod habet certas causas, quibus producit, & certas passiones, quã de illo demonstrari possunt eiusmodi ens per accidens sunt numerus sonorus, linea visualis, & huiusmodi, datur. Septima afferri solet, vt sit semper, & vbique quia supponitur esse vniuersale, quod dicitur esse semper, & ubique modo explicando vbi de vniuersalibus. Quare hæc conditio non distinguitur à quarta. Octaua, vt sit necessarium, seu non possit aliter se habere. Nona, vt sit æternum, & consequenter ingenerabile, & incorruptibile. Decima, vt ex præcognitione dici possit. Sed hæc tres vltimæ sunt conditiones connexionis prædicati cum subiecto, non autem subiecti præcisè, eatenus autem dicitur connexio prædicati cum subiecto scientiæ esse necessaria, & æterna, quatenus posito subiecto in quacumque differentia temporis seu durationis necessario illi conuenit prædicatum. Additur à quibusdam alia conditio, vt subiectum scientiæ non sit res à nobis operabilis, seu cuius principia sint in nobis, sed sit res tantum speculabilis, cuius principia sint in ipsa re. Verum isti scientiæ nomen sumè angustius, ut soli speculatiuæ conuenit, cum tamen etiã prædica sit verè, & propriè scientia.

84 Rectè autem scientiam speculatiuam à practica in hunc modum distinguit Aristoteles à Met. tex. 3. vt speculatiuæ finis sit veritas, practicæ autem opus, vbi non loquitur de fine proximo, qui tam in scientia speculatiua, quã in practica habituali est cognitio sui obiecti, sed de remoto, qui in speculatiua coincidit cum fine proximo sub alia ratione spectato, in practica distinguitur à fine proximo, & est illud ad quod cognitio obiecti, quæ est finis proximus, ordinatur. Vt autem scientia speculatiua à speculatione, sic practica à praxi dicitur sed ~~praxi~~, quæ Latine est actio, apud Aristotelem dupliciter sumitur, vel presè pro operatione libera siue voluntatis, siue alterius cuiuscumque potentia uoluntatis subiacentis, quatenus est regulabilis regulis scientiæ moralis, & prudentiæ, vel late pro operatione libera tum interna intellectus, tum externa potentia factiue, seu exequentis, quatenus est regulabilis alijs quibusdam regulis, operatio quidem interna intellectus regulis Logicæ, operatio autem externa potentia factiue, seu exequentis regulis scientiæ factiue, & artis. Operatio enim quæ nullo modo li-

9
Scientia
speculati-
ua, et
practi-
ca.

bera

bera; & conſequenter niſiſo modo eſt regula
ſapax, niſiſo item modo eſt praxiſ.

85. Et iuxta duplicem hanc praxiſ accep-
tionem duplex etiam neceſſario diſtingue-
da eſt ſcientia practica, altera preſe ſic di-
cta, quæ circa praxim preſe, altera late ſic
dicta, quæ circa praxim late ſumptam ver-
ſetur. Dux autem requiruntur, & ſufficiunt
conditiones, vt cognitio, & ſcientia dicatur
circa praxim verſari, ſeu ad praxim dirigi,
& conſequenter eſſe practica. Prima eſt, vt
ſit de re operabili, cuiuſmodi eſt intellectio,
volitio, ſaltatio, & diſſectio. Secunda vt pro-
cedat, modo operabili, hoc eſt, vt cognitio il-
la, & ſcientia tradat modos, ſeu regulas, vel
potius ipſamet ſit modus, ſeu regula forma-
liſ operandi. Ex hiſ colligitur definitionem
praxiſ, quam tradit Scotus in prologo ſenten-
tiarum quaſt. 4. hiſ verbis. praxiſ eſt ma-
tius alterius potentia, quam intellectus natu-
raliter poſterior inſpectione natus dicitur,
conformer rationi recte ad hoc, vt ſit actus.
rectus: non eſſe ad quatuor. Colligitur pra-
terea, vt ſcientia dicatur procedere modo
operabili, & conſequenter eſſe abſolute, &
ſimpliciter practica, non ſuſſicere, vt ex ſola
intentione ſcientiaſ diripatur ad praxim: nec
vt ex cognitione varietatis, quam ſcientia il-
la tradit colligi poſſit, aut etiam debeant
modi, ſeu regulae bene operandi: nec vt ad
praxim quocumque modo, & etiam natura ſua
extendatur.

86. Denique ex iſdem colliguntur ea, in
quibus conueniunt, & ea in quibus diſſerunt
ſcientiaſ ſpeculatiuaſ, & ſcientiaſ practicaſ.
Conueniunt enim tam quod vtraque eſt di-
ſſeſ, ſua, & euidens: tum quod vtriuſque ſi-
de habituali ſermo ſit, ſiſis proximus eſt co-
gnitio ſui obiecti. Diſſerunt vero, tum quod
ſiſis remotus ſcientiaſ ſpeculatiuaſ coincidit
cum ſine proximo obiecto, ſiſis autem ſe-
motus ſcientiaſ practicaſ diſſert a ſine proximo
eſſeſ: tum quod ſcientiaſ ſpeculatiuaſ
potest agere, & de re, non operabili, & de re
operabili; ſcientiaſ autem practicaſ non po-
teſt agere niſi de re operabili, tum quod ſcien-
tiaſ ſpeculatiuaſ licet aliquando agat de re
operabili, non agit tamen de illa modo ope-
rabili, ſed ſpeculatiuaſ; ſcientiaſ autem practi-
caſ, & agit de re operabili, & modo operabi-
li. Traque ſcientiaſ, & vniuerſaliter cognitio
ſpeculatiuaſ a practica non accidentaliter ſa-
tum, ſed eſſentialiter diſſert.

87. Scientiaſ habituaſ, hoc eſt habituaſ
intellectuſ ad ſacieſ producendum actum
ſcientiaſ, quam dicitur certum eſſe, non eſt para-

relatio reſultans ex poſitione ſpecierum in-
telligibilium, ordinatarum in eodem intel-
lectu, hanc qualitas potentiaſ intelligibileſ ſuper
addita diſtincta a ſpeciebus intelligibilibus
ſed identificateſ cum ipſiſ ſpeciebus intelli-
gibilibus, non quidem ſimplicibus, ſeu repre-
ſentatiuiſ rerum ſimplicium, ſed complexi-
xiſ, ſeu reſeſentatiuiſ rerum complexaruſ opina-
ſcibiuiſ, & in illiſ formaliter conſiſtit, ſic
opinio habituaſ ſciſ formaliter conſiſtit in
ſpeciebus intelligibilibus complexiſ, ſeu re-
preſentatiuiſ rerum complexaruſ opinabi-
lium. Ac ſcientiaſ quidem habituaſ parti-
aliſ vniſ formaliter conſiſtionis, cuſ vna
qualitas realiter ſimplex, ſeu non realiter co-
poſita ex multiſ, hoc eſt vna realiter ſpecieſ
intelligibilis vniſ formaliter conſiſtionis
ſcientiaſ ſciſ; ſcientiaſ autem habituaſ totaliſ
non eſt vna qualitas ſimplex, ſed aggregatuſ
ex tot qualitatibus, ſeu habituiſ realiter, &
ſpecieſ diſtinctiſ, quot ſunt conſiſtionis, ex
quibus collecta eſt, & ad quas inclinat reali-
ter, & ſpecieſ diſtinctaſ.

88. Producitur habitus ſcientiaſ per ac-
tum ſcientiaſ, & quidem habitus ſcientiaſ
partialiſ vniſ ſimpliciter per vniſum ſim-
pliciter actum ſcientiaſ, habitus vero totaliſ
per multiſ. Quod idem proportionateſ di-
cendum eſt de habituſ tum partialiſ, tum totaliſ
opinatiuiſ, non item de habituſ virtutiſ mo-
raliſ, qui communiter per vniſum actum non
producitur, quoniam, cum aliquando per vni-
um actum produciſ nihil repugnet, Concu-
rit autem actus ad habitum, & conſequenter
actus ſcientiaſ ad habitum ſcientiaſ eſſeſ-
cienter, ſed aduertendum eſt a Choroſiſ, ſiſbere ſiſa ſe-
duplicem rationem, actiuiſ ſciſcienter, & qua-
ſcienter, concurrere autem ad habitum eſſeſ-
cienter, non quatenus actio eſt, ſed quatenus qua-
litas, & quidem actiua eſt non concurrere qua-
litas, vt inſtrumentum potentiaſ proprie, &
preſe loquendo, ſed vt efficiens proximum,
principale, licet partiale. Nec dicendum eſt
habitum eſſe ſimpliciter perfeſtorem ad actum,
ſed eſt contrario, licet etiam habitus actum loquendo
quid perfeſtior actum.

89. Dupliciter dici poteſt augeri habitus
inſenſiuiſ, & extenſiuiſ. augmentum inſenſi-
uiſ dicitur, quid habitus in ordine ad id e-
obiectum magis perfeſtior; & conſequenter
magis inclinat, ſeu magis aptam, & facilius
reducit potentiam ad ſimiles actus obiectoſ
augmentum extenſiuiſ dicitur, quando ha-
bitus ad plura obiecta. ſeu ad plures e-
dem obiectiſ partes extenſiuiſ, vt paulo poſt
dicitur. Atque inſenſiuiſ quidem augmentum

10
Scientia
habitum.

11
Scientia
habitum
produci.

12
Scientia
augmentum
inſenſi-
uiſ
& ex-
tenſi-
uiſ.

tum in habitu scientiæ datur, sed tam de habitu scientiæ, quam de habitu in communi dubitari potest; an intendatur solum per actus intensiores, an etiam per æquales, vel minus intensos. In qua dubitatione distinguendum est. dupliciter enim intelligi potest habitus intendi, primò in ordine ad efficiendos actus intensiores, quam fuerint omnes illi, quibus habitus productus, vel acutus est. Secundo in ordine ad efficiendos actus æquè intensos, atque fuerint illi quibus habitus productus, vel acutus est, multo; magis ad efficiendos actus minus intensos. Loquendo igitur de primo intentionis modo, dicendum est nullum habitum intendi nisi per actum intensiorem, loquimur autem de habitibus acquisitis, & naturalibus, nam de insusis, & super naturalibus non est nostrum hic disputare. Loquendo autem de secundo modo intentionis, dicendum est habitus quidem potentiæ appetitiuæ intendi posse per actus æquales, habitus verò potentiæ intellectiuæ non posse intendi per actus æquales. Extensiuum verò augmentum in habitu scientiæ dupliciter intelligi potest; Primò ita vt vnus, idemque habitus scientiæ per simplicem suam entitatem virtualiter extendatur ad efficiendos plures actus eiusdem speciei; & hæc extensio conuenit omni habitui, nec aliunde habetur, quam ab eodem actu; quo productus est habitus: Secundo ita vt vnus idemque habitus scientiæ virtualiter extendatur ad efficiendos plures actus diuersæ speciei; & hæc extensio non conuenit habitui scientiæ: Tertio ita vt postquam productus est simplex aliquis, & partialis habitus ad scientiam aliquam totalem pertinens, alij subinde, atque alij simplices, partialesque, habitus ad eandem scientiam totalem pertinentes producantur, atque ita primus ille simplex partialisque habitus dicitur improprie augeri, atque extendi quatenus alij habitus ab ipso realiter distincti, cum ipso tamen aliquomodo vnum per ordinatam aggregationem facientes, illi adiunguntur; & hæc extensio conuenit cuncti habitui scientiæ.

99. Habitus omnis, & consequenter etiam habitus scientiæ concurrunt ad actus non dispositiuè tantum, sed efficiuè, & quidem etiam principaliter, non tamen vt principii effectiuum totale, sed partiale. Neque verò habitus scientiæ in actu efficit solum intentionem, aut facilitatem, quas aliqui male dicunt esse modos actus; sed efficit omnia quæ sunt in actu, hoc est entitatem, inten-

sionem, vnitatem, veritatem, bonitatem eo modo quo effici possunt. Facilitas autem nihil est reale in actu, sed denominatio extrinseca à potentia operante sic disposita: delectatio verò actus ab habitu elicitæ secundum id, quod dicit in actu, non est aliquid realiter distinctum ab ipso, sed ipsemet, quatenus naturæ, & dispositioni operantis conueniens est. Non potest tamen vnus habitus, & consequenter nec habitus scientiæ conferre potètiæ vim ad eliciendos actus intensiores, quam potentia ipsa ex se possit efficere, & quamvis directæ, & per se non possit actus conferre potètiæ vim ad efficiendum actum intentionem quam fuerit ille, quo ipse productus est, per accidens tamen, & indirectè, hoc est ratione potètiæ, cum qua operatur, potest ita concurrere etiam ad actum, quem potentia, vt naturaliter affecta aliquando elicit intensiorè, quam fuerit ille actus, quo productus est habitus, vt non solum concurrat ad gradus intentionis sibi correspondentes, sed etiam ad vteriores omnes.

91. Cum Aristot. primo Poster. t. 17. enumeret quatuor, nempe rem scientiam, scientem, carentiam obliuionis, seu recordationem conclusionis, & carentiam obliuionis, seu recordationem mediij, quibus remanentibus scientia remaneat, & quorū aliquid deficere oportet, si scientia deficiat, loquitur præcipue de scientia actuali. Nec ita intelligendus est, ut velit ad inheritum rei scite, quo ad existentiam aut scientis, id est hominis, interire scientiam: sed ita, vt veljet, si res scita, id est connexio prædicati cum subiecto demonstrationis, dissoluatur per possibile, vel impossibile, quamuis reuera id sit impossibile; vel sciens secundum eam partem secundum quam est sciens, id est secundum animam intelligatur tolli, quod tamen naturaliter est impossibile, vel incidat obliuio conclusionis, vel mediij, ex quo proximè habetur conclusio, non possit elici actus scientiæ illius conclusionis. Scientia autem habitualis neque quo ad suam existentiam neque quo ad usum per se corrumpi, aut minui potest per solam cessationem ab actu, per accidens tamen potest, quamuis non necessario id fiat: neque item per se corrumpi, aut minui potest quo ad suam existentiam per læsionem organi corporis, aut corruptionem, perturbati nempe phantasmatum, à quibus eius productio, & usus dependet: per accidens tamen potest per læsionem organi corporis, aut corruptionem perturbati nempe phantasmatum prædictorum impediri, seu corrumpi, quo ad usum,

14
Scientia
corrumpi

immo, & quo ad existentiam, quamuis hoc ultimum non semper accidat. Eadem scientia habitualis, quo ad suam existentiam per se corrumpi potest effectiue quidem ab actu, formaliter autem solum ab habitu opinionis falsæ, vel erroris ipsi oppositi. In eo autem opinio falsa, & error conueniunt, quod utraque est cognitio falsa, & scientiæ contrariè opposita. in eo vero differunt, quod opinio falsa est cognitio falsa existimata probabiliter, error autem est cognitio falsa existimata evidens.

92. De veritate, & distinctione scientiæ totalis, cuius iam sæpius facta est mentio, illud ante omnia statuendum est, non vnam tantum esse scientiam totalem rerum omnium, sed plures non solum ab commoditate ipsas tractandi, ac perdiscendi, sed etiam ob ipsam naturam aliquomodo à parte rei distinctam, licet in ratione generica scientiæ vniuersæ omnes conueniant. Non rectè tamen scientiæ totales in vniuersum distinguuntur ex sola distinctione abstractionum à materia, quæ sunt illæ scientiæ totales, quæ habent distinctam abstractionem obiecti formalis inter se distinguuntur, tum specie, tum etiam genere subalterno. Et in hoc sensu rectè dicuntur Physica, Mathematica pura, & Metaphysica inter se distingui ex triplici abstractione à materia, quartæ prima est abstractio à materia signata, seu singulari tantum, sed non à materia sensibili. Et tribuitur Physicæ, quæ considerat materialia sensibilia, non tamen in singulari, sed in communi: quam ob rem à materia sensibili singulari dicitur abstrahere non rectè, sed ratione, à materia autem sensibili communi nec re, nec ratione. Secunda est abstractio ab omni materia signata, & sensibili, sed non à materia intelligibili, & tribuitur mathematicæ puræ, quæ considerat materiam intelligibilem, hoc est, quantitatem ab omnibus accidentibus sensibilibus abstractam per rationem: id est, quæ à materia sensibili dicitur abstrahere ratione, sed non re, vt libro secundo magis explicabitur. Tertia est abstractio ab omni materia, siue sensibili, siue intelligibili, & tribuitur metaphysicæ, quæ considerat res carentes omni materia, siue sensibili, siue intelligibili, vel absolute, & realiter, vt sunt Deus, & intelligentiæ, vel ita semper indifferentiam, & formaliter, ut sunt ratio entis, ratio vniuersi, & huiusmodi alia, quæ à rebus materialibus, & immaterialibus formaliter abstrahunt, & in utriusque repetuntur, & propterea dicitur abstrahere ab omni materia, siue sensibili, siue intelli-

gibili, & ratione, & re alterutro ex prædictis modis.

93. Licet autem rectè tres abstractiones à materia distinguantur, vt dictum est, alio tamen modo, materia analogicè, vt in prædicta diuisione, sed adhuc latius sumpta, multo plures distingui possunt, ita vt alia, sit abstractio à materia signata, alia à materia sensibili sumpta pro materia prima affecta quantitatibus sensibilibus, alia à materia sensibili sumpta pro substantia corporea completa, & simpliciter, qualem aliqui putant esse substantiam collæ, alia à materia intelligibili sumpta pro quantitate, alia à materia sensibili, & intelligibili, sed tantum per indifferentiam, qualis est abstractio transcendentiæ, alia à materia sensibili, & intelligibili, non solum per indifferentiam, sed absolute, non tamen ab ordine ad huiusmodi materiam, qualis est abstractio animæ separatæ, alia ab omni materia sensibili, & intelligibili, & ab ordine ad huiusmodi materiam, sed non ab omni potentialitate, seu perfectibilitate per accidens, qualis est abstractio Angelorum, alia denique ab omni huiusmodi materia, & ordine ad illam, & potentialitate prædicta, qualis est abstractio Dei.

94. Sicut igitur scientiæ totales in vniuersum non rectè distinguuntur ex sola distinctione abstractionum à materia, vt dictum est: ita nec rectè distinguuntur ex eo, quod alia res sint seibiles definitione, alia demonstratione per media intrinseca, alia demonstratione per media extrinseca, quorum primum Mathematicæ conuenit, male quidem tradiderunt: nec item ex sola subordinatione effectuum inter plures conclusiones, quarum una ex alia deriuatur: nec ex sola attributione, seu habitudine ad vnum subiectum totale. Sed veritas, & consequenter distinctio scientiarum totalium in vniuersum sumitur ab veritate subiecti totalis sumpti non secunda se, sed ut seibile est per principia propria, quæ non pendent ab alijs principijs. Rectè nihilominus dicuntur scientiæ totales sumere suam veritatem, & distinctionem à se. Hoc vltima scientia totalis est vna nisi veritate ordinis, seu aggregationis ordinatæ per habitudinem plurimum non solum numero, sed etiam specie distinctarum scientiarum partialium ad idem subiectum totale in ratione seibilis modo explicato.

95. Scientiæ totales inter speculativas sunt Physica, Mathematica, metaphysica, inter præcæ, vel late præcæcæ Moralis, Logi-

14
Scientia
totalis

16
Abstrahere
a materia
ria.

ca, & scientiæ, quæ dicuntur factiæ, seu artes docentes, quæ plurimæ sunt, aliæ nobiliores, ignobiliores aliæ, quas hic enumerare nihil attinet. Cum tamen Mathematicam inter speculativas numeramus, nõ accipimus illam adæquate, quomodo multas etiam præcificas continet, sed in adæquate, ut magis libro secundo patebit.

96 Subalternans scientia dicitur in communia qua alia dependet: subalternata vero, quæ ab alia dependet. Quod tripliciter fieri potest, vel ratione finis, vel ratione subiecti, vel ratione principiorum. ratione finis illa subalternatur alteri, cuius finis subordinatur fini alterius: quomodo finis frænificiæ subordinatur fini equestris. ratione subiecti illa subordinatur alteri cuius subiectum continetur sub subiecto alterius, vel ita, ut illud contrahat per differentiam essentialem, quo modo corpus elementare continetur sub corpore naturali, vel ita ut illud contrahat per differentiam accidentalem, quo modo numerus sonorus continetur sub numero. ratione principiorum denique illa subalternatur alteri, cuius principia sunt conclusiones in altera demonstrata, quo modo principia musicæ sunt conclusiones demonstratæ in Arithmetica.

97 Illa tamen tantum simpliciter dici solet scientia alteri subalternata, quæ ab altera dependet tum ratione subiecti contenti sub subiecto alterius, sed contradi tantum

per differentiam aliquam accidentalem, tñ ratione principiorum in altera demonstratorum, quo modo Musica dicitur subalternari Arithmetice, Perpectiva Geometrice, &c. Sed quoniam Arist. 1. polter. tex. 30 docet sententiam (id est Musicorum, Perpectiuorum, & aliorum qui versantur circa subiectum mathematicæ constructum per differentiam aliquam accidentalem sensibilem) esse scire quod, mathematicorum verò, scire propter quid: id non ita accipiendum est quasi in scientia subalternata sciat quod; in subalternante verò propter quid eiusdem conclusionis quomodocumque, sed ita ut in subalternata quidem sciat. Quod conclusionum per experientiam, & inductionem, in subalternante, verò sciat propter quid eandem conclusionem, sed abstractè non autem applicatè ad eandem conclusiones. Et quæmus in subalternata scire sciat etiam quod si quorum principiorum per experientiam item, & inductionem: huiusmodi tamè scientia quod, siue principiorum, siue conclusionum independens à subalternante non nisi ratione obiecti materialiter sumpti dici potest subalternata. Sed hæc de scientia satis hic sint. Quæ eum de illius cum aliis habitibus comparatione addi possent, partim ex his, quæ dicta supra partim ex alijs, quæ sequentibus libris dicenda sunt, haud ita magno negotio intelligentur.

17
Scientia
subalternans
& subalternata.



THESIUM
PHILOSOPHICARVM
LIBER II.

EX PHYSICIS.

DPræstantissima naturalis Philosophiæ dignitate, præcuncta amicitia, ac fructu coniuncta, tanta mihi, tamque latè patens dicendi seges oboritur, quanta est, quamque se latè fundit ipsius vis, vniuersasque naturæ. Sed, cum neque maximarum, pulcherrimarumque rerum cognitio, quam hæc naturæ contemplatrix, & interpret disciplina complectitur, meam aut cuiusquam commendationem desideret: neque hic id agatur, ut quanta sit huius scientiæ præstantia, quanta iucunditas, quantus vsus, longo verborum ambitu explicetur; sed id potius, ut rerum ipsarum sub physicam contemplationem cadentium amplior, breuibus inclusa thesibus, in lucem, aspectumque, quo ad fieri potest, proferatur: illud tantùm antequàm rem aggrediar, monendum existimo: quemadmodum nihil in natura est, in quo non mirandum aliquid insit, ex Aristot. lib. 1. de partib. Animal. cap. quinto, sententia; ita nihil in illa esse, quod non auidè inuestigandùm, attentè, subtiliterque cognoscendum, & singulari quadam cum animi propensione adamandum, atque amplectendum videatur. Absurdum enim (eiusdem ibidem summi Philosophi verba vsurpabò) nulla que ratione probandum est, si imagines quidem rerum naturalium, non sine delectatione propterea inspectamus, quòd ingenium vnà contemplamur quòd illas condiderit, id est artem pingendi, aut fingendi: rerum autem ipsarum naturæ ingenio, miraque solertia constitutarum contemplationem, non magis prosequamur, atque exofculemur, modo causas perspicere valeamus.

Physicæ naturæ, eiusdem, & Mathematicæ discrimen, quæque ad libros de Physico auditu in uniuersum, eorumque Programium pertinens.

Cap. I.

*Physicæ
Medicæ
Magiæ
naturæ.*

98 **P**hysicam esse scitiam, & quidem speculatiuam libro superiore iam dixi, addo hic eam, cum speculatiua esse dicitur, sumi ut distinguitur à Medicinâ, & Magiâ naturali: quæ dupliciter accipi possunt, vno modo, vt sunt artes videntes, & sic non sunt scientiæ, & consequenter nec partes Physicæ: altero modo, vt sunt artes docentes, seu tradentes præcepta demonstratiua, Medicinâ quidem sanandorum corporum, Magiâ verò naturalis efficiendorum operum admirabilium ex varia copulatione rerum naturalium, & sic sunt quidæ scientiæ, sed practicæ, & consequenter nomine Physicæ simpliciter sic dicuntur, qua de hic loquimur, tanquam eius partes non comprehenduntur.

*Physicæ
subiect.*

99 Subiectum materiale, seu quod idem est, subiectum attributionis scientiæ Physicæ rectè assignatur, siue dicatur esse corpus, siue substantia, siue ens, sed melius si dicatur esse corpus, quod solum est subiectum materiale, seu attributionis scientiæ Physicæ adæquatam: ratio verò formalis subiecti, siue obiecti, seu quod idem est, obiectum formæ Physicæ non rectè assignatur, si dicatur esse mixtum, vel generabile, & corruptibile, si quidem caelum ponatur ingenerabile, & incorruptibile: rectè autem assignatur, siue dicatur esse sensibile, siue mobile, siue naturale, sed melius si dicatur esse mobile, quam si sensibile, & adhuc melius si naturale, quam si mobile. At subiectum Physicæ materiale, & formale simul, rectè assignatur, siue dicatur esse corpus naturale, siue corpus, vt naturale, siue corpus naturale, vt naturale, quamuis his duobus posterioribus modis paulò clarius significetur, naturale esse rationem formalem, sub qua corpus naturale consideratur in Physicâ.

roo Cum autem dupliciter possit Physicâ considerari, vel secundum se, vel vt ab Aristotelè tradita est, secundum se duas in partes tribuitur, quarum prior agit de corpore naturali in communi, posterior de speciebus illi subiectis, quæ deinde pars ita subdividitur potest, vt primo agatur de corpore simpliciter in communi, secundo de Cælo, tercio de elementis, quarto de misto in communi, quinto de mistis imperfectis, sexto de mistis perfectis inanimatis, septimo de misto perfecto animato in communi, octauo de animato tantum anima vegetatiua, nono de animato anima sensitiua, decimo de animato animato rationali. Quia tamen ordo eatenus seruandus est, quatenus maior doctrinæ facilitas in scientiis tradendis præcipuè spectanda putatur. Vt verò ab Aristotelè tradita est, diuiditur eadem Physicâ à quibusdam, nec immeritò, si nomine Physicæ intelligatur omnis doctrina tradita ab Aristotè, in omnibus libris ad Physicam spectantibus, in tres partes, quarum vna continet falsa, altera probabilia, tertia scientifica. Sed si spectentur diuisio ipsius Aristotè, decem videtur habere partes. Prima continetur octo libris de Physico auditu: Secunda quatuor libris de Cælo: Tertia duobus de Generat. & Corrupt. Quarta quatuor libris meteorologicis: Quinta tribus libris de anima. Sexta libris partuum naturalium: Septima decem libris de Hist animalium: Octaua quatuor libris de partibus animalium: Nonâ quatuor libellis, altero de incessu, altero de motu animalium, quæ quæ hæc ad parua naturalia pertinet: Decima quinque libris de generatione animalium. Libri autem duo de Plantis, libellus de Mundo, & alij quidam Aristotè tribui soliti, non putantur communiter esse Aristotè.

101 Ordine naturæ, seu secundum naturam Physicâ est posterior Metaphysicâ, sed prior omnibus aliis scientiis: ordine verò doctrinæ, seu secundum nos Physicâ est post-

*3
Eiusdè
Diuisiõ*

*4
Eiusdè
ordis
alios
scitiam*

tior Logica, & Mathematica, sed prior Meta-
physica & Morali. Ordine denique dignitatis,
Physica simpliciter est posterior sola Meta-
physica, prior vero reliquis omnibus scienti-
is.

5
Mathem-
atica
diviso.

101 Libet hic etiam discrimen Physi-
cæ, & Mathematicæ, de quo Aristoteles se-
cundo Physicæ text. 16. ad 17. agit, adiungere,
sed illud prius ponendum est, Mathemati-
cas disciplinas in duplici esse differentia,
nam alix dicuntur puræ, quia pro subiecto
habent puram quantitatem ab omni qualitate
sensibili abstractam, Geometria, scilicet,
quæ continuam, & Arithmetica, quæ dis-
cretam quantitatem considerat: alix mix-
tæ, quia pro subiecto habent quantitatem
abstractam aliqua qualitate sensibili, & hæc
sunt quatuor, Astronomia, quæ quantita-
tem, siue permanentem, siue fluentem motus
Mundi totius, & præcipue cælestium cor-
porum, Perpectiva, quæ quantitatem visu-
alem, & luminosam, Musica, quæ quantita-
tem discretam in sonis, seu numerum sonorum,
& Mechanica quæ quantitatem gra-
uem, & leuem, & præcipue machinarum
considerat. Atque ad has quatuor alix omnes
mathematicarum mixtarum rationem
participantes, quas hic persequi nihil, necesse
est, aliquo modo pertinent. Eadem hæc
Mathematicæ mixtæ appellari etiam solent
mediæ, quia mediæ quodammodo sunt inter
Mathematicas puras ab omni qualitate
sensibili abstractas, & Physicam, quæ tota
est in rebus sensibilibus, ut propterea merito
de ipsis quæri possit, sint ne magis Mathe-
maticæ, an Physicæ simpliciter tamen magis
mathematicæ, quam Physicæ habende
sunt.

6
Physica
& ma-
th. in
quibus
conu-
erunt.

103 Cum autem Physicæ, & Mathe-
maticæ discrimen inquirimus, nomine Mathe-
maticæ intelligemus non solum Mathematicas
puras, sed etiam mixtas, seu medias, & in
hoc sensu conueniunt Physicæ, & Mathe-
maticæ, quod utraque est verè, & propriè scientia,
& quidem speculatiua, si sermo sit de
Physicæ, & Mathematicæ simpliciter, & prin-
cipaliter sic dicta, latius enim sumpta Phy-
sica, & Mathematica utraque sub se compre-
hendit aliquas etiã scientias practicas, Physi-
ca quidem Medicinam, & Magiam natura-
lem, de quibus supra diximus, Mathematica
verò totidem practicas, quot speculatiuas,
nempe Geometriam practicam, ad quæ prop-
ter pertinent etiam Problemata euclidis,
Arithmetica practicam, Astronomiã practi-
cam, &c.

104 Differunt autem primò eadem scie-
tiæ, quod Physicæ considerat omnia quatuor
genera causarum, nõ virtualium rationum, sed
actualium, seu simpliciter sic dictarum: Mathe-
maticæ verò puræ quidem, & speculati-
uæ considerant tantum causas materialis,
& formalem virtualis; practicæ autem, siue
puræ, siue mixtæ, seu mediæ sunt considerant
necessario causam finalem; mixtæ denique,
seu mediæ aliquæ considerant etiam causam
efficientem. Hinc eos redarguas, qui Mathe-
maticas aiunt procedere per media extrinse-
ca, cum omnes mathematicæ demonstrationes
hoc nomine sanè dignissimæ, vel procedant
per causas, quas diximus, vel per passio-
nes quidem, sed tales, ut cum re ob qua agitur
necessario connexæ sint, & euidenter inferant
conclusionem.

105 Differunt secundo Physicæ, & Mathe-
maticæ puræ in abstractione à materia,
ut dictum est libro superiore ca. vltimo. Ad-
didi autem, & ibi, & hic, [puræ quia] de iuris
tantum Mathematicis, non item de mixtis ad
quæ sumptis discrimen illud intelligendū
est, cum aut Aristoteles docet Mathematicū
abstractare à motu, & definire sine motu, ut
ait 1. Physicæ text. 49. & entia mathematica esse
sine motu, ut loquitur 1. Metaphysicæ t. 19.
& idcirco appellat immobilia 3. metaphysicæ
t. 3. 6. metaphysicæ text. 1. 3. de Cælo text. 55. & ali-
bi, non loquitur de omnibus mathematicis,
sed tantum de puris. Et cum idem Aristoteli 3.
metaphysicæ text. 3. dicit mathematicum ab-
strahere etiam ab ente, & bono, non ita intel-
ligendus est, ut velit subiectum mathematicum
nullo modo participare rationem entis, & boni,
sed ita, ut velit mathematicum non
considerare ens, & bonum, ut ens, & bonum
formaliter, sed tantum materialiter. Dicit et
potest mathematicum non considerare ens
simpliciter, & principaliter sic dictum, id
est substantiam, vel etiam non considerare
ens sumptum participialiter, id est existens,
quatenus ea, quæ docet æque valent in quan-
titate, & numero non existente, sed vel præ-
terito, vel futuro, vel possibili, neque in ex-
istente, quod tamen non est proprium mathe-
maticæ, sed commune alijs scientijs, quate-
nus abstractant ab existentia suorum subie-
ctorum, licet nõ omnes eodem modo possint
abstractare.

106 Differunt tertio eadem scientiæ, quod
Physicæ considerat corpus naturale, ut subie-
ctum, quantitatem, eius proprietatem ut
Mathematica considerat quantitatem ipsam,
ut subiectum. Triplex enim potest consi-

7
Euen-
ditur d-
scrim-
ina.

derari quantitas, primo ut ens, seu species entis, & sic spectat ad metaphysicam, ut ipse subiecto. Secundo, ut passio, seu affectio corporis naturalis, & sic pertinet ad Physicam, ut passio subiecto tertio, ut subiectum aliarum multarum passionum, seu affectionum sine vilo ordine ad corpus naturale, & sic pertinet ad Mathematicam, ut subiectum. Quod tunc intelligendum est de subiecto Mathematicæ magis noto, & ut Mathematica communiter traditur, alioquin enim quæ docentur in Mathematica de quantitate suæ continua, siue discretæ ita proportionaliter locum habent in quantitate virtuali, ut in actuali, seu formalis, imò ita proportionaliter in quantitate rationis, si fingatur, ut fingi potest, atque in quantitate reali, neque vero subiectum Mathematicæ est quæritas finita, nec infinita, sed abstracta, & utraq; sub se comprehendens, quis ut plurimum sit finita. Ratio autem formalis huius subiecti sumitur ex scibilitate per propria principia. Atque ex his facile colligi possunt alia momenti momenti inter Physicam & Mathematicam differentia.

107 Octo libri, quos Aristoteles merito inscripsit de Physico auditu non solum sunt verè, & proprie physici, sed inter libros Physicos acroamaticos primo obtinent locum: eorumque subiectum est corpus naturale in eorum suppositione simpliciter sumptum; eorumdem initium, spectato ordine doctrinæ est primus liber non secundus, quis spectato ordine naturæ sit secundus non primus. Partitio eorumdem librorum duplex esse potest, vna est, quæ fecit ipse Aristoteles in octo partes totidem libris comprehensas: altera est in duos primos libros, in quibus agitur de principijs essendi, intrinsecis, & extrinsecis corporis naturalis, & in reliquis in quibus agitur de principijs cognoscendi, seu de passionibus eiusdem.

108 Propositio illa, cognoscere, ac scire contingit circa omnes methodos, quarum sunt principia, aut causæ, aut elementa, ex horum cognitione, quæ Aristoteles eisdem libris exorditur, licet non male intelligatur de scientia proprie, & præse dicta, potest tamen intelligi de quacunque cognitione, siue definitiua, siue diuiniua, siue diuicarsina, per principia essendi, de quibus isti sermo est. Ista etiam propositio, siue putamus cognoscere vniuersum quod, cum causis primas cognouerimus, & intelligi potest de quacunque cognitione habita per principia essendi. Ceterum ad perfectam cognitionem definitiuam præse sumptam, siue substantiam, siue accidentis requiritur, & sufficit cognitio causarum internarum,

& illarum exterarum, siue illorum terminorum, ad quos definitum dicitur ordinè essentiali: ad perfectam autem cognitionem de finitiua causale requiritur, & sufficit cognitio illarum causarum, quæ cum definito conuertitur: ad perfectam cognitionem demonstratiua per quod totalè requiritur, & sufficit cognitio omnium causarum proximarum: ad particulare vero sufficit cognitio vnus causæ proximæ.

109 Sicut autem in t. 1. Proximè eorumdem librorum Aristoteles indicat viam magis principale doctrinæ quæ procedit a priori, ita in t. 2. & 3. proponit viam minus principale, quæ procedit a posteriori, seruandam non solum in his octo libris, sed et in tota physica. Et per cõfusa magis in t. 3. intelligit, tunc corpora naturalia, ut tota quædam definitiua affecta suis accidentibus, & mutationibus sensibilibus, abstractæ ab eo, quæ sunt cõposita substantialiter, vel notitæ et quæstiones, seu pronuntiatia generalia, a quibus inuestigatione principiorum exorditur, sumpta quatenus conferunt non solum ad inuestiganda principia corporis corruptibilis, sed et quatenus conferunt ad inuenienda principia corporis naturalis in eorum, quod secundum Aristoteles abstractum a corruptibili, & incorruptibili. A via doctrinæ differt ordo doctrinæ, de quo Aristoteles t. 4. & 5. qui, per se loquendo iudicandus est à notioribus nobis, non autem à naturali rerum tractandarum ordine: & consequenter ordine doctrinæ per se loquendo, & ut plurimum progrediendum est ab vniuersalioribus ad minus vniuersalia: rectèque diuiditur ordo doctrinæ, in eum, qui dicitur necessitatis, & eum qui dicitur ob melius.

110 Singularia sunt nobis notiora cognitio ne cõfusa quàm vniuersalia si sermo sit de cognitione cõfusa, quæ vna res dicitur cõfusa cognosci, quando cognoscitur in se ipsa quidè, sed non cognitum singillatim ipsius partibus. Sunt autem ignotiora si sermo sit de illa cognitione cõfusa, quæ vna res dicitur cõfusa cognosci, quæ non cognoscitur in se, sed in alio. Iubinetur iudicanda tamen est in utraq; cõclusio nis parte, ut plurimum, non vniuersaliter. Eadè singularia sunt ignotiora nobis cognitione distincta quàm vniuersalia, si sermo sit de cognitione distincta cõposita cõfusa, de qua in secunda parte superioris conclusionis, hoc est de cognitione distincta qua res in se secundum omnes partes, seu rationes non tamen quacunque, sed intrinsecas singillatim sumptas, cognoscitur. Sed sunt notiora sermo sit de cognitione cõfusa cõposita distincta de qua in secunda parte eiusdem superioris conclusionis, hoc est de co-

8
Maus.
subiectum.

9
libri de
physico
auditum.

10
Cognitio
ex
principijs
causis, &
elem.

11
viadec.

12
Ordo de
Aristoteles.

13
Notoria
& ignota
sermo no
bit.

gnitione diſtincta, qua vna res dicitur diſtincte cognosci, quando cognoscitur in se, non in alio, siue sermo sit de cognitione diſtincta opposita conſuſe, de qua in prima parte ciuidem ſuperioris conſuſionis, hoc est de cognitione diſtincta, qua vna res dicitur diſtincte cognosci in se ſecundum omnes ſuas partes, seu rationes non intrinſecas tantum, ſed quacunque cognoscuntur. Vniuerſaliora ſunt notiora nobis cognitione cōſuſa quā minus vniuerſalia, ſaltem, vt plurimum; ſunt verō ignotiora cognitione diſtincta, ſitā minus vniuerſalia, quā minus vniuerſalia ſumantur, vt tota potentialia. Rurſus vniuerſaliora ſunt nobis notiora, quā minus vniuerſalia, ſi tam vniuerſalia, quā minus vniuerſalia ſumantur, vt tota actualia, non ſecundum omnes partes, seu rationes, quā actū habent, ſed vt talia ſunt.

Principia intrinſeca rerum naturalium.

Cap. 1. I.

Principij deſinitio.



Principium in communi recte ab Aristotele metaphys. tex. primo definitur esse primū, vnde aliquid, aut est, aut fit, aut cognoscitur, quæ definitio analogicè conuenit omnibus principijs, siue complexis, siue incomplexis, siue intrinſecis, siue extrinſecis, siue compositionis, seu constitutionis, hoc est rei in facto esse, siue productionis, seu transmutationis, hoc est rei in fieri, seu transmutari. Iarius autem patet principium, quā causa, & causa quā elementum, vt est infra dicendis de causis, & elementis patebit. Principia verō rerum naturalium recte ex eodem Aristotele primo phys. t. 42. definiuntur esse, quæ nec ex alterutris sūt, neque ex alijs, & ex his omnia, sumpta semper particule, vt dicitur habitudinem partis componentis, quæ tamen definitio non est essentialis, sed accidentalis, & ut ab Aristotele traditur, proprie conuenit principijs primis, & vniuerſalissimis, intrinſecis compositi physici siue substantialis, siue accidentalis, sed præcipue substantialis in fieri, seu transmutari, quamuis alioquin applicari et

possit principijs primis, & vniuerſalissimis intrinſecis compositi physici, siue substantialis, siue accidentalis, sed præcipue substantialis in facto esse.

112 Non idcirco tamen Aristot. primo phys. egit de principijs intrinſecis transmutationis compositi Physici, siue substantialis, siue accidentalis, sed præcipue substantialis, seu quod idem est de principijs intrinſecis transmutationis corporis corruptibilis, vt per ea nobis innotesceret corpus corruptibile, de quo deinde agit in libris de generatione, sed vt contra antiquos, quorum alii omnem omnino, siue substantialem, siue accidentalem, alii substantialem transmutationem uegabant, ostenderet transmutationem tum accidentalem, tum substantialem dari. Atque hoc eo tandem reſultit, vt viam sibi muniret ad definitionem, & explicationem naturæ, & consequenter corporis naturalis in communi, quod vt capite superiore diximus est subiectum librorum de Physico auditu. Tam & si enim naturam definiat Aristot. vt infra videbimus, esse principium primū motus, seu transmutationis, abstractendo à motu, seu transmutatione accidentalibus, & substantialibus, & vtramque sub huiusmodi motu comprehendendo, tamen hoc ipsum satis intelligi non potuisset, nisi prius ostensum fuisset transmutationem tum accidentalem, tum substantialem dari.

113 Sunt autem prædicta transmutatio in communi principia intrinſeca ex Aristotelica, & vera sententia, Veterum interm longe à veritate aberrantium omiſſis placitis, tria, non plura, nec pauciora, Materia, forma, & Priuatio, seu subiectum, terminus à quo, & terminus ad quem, vt magis et explicabitur infra, vbi de motu Principia autem intrinſeca rei per mutationem pericula sumptæ in facto esse, sunt duo tantum, materia, & forma. Principia denique intrinſeca rei per mutationem corruptæ sumptæ in corrupto esse, sunt item duo tantum, materia, & priuatio. Eadem principia transmutationis sunt contraria, non tamen omnia, nec contrarietate præſe dicta, sed tantum terminus à quo, & terminus ad quem, qui debent esse contrarij priuatiue, per accidens autem interdum sunt etiam contrarij positiue. Non conueniunt tamen prædicta tria principia in ratione principij vniuersi, sed analogicè.

114 Materia in communi, quo nomine Philoſophi intelligunt informe quid, & indeterminate, quod aliqua ratione forma-

ri, &

Principij rerum naturalium definitio.

3
Eorū de
natura.

4
Contra
ristot.

ri, & determinari possit, rectè diuiditur primo in materiam in qua, ex qua, & circa quam. Subdiuiditur autem materia in quatuor in primam, & secundam, tum in Phisicam, & Metaphisicam, tum in materiam educationis, & informationis simul, & materiam informationis tantum. Materia vero ex qua, tum in seipsum modis, tum in materia transiente, & permanente. Materia denique circa quam idem est, quod obiectum, & eodem modo subdiuiditur. Secundo in materiam sensibilem, & intelligibilem, de qua dictum est libro superiore cap. vltimo. tertio in proximam, & remotam. Quarto in determinatam, & indeterminatam. Quinto in particularem, & vniuersalem non in essendo, sed in causando. Sexto in artificialem, & naturalem in ordine ad formas artificiales, & naturales, quarum est capax. qua eadem ratione proportionaliter diuiditur etiam in naturalem, & supernaturalem. Atque hæc sunt materię in communi diuisiones præcipuæ.

115. Materia prima, quam dari omnino asserendum est, rectè definitur tum ex 7. Metaphisicæ. tex. octauo, hoc modo, Materia est quæ per se ipsam, neque est quid, neque quantum, neque aliud quidpiam eorum quibus ens determinatur, sed id, de quo horum singula prædicantur, cui esse, ac cuique prædicationum diuersum est: tum ex primo Phisicæ. tex. 8. hoc alio modo. Materia est subiectum primum vniuersali quæque, ex quo fit aliud cum in se non secundum acciden, & si corrumpitur aliquid, in hoc abibit vltimum. Sine hæc tamen vltima particula, potest secunda definitio consistere, & paulò clarius aliter potest eadem materia prima defini in substantia corpore, incompleta apta recipere partem simul, partim seorsum formas omnes, siue accidentales, siue substantiales phisicas, quæ definitio est essentialis. Aliæ autem quæ ex Aristot. allatæ sunt accidentales.

116. Quamuis autem materia prima sit corporea, non constituitur tamen corporea per formam aliquam corporeitatis a parte rei ab ipsa distinctam, quæ sit illi coacta, & det illi præcisè esse corporeum: nulla enim est, aut esse potest huiusmodi forma corporeitatis, vbi aetè sumatur ratio corporei alio loco dicitur. Nec esse eadè materia prima corpus vltimum esse elementare, aut mixtum, multoque minus corpus de categoria substantiæ, sed esse partem corporis phisici substantialem

compositæ, quæ natura sua apta est recipere omnes formas phisicas, vt diximus per aptitudinem, seu potentiam vniuersalem, non in essendo, sed in causando, quæ est illi essentialis, & dicitur naturalis respectu formarum, quæ ab agente naturali, supernaturali vero respectu formarum, quæ non nisi ab agente supernaturali in materiam induci possunt.

117. Eadem potentia vniuersalis materię, sed vna, & eadem, qua materia respicit relatione transcendentali sibi identificata omnes formas, quarum est capax, siue substantiales, quas primariò, siue accidentales, quas secundario respicit, siue materiales respectu quarum, non solum est perfectibilis, sed etiã sustentatiua, siue spirituales, vt sunt animæ rationales respectu quarum est tantum perfectibilis. Formaliter tamen, seu virtualiter eadem potentia vniuersalis materię tam multiplex est numero, specie, & genere, quàm multæ sunt numero speciei, & genere formæ, quas materia per illam respicit, & rationes, quibus illas respicit, mediante scilicet, vel inmediate, tanquam ipsarum sustentatiua, vel tantum tanquam perfectibilis ab ipsis, & c. ita vt non possit materia secundum suam essentialitatem adæquatè sumptam intelligi nisi intelligatur, vt respicit omnes formas, quarum est capax, & secundum omnes rationes quibus eas respicit, quod tamen nihil obstat, quo minus materia adæquatè sumpta sit vna specie atoma. Et licet hæc eadem potentia vniuersalis materię in ordine ad formam quamcunque particularem dici possit particularis: solet tamen alio modo potentia particularis materię appellari illa, secundum quam materia per aliquam dispositionem sibi parte rei superadditam determinatur ad aliquam formam particularem, seu determinatam, non in numero, nam hæc determinatio aliunde sumitur, vt alibi dicemus, sed in specie. In quo sensu potentia particularis materię distinguitur a parte rei ab ipsa materia, adæquatè quidem, si sumatur ipsa inadæquatè, seu præcisè, vt particularis inadæquatè vero, vt inclusum ab includente si sumatur ipsa adæquatè, seu vt dicit, non solum dispositionem particularem, sed materia affectam huiusmodi dispositione. Non tamè ad omnem formam particularem in materia recipiendam requiritur potentia particularis hoc sensu accepta.

118. Vt verò rectè dicitur materia prima esse pura potentia respectu formarum, seu actuum phisicorum, ita male dicitur pura potentia respectu actuum materia phisicorum

nam, & habet actum eſſentia, & exiſtentia; exiſtenti enim exiſtentia propria, non autem exiſtentia formæ, vel compoſiti: & quamvis naturaliter ſemper coniuncta ſit cum aliqua forma phyſica tam ſubſtantiali, quàm accidentali, ſupernaturaliter tamen poteſt exiſtere ſeparata ab omni forma phyſica. Denique habet etiam ſubſiſtentiam propriam partialem.


119 Proprietates materię primæ ſex cõmuniter numerantur. Prima eſt, quod materia prima eſt ingenerabilis, & incorruptibilis. Secunda quod eſt prima radix in ſuo tamen genere cauſæ generationis, & corruptionis. Tertia quod non eſt actiua. Quarta quod ſemper eſt coniuncta cum aliqua forma phyſica, cum qua composit totũ. Quinta quod appetit formam phyſicam. Sexta quod non eſt cognoscibilis niſi per formam, ſeu in ordine ad formam phyſicam. Appetitus tamen, qui materię tribuitur, & eſt appetitus naturalis paſſiuus, ſumi poteſt, tum ut eſt appetitus per modum amoris, hoc eſt in ordine ad formam, ut bonum quoddam, abſtrahendo ab eo quod ſit præſens, vel abſens, tum ut appetitus per modum deſiderij, hoc eſt in ordine ad formam abſentem, tum ut eſt appetitus per modum complacentiæ, ſeu gaudiij, hoc eſt in ordine ad formam præſentem. Si ſumatur, ut eſt appetitus per modum amoris eſt ipſa potentia eſſentialis materię, & cõſequerẽ nõ eſt eius proprietas. Si uero ſumatur, ut eſt appetitus per modum deſiderij eſt eadẽ potentia carens formam, q̄ potetia, ut ſic accidit materię in actu quidem primo, ut accidens neceſſarium ſimpliciter, in actu autem ſecundo, ut accidens neceſſarium naturaliter reſpectu aliquarum formarum, contingens reſpectu aliarum. Si denique ſumatur, ut eſt appetitus per modum complacentiæ eſt eadẽ potentia materię habens formam, quæ item potentia, ut ſic accidit materię, ut accidens neceſſarium naturaliter reſpectu alicuius formæ, contingens reſpectu alicuius alterius. Simpliciter tamen loquendo nomine appetitus materię intelligitur appetitus per modum deſiderij, qui formaliter ſumptus præſente forma tollitur quoad actum ſectidum reſpectu illius formæ, non item reſpectu aliarum; nõ tamen modo ab ipſa materia diſtinguitur à parte rei niſi ratione carentiæ, ſeu priuationis formæ, quemadmodum nec alia ſupra enumeratæ proprietates ab eadẽ materia diſtinguantur à parte rei, ſed tantum formaliter, ſeu virtualiter.

120 Forma, quæ alterum eſt principium

intrinsicum rerum naturalium datur à parte rei, & diuiditur in accidentalem, & ſubſtantialem, accidentalis eſt accidens aptum informare ſubiectum, & conſequerẽ cum illo conſtituere compositum accidentale. Subſtantialis eſt ſubſtantia incompleta apta informare materiam, & conſequerẽ cum illa conſtituere compositum ſubſtantiale, quæ aptitudo ad informandam materiam nõ minus eſt eſſentialis formæ, quàm aptitudo, ſeu potentia materię ad recipiendam formam, ſit eſſentialis ipſi materię. Diuiditur forma ſubſtantialis in materialem, quæ educitur de potentia materię, nec naturaliter produci, aut conſeruari poteſt ſine materia, licet ſupernaturaliter poſſit, & immaterialiter, quæ non educitur de potentia materię, ſed creatur à Deo nõ tamen modo forma phyſica eſt tota quidditas, ſive eſſentia rei, licet ſit pars eius præcipua, in quo ſenſu ab Ariſtotele dicitur interdum quodquid erat eſſe rei.

121 Priuatione denique quæ tertium eſt principium intrinsicum rebus naturalibus in ſieri, ſeu tranſmutari, extrinſecum iſdem in factu eſſe, non eſt ens poſitiuum, nec ens rationis, licet ut tale concipiatur quotieſcũque concipitur per modum entis, ſed eſt negatio formæ in ſubiecto apto habere formam, & diuiditur proportionaliter, ut diuiditur forma cuius eſt negatio. Sed de materia, forma, & priuatione, plura infra, partim ubi de cauſis, partim ubi de motu.

NATURA, ET ARS, Cap. III.



122 Natura interdum ſumitur pro tota hæc rerum vniuerſitate ex Deo, & creaturis cõſtante; interdum pro Deo ipſo, qui à quibusdam dicitur natura naturans, quatenus eſt author Naturæ, ſicut ipſa natura, cuius Deus eſt author, dicitur natura naturata: Interdum pro cauſis neceſſariõ operantibus: interdum pro ſolo mundo ſenſibili: interdum pro genere ratione, ſeu nativitate videntium: interdum pro eſſentia cuiuſque rei: Interdum denique

1
Naturæ
quæstion.

vt alias minus celebres naturæ notiones omitteram, pro principio constitutio corporis naturalis, qua naturale est. Quo vltimo, & huius loci proprio sensu naturam esse in particulari, hoc est hanc, vel illam rem in particulari esse naturam, demonstrari potest, & interdum necesse est: naturam autem esse in communi demonstrari nõ potest à metaphisico, a physico autem potest quidem, non tamen necesse est, cum satis sit omnibus notum.

2
Eiusdem
quæstion.

123 Non est autem natura prædicto sensu accepta vita, seu anima Mundi: quam nullam esse suo loco dicitur, nec vis, seu forma aliqua, quæ vna numero per omnia corpora penetrat, ea que informat, sed est, vt ab Arist. 1. phys. sic. tex. 3. desinitur. Principium aliqđ, & causa mouendi, & quiescendi, in quo est primum per se, & non secundum accidens. In qua definitione particula [&] copulatiua principij, & causæ sumenda est coniunctiue, non disiunctiue: & per particulam (mouendi) intelligitur motus physicus, seu sensibilis aliquo modo, hoc est, vel secundum se, seu immediate, vel secundum aliquod aliud, sive mediate, non quo modocunque, sed ita vt sit intrinsecus supposito intrinsecè affecto accidentibus sensibilibus secundum se. Per particulam verò [quiescendi] non quies priuatiua, quæ est priuatio motus, sed quies postiuua, quæ est permanentia sub aliqua forma, vel in loco proprio, quam aliqui appellant possessionem formæ, vel quasi formæ, id est loci proprii. particula autem illa [&] copulatiua motu, & quietis, sumi potest sub una ratione disiunctiue, sub alia partim copulatiue, partim disiunctiue. Particula [primum] sumi potest tum ita, vt referatur ad illud, in quo est natura, & significet naturam esse principium primum, id est essentiali illi in quo est natura: tum ita, vt referatur ad motum, quo tamen vtroque modo necessario est idè realiter, neq; ex eo, quod particula [primum] sumatur priori modo, sequitur particulam (per se) quæ necessario refertur ad motum, non esse necessariam, aut anteposendam esse particule (primum) particula autem (per accidens) additur tantum ad maiorem declarationem.

124 Hoc modo explicata definitio naturæ non solum bona est, sed etiam essentialis, conueniente tum materię, tum formæ substantiali ac materia quidem prima secundum se, non autem tantum ratione formæ, illam ad talem, vel talem notum determinantis, est verè, & propriè natura: materia autem fe-

cunda non est natura, nisi vel ratione solius materię primæ, quam semper includit, vel ratione tum materię primæ, tum formæ alij cuius substantialis, quam interdum intercludit. Tam prima tamen quàm secunda materia, ratione qua dictum est, natura est, nõ solum, vt est principium passiuum, sed etiam, vt est principij finale motus, & quietis, &c. Forma verò substantialis est natura tñ quatenus est principium determinatiuū per modum dispositionis motus, qui recipitur in materia illi coniuncta in eodem composito, tum quatenus est principium passiuum motus, quem ipsa in se naturaliter recipit, quæ ratio principij alij formæ substantiali conuenit, tum quatenus est principium actiuum siue motus, quem ipsa in se naturaliter recipit, vt dictum est, siue motus, qui recipitur in materia illi coniuncta in eodem composito, tum denique, vt est principium finale eorundem motuum. quod idem proportionaliter dictum sit de forma substantiali, ut est principium quietis in eo in quo est, & cætera.

125 Neque verò solæ formæ substantialis elementorum, & mixtorum inanimatarum, sed etiam anima vegetatiua, & sensitua, & rationalis, etiam quatenus rationalis, siue intra, siue extra corpus, & quidem etiã respectu motus intellectiõnis, & volitionis naturalis est verè, & propriè natura hic definita. Eademque naturæ ratio verè, & propriè reperitur etiam in colo, siue illud substantialiter compositum, siue simplex iuxta diuersas sententias, dicitur. Compositum tamen substantiale non est verè, & propriè natura, sed habens naturam, multo minus naturam est compositum accidentale, aut accidens, quo tanquam forma huiusmodi compositum constituitur, nisi quis naturæ vocabulo abuti velit. Ac licet aliqua natura sit principium motus non solum in eo in quo est, sed etiam in alio, natura tamen in communi, nõ est principium motus in alio, sed in eo, in quo est. Neque eadem natura in communi est quid vniuocum, sed analogum.

126 Ad maiorem naturæ cognitionem conferret aliqua artis cognitio. Sed cum ars interdum innotatur latissime pro qualibet cognitione intellectuã, certa quadam, aut certè probabili via, ac ratione ad aliquem finem tendente siue speculatiua, siue practica: interdum latè pro omni, & sola cognitione intellectuã, ordine, ac via ad aliquem finem tendente practica: interdum denique presè pro illa sola cognitione intellectuã practica,

3
Art.

quæ proximè ordinatur ad dirigendam in particulari aliquam operationem potentia factiuz, quomodo ars ab Aristotele 6. ethic. cap. 4. rectè definitur esse habitus quidam cum vera ratione effectiuz, vel ex eodem breuius, rectè ratio factibilium, hoc præcipuè tercio modo hic furnitur, abstrahendo tamen ab actuali, & habituali. Arque hoc modo sumpta ars, quæ propriè dicitur ars vtens diuiditur ab Aristotele 2. Phisic. tex. 24. in eam, quæ facit materia simpliciter & eam quæ facit operi accomodam, & primo phisic. tex. 63. ita, vt alia sint artes, quæ transfigurando, alia, quæ apponendo, alia quæ subtrahendo, alia quæ componendo, alia quæ transmutando agunt, & secundo Phisic. tex. 79. ita, vt alia sint artes, quæ naturam adiuant, & perficiunt, quæ natura non potest perficere, alia quæ naturam tantum imitantur. Et quamuis Aristoteles saepe doceat, artem relinquere opus post se, & in hoc etiam velit illam differre a Prudentia: non est tamen reiicienda alia artis diuisio in eam, quæ relinquit opus post se, qualis est fabrilis, & adificatoria, & alia huiusmodi magis necessaria, de quibus Aristoteles loquitur, cum docet quod diximus, & eam, quæ non relinquit opus post se, qualis est saltatoria, & citharistica, & alia huiusmodi, quæ operationes ab Arist. nunc actiones paulo latius his sumptis nominibus, nunc factio nes appellatur.

127. Iam verò conueniunt Natura, & Ars in eo quod vtraque agit ex præsupposita materia, vtraque propter finem agit, vtraque à fine aliquando aberrat vtraque producit effectum sibi similem, vtraque imitatur, natura quidem ideam diuinam, ars verò naturam, vtraque sensum proficit, & ab imperfectionibus ad perfectiora tendit, quamuis nec cui libet naturæ, nec cui libet arti hæc omnia competant. Differunt autem, tum quod materia astis semper est aliqua substantia completa, materia verò naturæ, cum formas substantiales producit, semper est substantia incompleta, tum quod forma artefactorum, vt talia sunt, semper est accidentalis, & cum materia constituit compositum accidentale phisicè loquendo, forma verò rerum naturalium, vt naturales sunt, sumpto naturali probante naturam, semper est substantialis, vt cum materia constituit compositum substantiale: licet sumpto naturali pro eo quod est natura, sit etiam accidentalis, & cum materia constituat compositum accidentale, tum in aliis, quæ omitto.

128. Illud tamen omittendum non est, quod natura, vt natura, est principium motus in eo, in quo est, vt supra dictum est, ars verò non quidem semper, sed vt plurimum est principium motus in alio, seu quod idem est, operandi ad extra, seu in supposito alio ab eo, in quo ipsa est, & sic accipiendum est, quod docet Aristoteles. secundo de Generat. Angelic. cap. primo, artem esse principium eius quod fit in alio, & vndecimo Metaphisic. summ. tercia, cap. primo, esse principium transmutandi alterum prout alterum. Ac licet simpliciter Natura perfectior sit Arte, nihil tamen vetat artem secundum quid esse natura perfectiorem. Figura tamen naturalis, & artificialis non differunt genere, aut specie, nisi forte sumantur reduplicatiuè, naturalis, vt naturalis, & artificialis, vt artificialis.

129. Sicut autem in natura duplex est generatio, vna quæ dicitur generatio simpliciter, & est illa quæ producitur compositum substantiale, altera, quæ dicitur generatio secundum quid, & est illa, quæ producitur compositum accidentale; ita in arte duplex est productio, vna similis generationi simpliciter, seu substantiali, vt est productio statuz, altera similis generationi secundum quid, seu accidentali, vt est dealbatio parietis. Hinc duplex est generis artefactorum, seu entium artificialium aliud simpliciter, aliud secundum quid sic dictorum, ac nomina quidem artefactorum primi generis, quæ dicuntur simpliciter fieri, significant formaliter, & formam artificialem, & subiectum; nomina autem artefactorum secundi generis, quæ non dicuntur simpliciter fieri, sed fieri talia, vel talia, significant formaliter solam formam, connotando subiectum. Nec primi, nec secundi generis artefacta ponuntur per se in vllò prædicamento, sed artefacta quidem primi generis ratione subiecti continent ad prædicamentum substantiæ, ratione figure ad prædicamentum qualitatis, artefacta verò secundi generis ratione subiecti ponuntur in eodem prædicamento substantiæ, ratione forme ponuntur per se in illo prædicamento ad quod forma illa pertinet.

130. Non potest ars vi propria efficere vllum opus naturæ. Quare cum dicitur ars esse principium motus in alio, id ita intelligendum est, vt non sit principium motus secundum se, sed secundum modificationem

3
Natura
& Ars,
in quib.
conueniunt.

4
Earsu-
nem di-
scrim.

5
Artes
Ba.

quæ tamen non quoad positivum quod dicit, sed tantum quoad negativum à parte rei distinguitur à motu: at vi naturæ, hoc est applicando naturalia àctiua passiva, potest eadem ars efficere tum multa opera naturæ, tum quædam admiranda, quæ naturalium agentium, siue vlla artis applicatione operantium vim superant. Inter opera verò naturæ, quæ ars prædicto modo efficere potest, non videtur simpliciter impossibile esse verum aurum, quod per artem chemicam à quibusdam productum esse gravium virenum testimonio credibile est. Verum licet ars chimica, etiam quatenus continet chrysopeiam, non sit illicita, non videtur tamen promiscuè permittenda, sed multis noxia, & perniciosa iudicanda.

C A V S A E.

Cap. IV.

332



Aufz non enim aliquando sumitur latissime pro quolibet principio, quæ notio apud Græcos in vfu est, aliquando angustissime pro sola causa efficiente, aliquando medio quodam, sed tamen proprio modo, quatenus quatuor vulgata genera Materiam, Formam, efficiens, & finem comprehendit. Et hoc modo alia est causa simpliciter sic dicta, seu actualis, vt oppositur virtuali, alia virtualis, utemque alia per se, alia per accidens, hoc est alia, quæ verè causat, alia, quæ non verè causat, sed tantum ratione alterius verè causantis, cui coniungitur, causare dicitur: quæ minus alio modo causa per se dicitur causa necessaria, causa vero per accidens causa contingens. Causa simpliciter sic dicta, & per se definitur à quibusdam esse id, ad quod aliud sequitur, quæ definitio paulo obscurior est: ab aliis, esse id, quo aliud per se pendet: ab aliis, esse principium per se inclusens esse in aliud, quæ sunt paulo clariore definitiones, aliquam tamen adhuc habere possunt difficultatem. Sed clarissime definitio potest esse principium aliquo modo reale positivum per se tribuens alicui

esse item reale positivum illius in sua essentia constitutum aliquo modo realiter à suo distinctum.

132 Sic definita causa rectè dividitur in primam, & secundam, remotam, & proximam, totalem, & partialem, potentialem, & actuaalem, vniocam, & æquiuocam, externam, & internam, in quibus explicandis non immoror, tantum moneo, cur causa æquiuoca dicitur esse perfectior effectu, sermone esse de causa æquiuoca efficiente principali. Diuidi etiam potest causa in naturalem, & artificialem, quæ ex diuisis capite superiori satis patent; itemque in physicam, & moralem, in necessariam, & liberam. Causa physica, ut distincta à moralis dicitur, quæ à parte rei causat abstractendo ab omni prudentium existimatione: causa vero moralis, interdum sumitur latè pro causa libera, physice quidem, sed liberè agente, interdum præse pro causa libera non concurrente quidem physice ad effectum, ita tamen se habente, vt secundum rectam prædictam existimationem effectus illi tribuatur.

133 Causa necessaria est, quæ positis omnibus antecedenter requisitis ad causandum non potest non causare. Libera est, quæ positis etiam omnibus antecedenter requisitis ad causandum, adhuc potest non causare. Sed celeberrima diuisione diuiditur causa in materiam, formam, efficiens, & finem, præter quas nulla alia datur causa, quæ non ad hanc aliquam, vel propriè, vel reductiue, pertineat. Quarum causarum illa dicitur alteri per se, seu essentialiter subordinari, quæ natura sua pèdet in causando ab altera, hoc est non potest causare nisi altera, cui dè per se, seu essentialiter subordinari cõcurrat ad idem causandum, & quidem in eodem genere causæ: illa verò dici solet per accidens alteri subordinari, quæ non pendet in causando ab altera, vt dictum est, sed in essendo aliquo modo, vt filius à patre in creatis, licet etiam dici possit aliqua causa per accidens alteri subordinari.

134 Causa efficiens ab Arist. 2. phys. t. 2. 9. & 5. met. c. 2. definitur esse ynde principium mutationis primum aut quæritur. quæ definitio conuenit omnibus efficientibus phyficis, siue artificialibus, siue moralibus excepto solo efficiente sine mutatione, & si loco particule (mutationis, aut quietis) ponatur (actionis) conuenit etiam efficienti sine mutatione, siue hoc sit efficiens sine subiecto, vt Deus in creatione, siue cum subiecto, ut Sol emittens in se

2
Eiusdè
diuisione.

3
Causa
efficiens.

1
Causa.

lucem in inſtanti ſuz creationis. vnde colligas latius patere efficiens ſine mutatione, quàm efficiens ſine ſubiecto.

4
Eiusdem
diuiſio.

135 Diuiditur efficiens cum aliis modis, qui ex dictis, & dicendis fatis intelligi poterunt, tum præcipue in principale, & inſtrumentale. efficiens principale eſt efficiens concurrens ad effectum virtute propria: vel paulo clarius eſt efficiens concurrens virtute propria ad effectum, quem in ſe formaliter, aut eminenter continet, & conſequenter quæ nobilem, aut ignobiliorẽ ſe. Efficiens inſtrumentale, ſeu inſtrumentum ſumitur primo latiſſimè, vt diſtinguitur à ſolo efficiente principali ſimpliciter primo atque omnino independenti, ideſt Deo, quomodo omnia efficiencia ſecunda dicuntur interdum inſtrumenta Dei. Secundò latè prout diſtinguitur ab omni, & ſolo ſuppoſito agente, vt quod non autem ab agente principali, vt quo, quo modo omnis virtus, ſeu principium actiũ, quo ſuppoſitum agens agit, etiam ſi fit præ eſſentialis, aut integra ſi eiusdem ſuppoſiti dicitur eius inſtrumentum. Tertio preſſe pro ut diſtinguitur ab omni efficiente principali, ſiue primo, ſiue ſecundo, ſiue agente, vt quod, ſiue vt quo, quomodo calor dicitur inſtrumentum ignis ad producendum alium ignem. Et hoc modo efficiens inſtrumentale, ſeu inſtrumentum deſinitur eſſe efficiens concurrens ad effectum virtute aliena, hoc eſt, vt virtus alterius adæquate diſtincti: vel paulo clarius, efficiens concurrens, vt virtus alterius adæquate diſtincti ad effectum, quæ nec formaliter, nec eminenter in ſe continet & conſequenter excedentem vim ſuz perfectionis, & actiuitatis, & diuiditur in inſtrumentum coniunctum, quod multiplex eſt, & ſeparatum; itemque in illud, quod eſt accidens tantum, vt calor, & illud quod eſt ſubſtantia affecta accidentibus, vt ſemina. Nihil tamen repugnat idem efficiens reſpectu eiusdem effectus ſub diuerſa tamen ratione ſimul eſſe efficiens principale, & inſtrumentale, vt idem accidens reſpectu alterius accidentis ignobilioris, vel aquæ nobilioris, eſſe efficiens principale, quatenus ſpectatum ſecundum ſe tantum, abſtraſhendo ab eo, quod ſit virtus alterius, hoc eſt ſubſtantia; actiue, concurrat ad effectum non excedentem vim ſuz perfectionis, & actiuitatis, & conſequenter virtute propria; eſt vero efficiens inſtrumentale, quatenus actiue concurrat ad eundem effectum, vt virtus alterius, hoc eſt ſubſtantia.

5
Eiusdem
cauſal.

136 Cauſalitas cauſæ efficientis cuius-

unque, hoc eſt ratio formalis, qua cauſa efficiens quæcunque conſtituitur formaliter, & actu cauſa efficiens, non eſt actio ſumpta a ctione, vt eſt aliquid extra cauſam efficientem, ſed eſt virtus cauſandi ipſius cauſæ efficientis ſumpta non ſecundum ſe, ſed vt connotat, ſeu dicit in obliquo ſuum effectum actum, ſeu vt eſt id, à quo eſt effectus actu, & conſequenter, vt eſt ratio tranſcendentalis efficientis ad ſuum effectum actu, ſiue ſermo fit de cauſalitate efficientis principalis, ſiue inſtrumentalis, ſiue producentis, ſiue conſeruantis, &c.

137 Non ſolum autem opinio negans in vniuerſum cauſis ſecundis, ſeu rebus creatis, vel etiam corporis vim omnem effectiuam, ſed etiam negans in vniuerſum rebus corporis vim effectiuam ſubſtantia, tanquam erronea, tum in ſide Catholica, tum in Philoſophia, penitus explodenda eſt, atque omnino à ſerendum plurimis rebus creatis, etiã corporis vim effectiuam aliis quidem accidentium, aliis verò etiam ſubſtantia; à Deo liberaliſſimè tributam in eſſe.

138 Ad hoc tamen, vt cauſæ ſecundæ agant, neceſſario requiritur, vt Deus ad eorũ effectus quoscuque concurrat non ſolum mediare, & remote, quatenus illis dedit, & conſeruat eſſe, & vim agendi, ſed etiam immediate, & proximè ſimul cum ipſis eorum effectus producendo, & quidem magis, quam ipſæ cauſæ ſecundæ, ſumendo tamen earum effectum ſecundum totam entitatem, & perfectionem, quam habent, non ſecundum defectus. Concurrat verò Deus ad effectus cauſarum ſecundarum immediate in immediatum virtutis, tum ſuppoſiti, non ita tamè concurrat, vt ipſius concursus ſit aliquid ab ipſo impreſſum cauſis ſecundis prius tempore, aut natura quàm cauſæ agant, quod ſit quaſi principium actionis, aut conditio in cauſis ſecundis prærequiſita ad agendum habens in illis eſſe permanens, aut tranſiens cum ipſa actione, ſitque motio quadam ſimilis illi, qua inſtrumentum mouetur ab artifice, cum illud applicat ad agendum, aut qualitas quadam intentionalis ſimilis ſpeciebus, per quas obiecta ſimul cum eo potentis occurrunt ad earum operationes.

139 Dupliciter enim ſumi poteſt concursus, quo Deus concurrat ad effectus cauſarum ſecundarum primò pro eo, quod dicitur in Deo, & ſic eſt actus immanens, quo Deus ab æterno voluit facere tales effectus tali tempore, coagente tali cauſa ſecunda, & reſiſſa deinde facit, vt facere voluit. Secundò pro

6
Conner
ſus Dei.

eo, quod dicit extra Deum, & sic est ipse effectus causa secundæ, quatenus pendet à prima. Quare idem realiter effectus est concursus ad extra causæ primæ, quatenus pendet à causa prima, & concursus item ad extra causæ secundæ, quatenus pendet à causa secunda. Dixi item ad extra, &c. quia etiam concursus causæ secundæ dupliciter sumi potest, vel pro eo, quod dicitur in causa secunda, & sic est ipsa virtus, qua causa secunda potest dependenter tamen à prima producere effectum, & re ipsa producit, vel pro eo, quod dicitur extra, causam secundam, & sic est ipse effectus, ut pendet à causa secunda, ut dictum est: effectus autem, ut pendet est dependentia ipsa, seu actio, quæ ab effectu non distinguitur à parte rei, ut suo loco dicitur.

7
Conser-
uatio.

140 Sed ut intelligatur, quomodo res omnes pendeant à causa prima etiam, ut ab efficiente conseruante, duplex distinguenda est conseruatio in genere, per se, & per accidens, & per se item duplex, altera directa, & immediata, altera indirecta, & mediata; conseruatio per se directa, & immediata est continuatio, seu perseverantia influxus in ipsum esse, quod in productione communitur fuit: conseruatio per se indirecta, & mediata est conseruatio, seu perseverantia in fluxus non in ipsum esse rei, sed in eius causis extrinsecas, & dispositiones, quibus conseruatis res conseruatur. Conseruatio vero per accidens est defensio, seu protectio à contrariis, vel eis resistendo, vel ea remouendo, quæ dicitur conseruatio per accidens, quia per se non est actio continuans influxum in ipsum esse, aut causas extrinsecas, dispositio nesque rei, sed est alia actio, ad quam per accidens sequitur continuatio influxus in esse, aut causas extrinsecas, dispositionesque rei, & consequenter conseruatio rei, quæ quomodo à productione differat, alio loco explicandum est. Res igitur omnes conseruantur à causa prima in genere causæ efficientis (de hac enim tantum nunc loquimur) & quidæ substantiæ conseruantur in genere causæ efficientis per se directæ, & in mediata à sola causa prima, per accidens tamen, & per se indirectæ, & mediata substantiæ corruptibiles, earumque accidentia conseruantur etiam à causa secunda, accidentia vero aliqua conseruantur etiam per se directæ, & immediate à causa secunda.

8
Idea

141 Idea, quæ dari certum est, non est proprie loquendo, quidquid quomodocumque determinat, seu dirigit agens in agendo, sed

est exemplar, ad cuius imitationem agens age re potest, si loquamur de Idea in actu primo, vel agit si loquamur de Idea in actu secundo, & diuiditur in internam, & externam. Sed ratio Idæe primario conuenit internæ, quæ non est conceptus formalis, idest cognitio rei factibilis, aut faciendæ, sed conceptus obiectiuus. Per conceptum autem obiectiuum non est hic intelligenda res ipsa extra intellectum, factibilis, aut faciendæ quatenus ab agente intellectuali cognoscitur, ut hoc, vel illo modo factibilis, aut faciendæ: sed aliquid intellectui artificis propositum, (si quidem sermo sit de Idea intellectualium agentium quæ præcipua est) in ipso artifice existens re præsentatiuum rei factibilis, aut faciendæ, quod in creaturis intellectualibus, idest species intelligibilis, aut phantasma, in Deo est ipsa essentia diuina, quatenus per modum speciei intelligibilis, seu simulacri mentalis præsentat Deo creaturas omnes ab ipso faciendas, & factibiles.

142 Dixi in thesi superiori, si quidem sermo sit, &c. quia ratio Idæe conuenit etiam conceptui obiectiuo brutorum consistente in phantasmate re præsentatiuo rei ab ipsis factibilis, aut faciendæ, ut nidi, & similia. Atque in creaturis agentibus cum cognitione Idea est realiter multiplex, at in Deo realiter vna, & tæcum formaliter, seu virtualiter multiplex. Neque verò consistit Idea generis cæ à quatuor vulgatis distinctum, neque ptingit ad cæm formalem propriæ, aut reductiue, neque ad causam finalem, sed ad causam efficientem cum cognitione, tanquam quid eam determinans, seu dirigens ad operandum hoc, vel illud, tali, vel tali modo, & quamuis perfectior sit ratio Idæe in causa efficiente cum cognitione intellectiua, quam in efficiente cum cognitione sensitiua, hoc tamen nihil obstat, quo minus ratio propria Idæe internæ de omnibus ideis internis creaturis dicatur vniocæ.

9
Causa
finalis.

143 Finis ab Aristotele secundo physic. tex. 29. & alibi rectè desinitur esse id, cuius gratia. In qua definitione particula (cuius) sumitur, ut conuenit fini cuius, & fini cui, particula verò (gratia) sumitur itè latè pro intentione, seu appetitu siue rationali, siue sensitiuo, siue naturali, & subintelligitur aliquid sit, vel esse, sit, si sermo sit de fine actu respectu effectus in conseruari finaliter. Diuiditur autem in finis ab eodem Aristotele secundo de Anima tex. 33. in finem cuius, & finem cui. Finis cu-

ius eſt illud bonum, cuius adipiſcendi gratia agens agit: ſiſis cui eſt ſuppoſitū, ſeu id, cui agens procurat ſine cuius, nec audiendi ſunt qui volunt ſolum ſinem cui eſſe ſinem propriū dictum: ſinem verò cuius eſſe medium. Diuiditur præterea in ſinem, qui ſit, & ſinem qui tantum obinetur: in ſinem, qui eſt operatio, & ſinem, qui eſt res eſ operatione reſultans: in ſinem operationis, ſeu operis, & ſine operantis: in obiectiū, & formalem, ſeu, vt alii loquuntur in ſinem cuius, & ſinem quo: in primariū, ſine quo res non fieret, & ſecundariū, ſine quo res etiam fieret: in p̄ximū, & remotiū, ſeu intrinſecum, & extrinſecum: in vltimū, & non vltimū, in eum qui eſt verum bonum, & eum qui eſt bonum tantum apparens, &c.

144 Virtus cauſandi cauſæ finaliſis nō eſt motio vlla metaphoriſca, qua ſiſis moueat, ſeu alliciat, & excitet agens, vt in ſe tendat: nec eſt ipſa actio agentis, quatenus ab agente ſit propter ſinem: ſed eſt ipſa virtus cauſandi cauſæ finaliſis ſumpta nō ſecundum ſe, ſed vt eſt id, à quo eſt effectus actū, proportionaliter, vt dictum de cauſalitate cauſæ efficientis. Cauſat verò ſiſis non ſecundum eſſe intentionale, ita vt intentio non ſit tantū conditio, ſed ratio formalis cauſæ finaliſis vt quidam dixerunt: nec ita, vt ſiſis, qui præxiſtit agenti cauſet ſecundu ſuum eſſe reale extra intentionem, ſiſis verò qui producendus eſt ab agente cauſet tantum ſecundum eſſe intentionale: ſed cauſat ſecundu ſuam bonitatem veram, vel apparentem abſtrahēdo præcipuē ab eo, quod actū, vel etiam potentia exiſtat, vel non exiſtat extra intentionem, non tamen ab eo, quod actū exiſtat in intentione. Atque hæc in intentio eſt velut conditio, ſine qua non cauſæ finaliſis: quamuis nō ſit conditio, vt eſt approximatō in aliis cauſis, ſed vt exiſtentia in efficiente, aut ſaltem eius virtute, & aliis cauſis. neque hinc tamen deducendum ſinem non eſſe, ſed poſſius eſſe veram, & realem cauſam, vt re vera eſt.

145 Nec aliqua tantum, ſed omnia omnino agentia naturalia, etiam inferiora homine, ſeu non intellectuاليا agunt propter ſinem propriū, ſiſis ſumantur ſimul cum cauſa prima iſtis cooperante, & ſinem non ſuū, ſed iſtorum agentium naturalium, tum in mediū, & proximiū, tum mediū, & vltimū optime cognoſcente, & intendente, ſiſis ſumantur ſine cauſa prima, ſeu vt ex præſe agunt.

146 Cauſa materialis ab Ariſt. 2. Phyſi.

tex. 28. recē dēſinitur eſſe, id ex quo ſit aliquid, cum in ſiſis, in qua definitione, particula (ex) importat habitudinē ſubiecti, particula vero (ſit) ſumitur late, vt ſignificat non ſolum; producitur, ſed etiam, conſtituitur. Conuenit autem hæc definitio primario materiæ primæ, ſecundariō etiam aliis materiis. Cauſalitas cauſæ materialis conſiſtit in eius virtute cauſandi, hoc eſt in potentia qua referitur ad effectum non ſumpta ſecundum ſe, ſed vt eſt id, à quo eſt effectus actū, proportionaliter, vt dictum eſt de cauſalitate efficientis, & ſiſis, effectus eiſdem totalis quidem, ſeu adæquatus, & principalis, eſt compoſitum: præciſus verò, ſeu partialis in adæquatus, & minus principalis eſt forma, vel quoad eſſe ſimpliciter, & eſſe receptum in materia ſimul, ſi ſit forma materialis, ſiue ſubſtantialiſis, ſiue accidentalis, vel tantum quoad eſſe receptum in materia, ſeu vt alii loquuntur, quoad informationem ſi ſit forma ſpiritualiſis ſubſtantialiſis.

147 Cauſa formalis ab eodem Ariſtotele eodem tex. 28. dēſinitur eſſe ratio ipſius quod quid erat eſſe, id eſt eſſentia rei, vel totalis, ſi ſit forma metaphyſica, vt eſt definitio obiectiua reſpectu dēſiniti, vel præcipua ſeu habens rationem actuantis, & perſcientis, ſi ſit forma phyſica, aut etiam moraliſis, aut artificialis. Conuenit autem hæc definitio primario formæ ſubſtantialiſis, ſecundario accidentalis. Cum verò dicunt Philoſophi, formas aliquas educi, ſeu extrahi de potentia materiæ, ſeu ex materiæ, hoc loquēdi modo non indicant formas illas, antequam producantur, ac velut in lucem proferantur, deliſiſſe in materiæ, vel ſecundum ſe totas, vel ſecundum gradum incompletum, & inchoationem aliquam, vel etiam ſecundum ſemina, ſeu rationem feminariam, quæ omnia falſa ſunt, quamquam hoc vltimum bonum etiam in ſenſu trahi poſſit, ſed tantū formas illas fieri depēdētē à materiæ, quoad ſuum eſſe ſimpliciter, & non tantum quoad eſſe ſecundum quid, hoc eſt quoad eſſe receptum in materiæ. Cauſalitas cauſæ formalis conſiſtit item in eius virtute cauſandi, hoc eſt in potentia, ſeu aptitudine qua referitur ad effectum ſumpta, non ſecundum ſe, ſed ut eſt id, à quo eſt effectus actū, vt proportionaliter de cauſalitate aſtium cauſarum dictum eſt. Effectus eiſdem totalis quidem, ſeu adæquatus, & principalis eſt compoſitum. Præciſus verò, ſeu partialis, in adæquatus, & minus principalis eſt materiæ ſaltem quoad eſſe actuum.

II
Cauſa
formal.

TO
Cauſa
mater.

An

An autem effectus alicuius formæ, sit materia etiam quoad esse simpliciter, paulo post dicetur.

149. Hæcenus propria singularum causarum in medium allata, iâ communia omnibus, vel plurib. causis afferenda sunt, quorum tria indicat Aristoteles secundo *Physicæ*. 30. nempe posse esse plures causas eiusdem effectus, causas esse sibi inuicem causas, & eandem posse esse causam contrarium. Ac circa primum certum illud est, ad eundem realiter effectum numero posse concurrere plures realiter causas in diuerso genere causæ: immò ad omnem omnino effectum necessariò concurrere saltem duas diuersas causas efficientem, & finalem, licet hæc in Deo realiter sint idem. Ad eundem realiter effectum numero possunt etiam concurrere plures realiter causæ in eodem genere causæ, siue gratia, plures in eodem genere causæ efficientis, plures in eodem genere causæ finalis, &c. sed quia hæcenus locuti sumus de causis diuersis, & eiusdem generis, abstractendo ab eo, quod sunt totales, vel partiales, & difficultas videtur esse de totalibus, eam sequentibus conclusionibus explicabimus.

149. Si ergo per causam totalem intelligatur illa, qua effectus est totus, hoc est ita, ut nihil entitatis sit in effectû, quod non sit ab illa causa, sed non totaliter, hoc est non ita, ut quicquid entitatis est in effectû, sit ab illa causa sicut sine consortio alterius, quo sensu sumptam causam totalem aliqui appellant totalem totalitate effectus, possunt etiam naturaliter ad eundem realiter effectum numero concurrere plures realiter causæ totales, tum in diuerso, tum in eodem genere causæ. Si autem per causam totalem intelligatur illa, à qua effectus non solum est totus, sed etiam totaliter, hoc est sine consortio vilius alterius causæ, non possunt vilo modo, nec per vllam potentiam ad eundem realiter effectum numero concurrere plures causæ totales, neque in eodem, neq; in diuerso genere causæ. Immo nulla est aut esse potest in hoc sensu causa totalis. At si per causam totalem intelligatur illa, qua effectus est non solum totus, sed etiam totaliter, hoc est sine consortio alterius causæ in eodem genere causæ, quo sensu sumptam causam totalem solèr aliqui appellare totalem totalitate causæ, intelligendo in eodem genere causæ, possunt etiam naturaliter ad eundem realiter effectum numero concurrere plures causæ totales. Denique si per causam totalem

intelligatur illa, à qua effectus ita est quoad suam realitatem totus, licet non totaliter, id est licet non sine consortio alterius causæ in eodem genere causæ, ut tamen posset quoad eandem suam realitatem ab eadem causâ eodem modo concurrente esse etiam totaliter, si desset consortium alterius causæ in eodem genere causæ, ad eundem realiter effectum numero adæquatum non possunt per vllam potentiam concurrere plures causæ totales in genere causæ materialis, aut formalis, possunt tamen etiam naturaliter in genere causæ finalis, & per Dei potentiam etiam in genere causæ efficientis, non tamen naturaliter. Ad eundem autem formaliter effectum numero non possunt vilo modo, aut per vllam potentiam concurrere plures causæ totales in vilo genere causæ, quocunq; ex supra dictis modis sumantur causæ totales, & siue realiter, siue formaliter tantum inter se distinguantur. Atque hæc de pluribus eandem totalibus simul acceptis in ordine ad eundem effectum in. Videamus nunc quid de iisdem seorsim, seu diuisim, & distinctim acceptis, in ordine item ad eundem effectum dicendum sit.

150. Nec plures realiter causæ totales materiales seorsim acceptæ, nec plures realiter causæ totales formales seorsim itè acceptæ possunt per vllam potentiam concurrere ad eundem realiter effectum numero adæquatum: plures tamen realiter causæ finales totales seorsim acceptæ pòt aliqui et naturaliter concurrere ad eundem realiter effectum numero artificialis primò producendû, naturalè verò conseruandû in genere causæ finalis, & per Dei potentiam et ad primò producendû. Nec repugnat per Dei potentiam plures realiter causas efficientes siue æquiucas, siue vniucas totales seorsim sumptas concurrere ad eundem realiter effectum numero, siue producendum, siue conseruandum, naturaliter tamen non possunt plures realiter causas efficientes totales seorsim sumptas concurrere ad eundem realiter effectum numero præsertim adæquatum loquendo tam ea de effectû non artificiali sed naturali, & sumpto, vel solum in fieri, vel solum in facto eisdem, licet hoc non sit æque certum in omnibus effectibus naturalibus.

151. Dixi primò præsertim adæquatum, quia de effectû inadæquato, seu p̄cisio id est de forma, quæ ab elisione fit, licet de effectû inadæquato, seu p̄cisio aliarum causarum res ut plurimum est multo obscurior, quamuis ex dictis intelligatur, quid probabilius existimandum videatur. Dixi deinde

loquendo de effectu non artificiali, sed naturali, quia ad aliquem eundem realiter effectum numero, artificialiter possunt interdum plures realiter causae efficientes totales seorsim acceptae concurrere. Dixi tertio, vel solum fieri, vel solum in facto esse, quia idem realiter effectus numero in fieri potest esse a causa secunda efficiente, & a prima simul, in conservari vero a sola prima, & de facto ita est in substantiis, & multis accidentibus, quae sunt in causis secundis efficientibus. Dixi denique licet hoc non sit aequè certum in omnibus effectibus naturalibus, non solum quia hoc in effectibus inadæquatis, seu præcis, ut plurimum est multo obscurius, ut dictum est, quod in adæquatis, sed etiam quia non est aequè certum in omnibus effectibus adæquatis, sed certius in substantialibus, quam in accidentalibus. De omnibus tamen effectibus intelligenda est conclusio. Consequenter licet agens naturale, quod semel produxit unam numero formam, quae deinde corrupta est, adhuc quantum in se est habeat vim, qua posset producere iterum eandem numero formam, de facto tamen nulla forma semel corrupta naturaliter eadem numero iterum produci potest.

153. Et quoniam hic involuitur difficultas de obiecto ad quatuor causas efficientis tunc aequivoce, tum univoce, placet utrunque breviter assignare. Obiectum igitur ad quatuor causas aequivoce primae est collectio omnium possibilium causarum aequivoce secundae est collectio speciei, vel specierum, & individuum omnium, respectu quorum ipsa est causa aequivoce: causa univoce spectatur secundum se est collectio individuum omnium eiusdem speciei, excepta tantum ipsa mater causa univoce, sumendo tamen individua eiusdem speciei differentia inter se tantum ratione individuationis, non autem ratione intentionis, vel extensionis, vel alterius accidentis: spectatur secundum ordinem naturalem, seu determinationem ab Authore Naturae factam, est collectio, seu series quaedam certorum individuum eiusdem speciei, in qua nec ipsa causa univoce, nec alia plura eiusdem speciei continentur, quidquid sit de questione illa, an idem possit per Dei potentiam non quidem producere, sed reproducere se ipsum, quae multa a Theologis tametsi solita supponit. Non possunt tamen per ullam potentiam plures realiter causae efficientes totales seorsim sumptae concurrere ad eundem formaliter effectum numero, siue adæquatum, siue inadæquatum. Atque haec de primo extrit.

ab Arist. propositis communibus omnibus, vel pluribus causis.

153. Secundum, quod esse causas esse sibi inuicem causas, non est verum univ ersaliter, sed indefinite. Primo enim materia, & forma non sunt causae respectu efficientis. Secundo nec efficiens, est univ ersaliter causa respectu materiae. Tertio nec item finis est univ ersaliter causa respectu materiae, aut formae, aut efficientis, materia autem, & forma sunt sibi inuicem causae univ ersaliter, sed diverso modo. Materia enim semper est causa materialis formae, vel quoad esse simpliciter & quoad esse secundum quid, hoc est quoad esse receptum in materia, simul, et quoad esse secundum quid, tantum, iuxta supra dicta ubi de causa materiali: forma vero semper est causa formalis materiae, saltem quoad esse secundum quid, hoc est quoad esse actuatum, non vero sit eam aliquando causa materiae quoad esse simpliciter, non potest explicari nisi constet de qua materia, & in ordine ad quam formam loquimur. Loquendo igitur de materia in communi, ut complectitur sub se tum materiam primam tum alias omnes, recte dicitur forma non univ ersaliter esse causa formalis materiae quoad esse simpliciter siue in fieri, siue in facto esse, seu conservari. Loquendo autem de materia prima in ordine ad formas substantiales vltimas supponentes alias formas substantiales partiales, cuiusmodi in animalibus est anima, quae supponit alias formas partiales carnis, ossis, &c. ut alibi dicemus, non potest huiusmodi forma dici esse causa formalis materiae primae quoad esse simpliciter siue in fieri, siue in facto esse, seu conservari. Rursus loquendo de materia prima in ordine ad formas illas substantiales, sine quarum aliqua non potest naturaliter esse, duo videtur dicenda. Alterum est si potest materia prima ab aliqua huiusmodi forma tanquam ad causam formalem pendere quoad suum esse simpliciter in facto esse, seu conservari posse etiam pendere quoad idem esse in fieri, alterum est probabilius videri materiam primam quoad idem esse tum in fieri, tum in facto esse, seu conservari naturaliter pendere ab aliqua huiusmodi forma tanquam ad causam formalem.

154. Efficiens etiam, & finis non quidem univ ersaliter, ut iam dictum est, sed indefinite, ut ambulatio, & sanitas, & huiusmodi alia sunt sibi inuicem causae. Finis quoque, & materia itaque finis, & forma, non quidem univ ersaliter, ut item dictum est, sed indefinite sunt sibi inuicem causae. At plures causae

13
Quo
causa
sibi in
uicem
causa.

luter se, verbi gratia, duæ materiæ inter se non possunt vlllo modo esse inuicem causæ, nec item duo efficiantia se inuicem producere, licet possint se inuicem, conseruare tum per accidens, tum per se indirectè, & per Dei potentiam etiam per se directè: duo autem fines possunt interdum se inuicem, & producere, & conseruare, superuacaneum autem videtur monere, cum causæ aliquæ dicuntur esse sibi inuicem causæ, quatenus inuicem causantur, non nisi materialiter dici causas.

175 Tertium item ex supradictis, quod erat eandem causam posse esse causam contrariorum, non est verum vniuersaliter, sed indefinitè. Causa enim formalis non potest causare effectus contrarios per se loquendo, per accidens tamen causat effectus contrarios priuatiuè. Causa autem materialis una & eadem numero realiter potest esse causa plurium effectuum tum contrariorum positiuè, & propriè, vt sunt calor, & frigus, non tamen simul, nisi in gradu remisso, aut secundum diuersam, sui partem, sed successiue, tunc contrariorum impropriè, & disparatè, vt sit duæ formæ substantiales non subordinatæ, non tamen simul, sed successiue. Causa efficiens potest successiue efficere plures effectus, particularis quidem, & vniuoca numero tantum distinctos, vn uersalis verò, & æquiuoca, etiam specie distinctos, & inter se, vel propriè, vel impropriè, seu disparatè contrarios, vel propriè, vel impropriè, seu disparatè contrarios, non potest tamen vlla causa efficiens simul efficere plures effectus adæquatos suæ virtuti, sed tantum plures inadæquatos. Causa finalis vna, & eadem potest esse causa plurium effectuum, & simul, & successiue, sed effectuum contrariorum tantum successiue per se, loquendo, & nisi sit aliquo modo vniuersalis: per accidens autem directum est de omnibus causis proportionaliter, vt diximus de causâ formali.

176 Quartum omnibus, vel pluribus causis, commune non præmittendum est, quod omnes causæ secundæ efficientes, & finales per se, seu essentialiter subordinantur causæ primæ, & consequenter causalitates omnium causarum secundarum, efficientium, & finalium suppleri possunt a causâ primâ. Nulla tamè secundâ materialis, aut formalis, vt sumpta per se, seu essentialiter subordinatur causæ primæ, & consequenter nulla causalitas causæ

secundæ materialis, aut formalis propriè, & presè sumptæ suppleri potest à causâ primâ. Sed difficultas præterea est, an causâ materialis non, vt materialis propriè, & presè, seu ut subiectiua, & recipiens in se formam, sed vt sustentans formam præcisè: & causâ formalis, non vt formalis propriè, & presè, seu vt informans materiam, sed vt conseruans materiam præcisè, per se, seu essentialiter subordinetur Deo, & consequenter suppleri possint à Deo, ad quam difficultatem respiciendum videtur affirmatiuè.

Fatum, Contingentia, Casus, Fortuna, & Monstra.

Cap. V.

177 **N**on paruam hæc omnia cum causis, & inter se connexionem habent, vt ex dicendis perspicuum fiet. Atque vt à fato ordinamur, explodendas in primis eorum error est, qui fatum necessitatem, seu vim quandam esse dixerunt, productiuam effectuum inuitabiliu, cum res omnes, etiam homines, & Angeli, & Omnes ipse subicerentur. Cui errori proximus est alius eorum, qui fatum putarunt esse colligationem causarum ex altiorum motibus, ac vt efficacitatem traherentem ad omnes effectus horum inferioru, seu quod in idem recidit, esse causas ipsas fecundas præsertim Cælos, & stellas, à quibus necessariò, & inuitabiliter effectus omnes horum inferiorum non solum naturalis presè dicti, sed etiam humani prouenirent. Ad eundem scopulum àlia uia impegerunt alii, qui nescio quam fati rationem, & si non sub fati nomine constituerunt in ipsa causâ primâ, seu Deo, quatenus a seauerunt cum ita determinare, & applicare omnes causas secundas, & cum ipsæ concurrere ad earum actiones, vt omnes ex necessitate agat illud ad quod à Deo determinantur, & applicantur, & non aliud. Proprius ad fati naturam accessisse videntur illi qui fatum definiuerunt esse connexionem, & ordinem agentis naturalis vniuersalis cum particulari, seu con-

14
Quæ
ad idem
causam
strat

15
Quæ
ca
secundæ
per se
sui ubi
trial. sub
ordina.
prima.

xionem, & coordinationem causarum naturalium inferiorum, & superiorum, quæ semper, vel ut plurimum suum sortiantur effectum. Quam connexionem, & coordinationem dari dubium non est, sed eam fati no mine apud sapientes communiter intelligi negandum est.

158 Rectè igitur Fatum à Boetio lib. 4. de consolatione Philosophiæ prola 6. definitur esse, inhærens rebus mobilibus dispositio, per quam providentia suis quæque necesse ordinibus. Paulo tamen clarius definitur potest esse, certus ordo secundarum causarum à divina providentia constitutus, ex quo infallibiliter ita effectus qui que eueniunt, ut à divina providentia præuisum, & ordinatum est, id est necessariò ex causis necessariis, contingenter ex contingentibus.

159 Quare non est Fatum sub omni ratione immobile, seu immutabile: nam quatenus dicit ordinem causarum secundarum, seu causas secundas ordinatas ad suos effectus, est mobile, seu mutabile, ut sunt ipsæ causæ secundæ, quatenus verò dicit eandem causas secundas ordinatas ad suos effectus non sumptas secundum se præcisè, sed ut subsunt diuinæ providentiæ habet immobilitatem, seu necessitatem, non quidem absolutam sed conditionatam, seu ex suppositione diuinæ providentiæ, & prævisionis. Nec est Fatum aliquid absolutum, sed relativum, non tamen predicamentale, sed transcendente, nec spectat tantum ad genus causæ efficientis, sed etiam ad alia genera causarum, atque ut est in causis secundis, seu ut præcisè dicit ordinem causarum secundarum, ut explicauimus, est tam multiplex realiter, quam multi realiter sunt huiusmodi ordines, ut vel terminatiuè inuoluit diuinam providentiam, cui dictus ordo subest, est realiter vnum, & tantum formaliter, seu virtualiter multiplex. Possit aut Fatum à nobis cognosci non solum in comuni, sed etiam in particulari ad certos vique terminos, licet non perfectè, & quoad omnes effectus. An verò ab Angelis perfectè cognosci possit quoad omnes effectus disputant Theologi, & affirmant quoad effectus necessarios, & contingentes ex concursu casuali causarum naturalium, negant, quoad secreta cordium, & alios effectus contingentes ex causa libera.

160 Subesse Fatu illa tantum dicuntur, quæ prædictæ dispositioni, seu ordini cau-

sarum secundarum subsunt, cuiusmodi non est Deus, nec alia, quæ soli Deo, qui non est Fatum essentialiter, sed tantum casualiter subsunt, ut sunt Angeli quoad suum esse simpliciter, & essent Cæli, si essent, ut quidam existimant, substantia simplex ingenerabilis, & incorruptibilis, & sunt alia, quæ à solo Deo sunt. Nihil tamen repugnat, aliquid sub vna ratione subesse Fatu, sub alia non subesse, quomodo materia prima, & anima rationalis, quatenus quoad suum esse simpliciter creantur à solo Deo, non subsunt Fatu, quatenus verò quoad aliquid esse secundum quid, exempli gratia, anima rationalis quoad esse receptum in materia, materia vero quoad esse actuarum, vel etiam quoad esse simpliciter, quatenus habitum ab hac, vel illa forma, ut causa formalis iuxta dicta capite superiori, pendet ab aliis causis secundis, dici possunt subesse Fatu.

Operationes etiam liberæ causarum secundarum dici possunt subesse Fatu, quatenus sunt effectus contingentes ab ipsis causis secundis liberis, qui ita infallibiliter eueniunt, ut à Deo præuisi sunt euenturi, causæ autem ipsæ secundæ liberæ sub diuersa ratione dici possunt subesse, & non subesse Fatu: subesse secundum id, secundum quod pendet à causis secundis, non subesse secundum id, secundum quod pendet à solo Deo, iuxta supra dicta, & quatenus simul cum aliis causis saltem sine, qui semper adest, cum adest efficiens, ita ordinantur ad suos effectus, ut subsunt diuinæ providentiæ sunt ipsum Fatu non in communi, sed tale.

161 Ut autem Fati nomine nobis uti non licet intelligendo per Fatum necessitatem, seu vim aliquam, quæ rollat libertatem, ut intellexerunt auctores trium errorum, quos supra retulimus: ita licet, intelligendo per Fatum id, quod nos ex communi recta philosophantium sententia diximus, hæc non ita passim Fati, aut fatalis dispositionis effectus nomen usurpandum videatur, ne rudibus errandi occasio præbeat.

162 Fatu opponitur contingencia, quæ sine dubio datur, & est ratio formalis, quæ aliquid constituitur contingens, hoc est potens esse, & potens non esse, & tam multiplex distingui potest, quam multiplex est effectus contingens. Disti quam multiplex

est effectus contingens, non autem quam multiplex est causa contingens, quia contingentia propriè dicitur potius de effectibus quam de causis, quas cum aliquando contingentes, aut noui contingentes vocamus, in ordine ad effectus contingentes, aut non contingentes ita vocamus.

Dupliciter autem potest aliquis effectus dici contingens primo quia casu, & præterintentionem agentis fiat; & de effectû contingenti sic sumpto, qui propriè dicitur effectus casualis, vel fortuitus, nou agimus hic, sed infra, ubi de casu, & fortuna: secundo quia non sit necessarius, sed possit esse, & possit non esse. Atque hoc secundo modo sumptus effectus contingens duplex est, alter, qui dicitur contingens intrinseco, seu ab intrinseco, alter, qui dicitur contingens extrinseco, seu ab extrinseco.

163. Effectus contingens ab intrinseco dicitur ille, qui procedit à causa libera, quæ & potest illum causare, & potest non causare, atque ita ex vi sua intrinseca dat contingentiam effectui: Quare non dicitur effectus contingens ab intrinseco, quia habeat contingentiam sibi intrinsecam; contingentia est denominatio extrinseca desumpta ex potentia, & ratione causandi causæ, secundum quam effectus denominatur. potens esse, & potens non esse. Effectus contingens ab extrinseco dicitur ille, qui procedit à causa, quæ licet ex se necessaria sit, hoc est non pot sit non causare effectum, extrinsecus tamen ab aliqua alia causa siue libera, siue necessaria impediti potest, ne causet effectum, atque ita non ex vi sua intrinseca habet, ut det contingentiam effectui, quam eodem modo dicendum est esse denominationem extrinsecam, ut diximus de contingentia, quæ dicitur ab intrinseco.

164. Ita autem datur contingentia, ut nõ tollat diuinam præscientiam, sicut neque hæc tollit contingentiam, & licet supposito, quod Deus ab æterno præuideat aliquid futurum contingens verbi gratia, Petrum tali tempore, & loco ambulaturum, non possit in sensu cõposito, seu ex tali suppositione Petrus tali tempore, & loco non ambulare, seu quod idem est necessario in sensu cõposito, seu ex tali suppositione Petrus tali tempore, & loco sit ambulaturus: hæc tamen necessitas est tantum in sensu cõposito, seu ex suppositione, & consequentia, quæ non tollit contingentiam, nõ autem in sensu diuino, seu absoluta, & cõsequentiis, quæ tolleret contingentiam.

165. Proxima radix contingentis est ip-

sa natura causæ, à qua est effectus contingens, siue sit causa libera, siue naturalis, & necessaria, sed ab extrinseco impeditibilis: remota est ipse Deus, qui tamen non dicitur radix remota contingentis, seu effectuum contingentium ab ipso solo dependentium, illorum enim est causa proxima, sed effectuum contingentium dependentium etiam à causa secunda, quorum Deus dicitur causa remota, quatenus dedit, & conseruat esse, & vires agendi ipsi causæ secundæ, licet sit etiam causæ proxima, quatenus etiam ipse immediatè, & proxime concurrit ad omnes effectus causarum secundarum, ut dictum est capite superioriori.

166. Cum autem quæritur, an si Deus non esset causa libera, sed necessaria, seu ex necessitate operans, posset esse contingentia, seu effectus contingens, distinguendum est, multipliciter enim intelligi potest proposita quæstio:

Primò ita, ut sensus sit, an si Deus per impossibile non haberet libertatem, posset dari contingentia, seu effectus contingens à causa libera; & sic respondendum est negatiuè.

Secundò ita, ut sensus sit, an si per impossibile poneretur Deus non habere libertatem, posset dari contingentia, seu effectus contingens à causa materiali, seu necessaria, sed ab extrinseco impeditibili: & sic iterum distinguendum est, vel enim sermo est de effectu contingenti à causa naturali, seu necessaria, sed impeditibili à causa libera, & sic respondendum est negatiuè: Vel sermo est de effectu contingenti à causa naturali, seu necessaria, sed impeditibili ab alia causa item naturali, seu necessaria; & sic respondendum est affirmatiuè.

Tercio ita, ut sensus sit, an dato per impossibile, quod Deus quæcumque liberè operari potest, necessario operetur, causa tamen secundæ essent, ut nunc sunt, alix liberae, alix necessariae quidem, sed ab extrinseco impeditibiles, ad huc posset esse contingentia, seu effectus contingens; & in hoc sensu respondendi est implicare in terminis. Quarto ita, ut sensus sit, an dato per impossibile, quod Deus non liberè, sed necessario concurreret cum in causis secundis, eundem tamen reatiter concursum inuariatum illis necessario præstaret, quin nunc liberè præstaret, & causæ secundæ haberent eandem naturam, & vim, quam nunc habent, ita vt alix essent liberae, alix necessariae quidè, sed

ab extrinſeco impediti poſſet, adhuc poteſt eſſe contingentiâ, ſeu effectus contingens: & in hoc ſenſu reſpondendum eſt affirmatiuè.

167 Si ruruſ quærat, an vt detur contingentiâ, ſeu effectus contingens à cauſa neceſſaria, quæ tamen ab extrinſeco impediti poſſit, ita requiritur aliqua cauſa libera, vt ſi per impoſſibile nulla ſit cauſa libera, non poſſit dari huiuſmodi effectus contingens: & ſic ruruſ diſtinguendum eſt, effectus enim aliquis à cauſa neceſſaria, ſed impeditibilis, vt dictum eſt, conſiderari poteſt, vel in ordine ad ſuam tantum cauſam proximam neceſſariam, ſed impeditibilem, vt dictum eſt, & ſic reſpondendum eſt affirmatiuè: vel in ordine ad totam collectionem, ac ſeriem cauſarum vniuerſi, & ſic reſpondendum eſt negatiuè. Propositiones de futuro contingenti, & de non futuro contingenti ſecundum veritatem ſunt, vel determinate, vera, vel determinate falſa, quodquid ſit de ſententiâ Ariſtotelis, quem alii in hoc deceptum, & cõtra fidei noſtræ principia locutum putant, alii excuſare, & explicare conantur.

3
Caſus,
& fortuna.

168 Contingentiæ affines ſunt caſus, & fortuna, quæ ſunt cauſæ per accidens. Diſſerunt autem, inquit rectè Ariſtoteles ſecundo Phyſic. tex. 57 quoniam caſus in plus eſt (hoc eſt, quid vniuerſalius eſt) quod enim eſt à fortuna, eſt à caſu; hoc autem non omne à fortuna eſt. Caſus igitur in communi, vt eſt quid vniuerſalius caſu præſe dicto, & fortuna, ex doctrina eiudem Ariſtotelis rectè definitur eſſe cauſa per accidens, ſeu effectus non intenti, & ex vi talis cauſæ rarò contingentiſ. Caſus autem præſe dictus, vt diſtinguitur à fortuna definitur eſſe cauſa per accidens, ſeu effectus non intenti, & rarò contingentiſ in ijs, quæ ſine electione agunt ob aliquem finem. Fortuna verò cauſa eſt, inquit Ariſtoteles ſecundo phyſic. tex. 52. ſecundum accidens in ijs, quæ ſecundum electionem eorum, que propter aliquid ſunt, id eſt cauſa per accidens ſeu effectus non intenti, & ex vi talis cauſæ rarò contingentiſ in ijs, quæ ex electione agunt ob aliquem finem. Itaque caſus præſe dictus, & fortuna diſſerunt tantum ratione ſubiectorum, in quibus ſunt, & conſequetur tantum accidentia liter, niſi ſumantur multiplicatiuè, caſus quidem præſe dictus, vt caſus præſe dictus, & fortuna, vt fortuna, & tam caſus præſe dictus, quàm fortuna pertinent ad cauſam efficientem, non autem ad alias.

169 A caſu præſe dicto, & fortuna diſſe-

runt, fruſtra, temerè, & vanum. Fruſtra enim propriè dicitur, quod incaſum, & nequidquam eſt, hoc eſt non conſequitur ſuum finem ex ſecundo Phyſic. tex. 62. licet interdum ſumatur etiam pro ſuperuacaneo, & alias etiam apud Latinos habeat ſignificationes. Temere verò idem eſt quod caſu, & temerarium, quod cauſale in communi. Interdum tamen temeraria cõ dicitur illa, quæ dirigit actionem in finem, in quem non eſt apta dirigi: & temeraria actio, quæ ſic dirigitur. Vanum denique dicitur quod in nullum debitum finem dirigitur, cum aptum ſit dirigi, ut alias rationes omittat, & fieri poteſt, vt aliqua cauſa ſi ſua ſit fruſtra, & caſu, aut fortuna, vel fruſtra, & non caſu, aut fortuna, vel e contra cauſa etiam temerariæ, & vanæ cum caſu, & fortuna variè coniungi poſſunt.

170 Reſpectu Dei nulli dantur, aut dari poſſunt effectus cauſales, aut fortuiti, & conſequenter nunquam poteſt Deus dici caſus, aut fortuna, reſpectu Angelorum, & hominum, quatenus ex electione operantur, niſi item dantur, aut dari poſſunt effectus cauſales, aut fortuiti, & conſequenter nec ipſi, vt ſic, dici poſſunt caſus, aut fortuna: dantur tamen reſpectu eorumdem præſentium hominum, cum ex electione operantur multi effectus fortuiti, & conſequenter ipſi quoque, vt ſic, dici poſſunt fortuna, reſpectu denique aliorum agentium naturalium dantur multi effectus cauſales, & conſequenter ipſa agentia naturalia, vt ſic dicuntur caſus.

171 Quod Ariſtoteles ſexto Ethic. ca 4. docet circa idem verſari artem, & fortunam, quod, & confirmat dicto illo Agathonis fortunam amat ars, artem ipſa fortuna iniucit, non pugnat cum eo, quod idem Ariſtoteles docet primo Met. cap. primo, ubi experientia, inquit, vt rectè Polus ait, artem dicitur, in experientia fortunam, quod Poli dicitur, aliiſ verbis habetur apud Platonem in Gorgia: & eodem modo docet Ariſtoteles. 6. Ethic. cap. 4. artem, & fortunam verſari circa idem, quomodo docet ſecundo Phyſic. tex 52. fortunam, & intellectum eſſe circa idem, quia ſcilicet ars eſt habitus intellectualis, ac proinde ſpectat ad cauſam efficientem intellectualem ſicut, & fortuna, & habet idem obiectum materiale; licet non adæquatam. Præterea neque ars, neque fortuna ſunt circa neceſſaria, ſeu quæ aliter ſe habere non poſſunt, ſed circa contingentiâ, ſeu quæ aliter ſe habere poſſunt. quod tamen intellige de arte præſe dicta, ſeu venite.

172. Verè etiam ab eodem Arist. secundo Magn. Moral. cap. 8. dictum est, ibi minus esse fortunę, ubi plus est intellectus. Quare si quis euidenter intellectu præuideat effectus aliquem, etiam si illum non velit, aut etiam auerferet, aut negatiuè se circa illu habeat, nõ potest ille effectus respectu illius dici fortuitus, & consequenter nomine intencionis in definitione fortunæ non est intelligenda solum intentio propriè dicta, id est appetitiua, & prosecutionis, sed etiam fugæ, & præterea intencio, vt dicitur etiam de actu intellectus. Si autem probabiliter tantum præuideat eundem effectum, eatenus possit esse illi fortuitus, quatenus eius præuisionem effugiet.

173. Quare autem casus, & fortuna incerta dicantur, ratione optimam assert Aristoteles secundo Physic. tex. 56. & 57. quia neque semper, neque frequenter possibile est esse quidquam eorum, quæ sunt à casu, & fortuna. Quid item sit bona, & mala fortuna: egregiè idem Aristoteles tex. 56. citato exponit his verbis: fortuna autem bona quidem dicitur, cum bonum aliquid euenit, mala autem cum malum aliquid: prosperitas verò fortunæ, & infortunium cum magnitudinem habent, hæc. Quocirca, & cum parum abest, vt quis malum, aut bonum capiat. magnum est, vel infortunatum esse, vel bene fortunatum, quoniam tanquam existimet dicit intellectus. Quod enim parum, tanquam nihil distare videtur, hæc ille. De vsu nominis fortunæ idem proportionaliter dicendum videtur, quod de vsu nominis fati dicitur est.

174. Inter effectus casuales, aut fortuitos: sunt etiam Monstra, rectè autem monstrum definitur esse effectus naturalis à recta, & solita secundum speciem dispositione insigniter de generans. Dicitur effectus naturalis, quia licet etiam in artefactis, cum insigniter ab arte recedant, monstra videantur ex Aristotele secundo Physic. tex. 82. tamen illa per analogiam quandam mista ex attributione, & proportione ad monstra naturalia sic appellantur. Contingunt autem monstra ex defectu, vel excessu, vel variatione alicuius principii ad producendum effectum requisiti. Iraque tot possunt distincti cuius causæ monstrorum, quor sunt principia, ex quorum defectu, vel excessu, vel variatione effectus naturalis à recta, & solita secundum speciem dispositione insigniter de generat, quamuis à quibusdam reducuntur ad duas, ad materiam scilicet deficientem, vel

redundantem, vel variatam, & ad efficiens debilius, vel validius, vel variatum.

175. Quod si queratur, an monstrum per accidens, seu casu, an per se, seu ex intentione naturæ fiat, distinguendum est. comparationem potest monstrum primò cum sola causa impedita, & respectu illius est effectus casualis, si causa illa sit naturalis, seu necessaria, vel fortuitus, si libera. Secundo cum impedita, & impediente totali, seu cum causa impedita, & impediens ipsius omnibus simul sumptis, & respectu illarum non est effectus casualis, aut fortuitus, sed materialiter quidem sumptum est effectus per se intentio primario, formaliter vero, seu quoad deformitatem, & imperfectionem, quam includit, est effectus per se intentus secundario, seu consequenter. Tertiò cum causa impedita, & impediens partiali, seu cum impedita, & aliqua causarum impediendum, & sic iterum distinguendum est: Vel enim huiusmodi causa particularis impediens intendit effectum monstruosum, & respectu illius est effectus per se primarius quidem ratione entitatis, secundum autem verò ratione deformitatis, & imperfectionis consequentis: vel non intendit, & sic respectu illius est effectus casualis, si sit causa naturalis, vel fortuitus, si libera, modo tamen sit causa efficiens.

Quartò cum causa prima, seu Deo, & respectu illius non est effectus casualis.

lis, aut fortuitus.



M O T V S.

Cap. VI.

1
Motus
axiſte.

2
Eius
deſinit



176 Motus in communi, qui cum mutatione item in communi confunditur, licet ab ea interdum diſtinguatur, vt infra, & quem dari, ac notiffimam corporis naturalis paſſionem

efſe, conſtat, recte ex quinto Phyſic. tex 7. deſinitur eſſe tranſitus alicuius ex quodam in quodam, qui neceſſario tria requirit, nempe ſubiectum, quod tranſeat terminum a quo tranſeat, & terminum ad quem tranſeat, non ita, vt tranſitus, & conſequenter motus ſit aliquid a parte rei diſtinctum ab his tribus, & ſeclatum ad hanc rem, ſi qua ad terminos ipſi extrinſecos, ſed ita vt ſecundum ſuam eſſentiam ad adequate ſumptus, nihil ſit a parte rei diſtinctum ab ipſo eſſe ſubiecti prius ſub termino a quo, deinde ſub termino ad quem, & conſequenter intrinſece, & eſſentialiter conſtituatur ab his tribus ſumptis non ſecundo ſe, ſed ſecundum eſſe ſubiecti prius ſub termino a quo, deinde ſub termino ad quem, in quo eſſe nihil includitur a parte rei diſtinctum a prædictis tribus.

177 Quæ ita ſe habet, vt ſubiectum, ſeu quod idem eſt, materia ſit ſemper aliquid poſitum aptum eſſe prius ſub termino a quo, deinde ſub termino ad quem: terminus a quo ſit priuatio termini ad quem, & terminus ad quem forma oppoſita dictæ priuationi, ſi motus ſit acquiſitiuus: contra verò terminus a quo ſit forma, & terminus ad quem priuatio oppoſita dictæ formæ, ſi motus ſit deperditiuus. Quare ad conſtituendam intrinſecam, & eſſentialem rationem motus, ſeu mutationis in communi neceſſario requiruntur, & ſufficiunt materia, priuatio, & forma, hoc eſt materia prius ſub priuatione, deinde ſub forma, vel è contrario. In idem recidit ſi dicas, motum, ſeu mutationem in communi eſſe id, quo res aliter, & aliter ſe habet, ad quod item neceſſario requiruntur, & ſufficiunt prædicta tria. Nec ab his definitionibus reſpectu diſſerunt aliæ, quibus deſinitur motus eſſe actus entis in potentia, prout in

potentia ex 3. phyſ. tex. 6. vel actus mobilis, quatenus mobile eſt ex tex. 16. vel actus actiui, & paſſiui, quatenus huiusmodi; ex tex. 18. & 23. quamquam hæc ultima deſinitio, quæ indicatur etiam tex. 19. non eſt deſinitio motus, vt ſic, ſed motus vt includit actionem, & paſſionem.

178 Sed quoniam inter omnes motus deſinitiones, vt per obſcura, ita per teſtibus eſt allata ex 3. phyſic. tex. 6. ea ſic videtur intelligenda, vt motus ſit actus entis in potentia, id eſt ſubiecti habentis priuationem, prout in potentia, id eſt prout tendit ab illa priuatione ad formam, ſeu ad actum perfectum, cuius habet priuationem, & conſequenter ſit actus imperfectus, ſeu in fieri conſtituens illud ſubiectum in potentia proxima non quacunque, ſed tendente ad actum perfectum, ſeu terminum ad quem in ſubiecto eſſe, quæ potentia proxima tendens, ſeu vias & tendit illud nihil ſpeciali, quam productioni ipſius actus perfecti, ſeu termini ad quem in ſubiecto.

Cum autem dupliciter intelligi poſſit, motus eſſe actum, ſeu formam imperfectam, ſeu in fieri, vt dictum eſt ſubiecti habentis priuationem, primo ita ut ſit actus, ſeu forma, ut dictum eſt, ſubiecti habentis priuationem, quam non omnino, ſed ex parte tantum abijciat præſente huiusmodi actu, ſeu forma imperfecta, ſeu in fieri, licet ſemper tantum abijciat priuationem, quantum acquirit formæ: Secundo ita vt ſit actus, ſeu forma, ut dictum eſt, ſubiecti habentis priuationem, quam omnino abijciat præſente huiusmodi actu, ſeu forma imperfecta, ſeu in fieri, ita intelligi debet, vt ſit actus, ſeu forma, ut dictum eſt, ſubiecti habentis priuationem abſtrahendo a primo, & ſecundo modo. Et hoc ſenſu explicata deſinitio non ſolum bona eſt, & ſecundum ſe conuenit etiam motui non phyſico, licet ut in Phyſica traditur, limitetur ad motum phyſicum, ſed etiam abſtrahit à motu ſucceſſiuo, & inſtantaneo, & utriusque conuenit, ſicut etiam conuenit omnibus actionibus immanentibus phyſicis ſumptis non formaliter, vt actiones ſunt, ſed conoomitanter, ut mutationes ſunt, & abſtrahendo à primaria intentione Ariftoleli etiam non phyſicis, ſicut, & motibus uolentis artificialibus, aliſque omnibus non naturalibus.

179 Si tamen eadem deſinitio ita explicaretur, ut motus eſſet actus imperfectus, ſeu in fieri conſtituens mobile in potentia, quæ priuatione ad vltiorem perfectionem, ſeu ita actus mobile, ut relinquere illud in potentia cum priuatione ſecundum quam ma-

gis, ac magis posset a^luari: vel quod in idem recideret, ita vt motus esset actus imperfectus, seu in fieri subiecti habentis priuationem, quam non omnino, sed ex parte tantum abijceret presente huiusmodi actu imperfecto, seu in fieri, vt supra dictum est, nō conueniret nisi motui successiuo. Sed hæc explicatio non esset ad mentem Aristotelis. Et cum motus diuiditur in successiuum, & instantaneum non sumitur adæquate secundum omnia, quæ in sua essentia includit, & nos supra explicauimus, quomodo tam implicat contradictionem, vltimum motum esse instantaneum, quam implicat formam, & priuationem illi oppositam esse in eodem subiecto, eodem instanti temporis: Sed sumitur inadæquate pro solo termino ad quem, qui in aliquo motu fit successiuè, & ratione illius dicitur motus successiuus, in aliquo fit in instanti, & ratio illius dicitur ille motus instantaneus.

120. Ac licet omnis motus à mouente, quod non fit etiam mobile respectu eiusdem motus, quomodocunque sumptus distinguitur realiter complete, à mobili tamen motus quidem inadæquate sumptus pro solo termino ad quem, quomodo sæpe à Philo(sophis) sumitur, distinguitur realiter complete, vt includens ab inclusio à termino autem ad quem motus quidem inadæquate sumptus non distinguitur realiter, immo nec formaliter, si terminus ad quem, intrinsecus sumatur, vt est terminus intrinsecus actualis, ad quem mobile transit à termino à quo: motus verò adæquate sumptus ab eodem termino ad quem distinguitur realiter incomplete, vt includens ab inclusio à termino autè à quo intrinsecus motus quidem inadæquate sumptus distinguitur realiter complete, motus verò adæquate sumptus distinguitur realiter incomplete, vt includens ab inclusio.

121. Atque, vt intelligatur, quomodo etiam ab actione, & passione distinguitur motus, aliquid prius de actione, & passione dicendum est. Actio igitur non est relatio extrinsecus adiuuans, nec modus formæ, aut rei quæ fit modaliter à forma, aut rei, quæ fit, distinctus, à quo agens dicitur à re, & forma, seu res fieri: Sed est ipsa res, quæ fit sumpta non secundum se precise, sed vt fit ab agente, seu vt pendet in suo esse ab agente. Vt tamen hæc actionis in communi definitio conueniat omni actioni non solum productiue, sed etiam conseruatiue, seruanda est particula illa (fieri ab agente)

vt extenditur ad fieri ab agente, non solum per productionem, sed etiam per conseruationem, aut dicendum actionem esse rem, vt est, seu pendet in esse ab agente, siue producente, siue conseruante, seu quod idem est, esse ipsam formaliter dependentiam rei in suo esse ab agente, siue producente, siue conseruante: quæ dependentia ab agente, seu actio non est distinguatur realiter, seu à parte rei illo modo a re, quæ dependet ab agente seu agituri, sed tantum formaliter, seu virtualiter.

122. Quamobrem actionis definitio tradita à Gilberto Porretano lib. de sex principijs c. 2. his uerbis, actio est secundum quam in id, quod subijcitur agere dicitur, non est admittenda, non solum quia nō ois actio est circa subiectum, sed et quia actio formaliter non est id, secundum quod agens dicitur agere, seu denominatur agens (cum ex dictis capitulis quarto constat agens constitui formaliter agens per causalitatem agentis, quod ibidem diximus, non esse actionem, sed ipsam virtutem agendi, vt est id à quo est effectus actus, quod virtus sic sumpta secundum id totum, quod dicitur formaliter est in agente, licet dicat et in obliquo effectum actu), sed id, quo res dicitur agi, seu actio: nisi forte sumatur actio pro efficientia, seu agentia, si ita loqui fas sit, hoc est pro causalitate agentis, quod dixi, quod posset quis appellare actionem actiuam, alià verò supra definitam actionem passiuam. Alia autem definitio actionis, quæ à quibusdam assertur his uerbis, actio est quæ mediatur via effectus recipit esse ab agente, bene, & male intelligi potest: male quidem si intelligatur esse quod à parte rei distinctum ab effectu, qui dicitur recipere esse bene aut si intelligatur esse ipse effectus, vt recipit esse ab agente, siue producente, siue conseruante, ita ut actionem esse viam, seu tendentiam ad effectum nihil aliud sit, quam esse productionem, aut conseruationem, & vno verbo dependentiam effectus ab agente.

123. Quæ dependentia, seu actio, sicut formaliter sumpta est relatio quæ non quæ dicitur p^oca materialis, sed transcendentalis, effectus ad agens ita supra materialiter, vt accidens quod dicitur esse seu quod hæc se per modum accidentis respectu effectus dicitur relatione transcendentali ad ipsum effectum respectu rei materialiter, seu ad rei, quæ est effectus, dicitur inquam relationem transcendentalem, non realem simpliciter sic dictam, cum non distinguitur realiter, seu à parte rei ab effectu sumpto, vt diximus, sed formalem, seu virtualem, cum formaliter, seu virtualiter tamen ab illo sumpto, ut diximus, distinguitur, siue fit, actio immanens, siue transiens

Dicitur autem a *passio* immanens presē, quæ recipitur in eodem præcisē principio, à quo elicitor, vt intellectio, & volitio; latius quæ recipitur in eodem supposito, non tamen in eodem præcisē principio, à quo elicitor, vt accideus, quod producit à forma, sed recipitur in materia, quam forma illa informat, non autem in ipsa forma, actio verò trāsēs, quæ non recipitur in eodem præcisē principio, aut supposito, à quo elicitor, sed in aliquo ipsi infirsecō.

184. Hinc patet actionem transeuntem non esse in agente, vt in subiecto, sed in passo vel realiter à se distincta, quando est actio, quæ fiat aliqua forma, siue substantialis, siue accidentalis in subiecto, vel formaliter, seu virtualiter tantum à se distincta, quando est actio, quæ fiat aliquid suppositum, vel materia prima, vel forma aliqua, siue substantialis, siue accidentalis extra subiectum, vt per Dei potentiam fieri potest. Factum tamen, & implicans contradictionem est, quod quidam dixerunt actionem, quidem transeuntem habere terminum, immanentem autem non habere, cum de ratione omnis actionis, & consequenter etiam immanentis sit, vt habeat terminum, & si formaliter, seu virtualiter tantum à se distinctum, vt diximus, quod si queratur, quomodo sit terminus actionis immanentis verbi gratia, intellectio, & volitio, nostræ, respondetur esse qualitatem, quæ tamen vt est ab agente dicitur actio, & consequenter, vt est ab intellectu, dicitur intellectio, vt à voluntate volitio, &c.

185. Passio est forma, quæ recipitur in subiecto sumpta non secundum se, sed vt recipitur in subiecto, seu quod idem est, ipsa receptio formæ in subiecto. Quare nec passio à forma distinguitur realiter, seu à parte rei: vltimo modo, sed formaliter, seu virtualiter tantum, à subiecto vero formæ distinguitur eo modo, quo ab eodem distinguitur forma. Dixi à subiecto formæ, quia à subiecto suo immediato, id est à forma ipsa, iam dictum est distingui, formaliter, seu virtualiter tantum.

186. Inter se autem actio, & passio ita se habent, vt actio quidem quæ fit forma, siue substantialis, siue accidentalis in subiecto non distinguitur realiter, seu à parte rei, sed formaliter, seu virtualiter tantum à passione: Quod verò, quæ fit suppositum, vel materia prima, vel forma, siue substantialis, siue accidentalis extra subiectum, vt per Dei potentiam fieri potest, distinguitur realiter à passione proprie, & simpliciter sic dicta.

Dixi proprie, & simpliciter sic dicta, quia licet actio etiam, quæ aliquid fit extra subiectum materialiter sumpta dici possit esse, seu recipi in eo quod agitur, & consequenter sub hac ratione esse passio quedam, quod idem dici potest de quælibet alia formalitate, seu ratione formalis obiectiua respectu eius, respectu cuius est formalitas, seu ratio formalis obiectiua tamen nomine passionis proprie, & simpliciter sic dicta non intelligitur receptio altius, quod formaliter, seu virtualiter tantum distinguitur ab eo, à quo recipitur, sed tantum receptio altius à parte rei distincta ab eo, in quo recipitur.

Ex quibus denique perspicuum est, actionem, quæ fit suppositum, vel materia prima, vel forma, siue substantialis, siue accidentalis extra subiectum, vt per Dei potentiam fieri potest, nec formaliter, nec realiter esse motum: actionem autem, quæ fit forma, siue substantialis, siue accidentalis in subiecto, & passionem illi respondentem esse realiter, sed non formaliter motum acquisitionem in adæquate sumptum. Eadem enim forma est formaliter actio, vt fit ab agente, passio, vt recipitur in passo, motus acquisitionis in adæquate sumptus, vt est terminus intrinsecus, ad quem subiectum transit ex termino à quo.

187. Triplex autem motus, seu mutatio diuiditur ab Aristotele s. Physic. tex. 7. vna quæ est ex subiecto in subiectum, hoc est ex termino positiuo in positiuum, & hæc est, etiam ex Aristotelis sententia, motus presē dictus, vt paulo post explicabitur: altera, quæ est ex non subiecto in subiectum, hoc est ex termino priuatiuo in positiuum, & hæc est generatio: tertia, quæ est ex subiecto in non subiectum, hoc est ex termino positiuo in priuatiuum, & hæc est corruptio. quæcumque nec generatio, nec corruptio, siue substantialis, siue accidentalis est formaliter, sed tantum concomitanter mutatio, quarta enim quæ fingi potest mutatio ex non subiecto in non subiectum, hoc est ex termino priuatiuo in terminum priuatiuum, non est vera, & realis mutatio.

188. Rationem, cur hæc quarta ex non subiecto in non subiectum non sit vera mutatio, reddit ibidem Aristoteles: propterea quod non est, inquit, secundum oppositionem, neque enim contraria neque contradictoria est, quibus verbis docet, omnem mutationem veram, & per se debere esse inter terminos veros, & per se oppositos, vel contrariæ, vel contradictoriæ.

5:
Morus
distinguitur

4:
passio

Dixi omnem mutationem veram, & per se quia Aristot. eū statuit triplicē tñ esse mutatione m, vt dictū est, non loquitur de mutationibus per accidens, id est, seu quæ sunt inter terminos per accidens. i. indeterminate concurrentes, quas omnes siue sint per accidens ratione subiecti, siue ratione agentis, siue ratione termini, iam supr. tex. 6. reiecerat, quia sunt sine fine: sed loquitur de mutationibus per se, seu quæ sunt inter terminos per se, id est determinate cōcurrentes. Quos terminos docet debere esse verē, & per se oppositos, vel contrariē, quod cōuenit terminis mutationis ex subiecto in subiectum, qui sunt inter se contrarij, vel contradictoriē, quod conuenit terminis mutationum ex non subiecto in subiectum, & ex subiecto in non subiectum, qui sunt inter se contradictoriē, nomine tamen terminorum contrariorum intelligendi hic secundum Aristotelem sunt non contrarij presē, nec itē contrarij priuatiuē tantum, sed termini positij impossibiles, ratione negationis adiunctæ, cuiusmodi sunt quantitas extensa, vt quatuor, & extensa, vt duo tantum, calor intensus, vt quatuor, & intensus, vt duo tantum, locus sursum, & locus deorsum, nomine verō terminorum contradictoriorum intelligendi sunt non termini contradictoriē presē, sed latē, hoc est priuatiuē oppositi.

189 Subdiuidit idem Aristot. 5. phys. tex. 7. tam mutationem, quæ est ex non subiecto in subiectum, quam eam, quæ est ex subiecto in non subiectum in substantialem, & accidentalem: mutationem, verō, quæ est ex subiecto in subiectum subdiuidit tex. 9. non in substantialem, & accidentalem, sed in plures accidentales tantum, non quia non dantur multæ etiam mutationes substantiales ex subiecto in subiectum, seu quod idem est inter terminos positivos, & quidem determinatos, sed quia per accidens est mutationi substantiali, vt mutatio substantialis est, quod fit inter terminos quo, & ad quem determinatos: immo etiam per accidens est eidem mutationi substantiali, vt mutatio substantialis est, quod fit inter terminos positivos, licet vt de facto sit naturaliter semper fit inter terminos positivos.

190 Dixi supra motum, seu mutationem ex subiecto in subiectum esse motum presē dictum, quia motus, & mutatio interdum sumuntur latē quæuis propriē, & sic inter se distinguuntur, non tamen ita, vt motus presē dictus idem sit, quod motus, seu mutatio

successiua, motus verō presē dictus idem sit quod motus, seu mutatio instantanea. Sed ita, vt motus presē dictus sit omnis, & solus motus, seu mutatio, quæ est ex subiecto in subiectum, siue sit successiua, siue instantanea; mutatio verō presē dicta sit omnis, & solus motus, seu mutatio, quæ est, vel ex non subiecto in subiectum, vel ex subiecto in subiectum, siue item sit successiua, siue instantanea. Ac motus quidem presē dictus ab Aristotele 5. Phys. tex. 9. subdiuiditur in eum, qui est secundum quantitatem, & dicitur augmentatio, & diminutio, caret enim communi nomine, & in eum qui est secundum qualitatem, & dicitur alteratio, & in eum, qui est secundum locum, & dicitur latio, de quibus singulis suus erit dicendi locus. Mutatio verō presē dicta subdiuiditur in generationem, & corruptionem, non tamen formaliter, sed concomitanter sumptas, vt dictū est. Quare mutatio presē dicta præter subiectum, & duos terminos alterum-positiuum, alterum priuatiuum, sine quibus nulla potest esse mutatio, nihil aliud requirit: motus verō presē dictus, qui vt mutatio requirit essentialiter eadem tria tantum, vt motus presē dictus requirit præterea alterum terminum positiuum, ita vt quatuor talis, sit inter terminos positivos.

191 Aliter etiam à quibusdam diuiditur motus, seu mutatio in communi in acquisitionem, deperditionem, commutatiuam, acquisitionem appellant generationem omnem, siue substantialem, siue accidentalem: deperditionem verō corruptionem omnē, siue substantialem, siue accidentalem: commutatiuam denique tripliciter subdiuidunt, nempe in eam, quæ est cum lucro, hoc est augmentatiuam, & in eam, quæ est cum damno, hoc est diminutionem, & remissionem, & eam, quæ est cum æqualitate, hoc est motum localem. Sed mutatio commutatiua cum lucro re vera spectat ad acquisitionem, commutatiua verō cum damno ad deperditionem, commutatiua denique cum lucro partim ad acquisitionem, partim ad deperditionem: ac proinde melius diuiditur in acquisitionem, & deperditionem, vel in acquisitionem tantum, cuiusmodi est non solum generatio substantialis, tum accidentalis, sed etiā augmentatio, & intensio: deperditionem tantum, cuiusmodi est nō solum corruptio tum substantialis, tum accidentalis, sed etiā diminutio, & remissio, & acquisitionem, ac deperditionem simul, cuiusmodi est motus localis, qui tamen sumi etiam potest præcisē, vt

acquiſitiuus, vel preciſe, vt deperdituus.

192 Diuiditur etiam, accidentaliter tamen, motus, ſeu mutatio in communi in naturalem, & non naturalem. Naturalis dicitur, qui eſt à natura: non naturalis, qui non eſt à natura, & multipliciter ſubdiuidi poteſt. ſed hic libet explicare eum, qui ſubſtanti ſolet in præternaturalem, & violentum præternaturalis eſt, qui fit in ſubſtato non habente neque inclinationem actiuam, neque repugnantiam poſitiuam ad illum motum, cuiuſmodi dicitur eſſe motus circularis ignis in concauo Lunæ ex ſuppoſitione quod fit huiuſmodi ignis, & concauatum Lunæ, & Cælum illud circulariter moueatur, ſed cum huiuſmodi motus repugnet non quidem motui, ſed quieti ignis in ſuo loco, non poteſt dici præternaturalis igni, niſi quatenus non repugnat motui ignis, ſimpliciter præternaturalis motus eſt, albeſcentia verbi gratiæ corporis natura ſua nec poſtulantis, nec reiſcientis albedinem. Violentus verò eſt, qui fit in ſubſtato habente poſitiuam repugnantiam ad illum motum, vt motus lapidis ſurſum.

193 Definitur autem violentum in communi, (vt hoc obiter hic dicatur) ab Ariſtotele. 3. ethic. cap. 1. eſſe id, cuius principium extrinſecus eſt, nihilque ad id conſert ille, qui cogitur, vel vt communiter dicitur id, cuius principium eſt extra nullam vim conferente paſſo, intellige non negatiuè tantum, ſed poſitiuè, ita vt violentum proprie, & præſe fit illud, ad quod paſſum ita non conſert vim, ſeu non actiue inclinatur, vt etiam ei poſitiuè repugnet. Dixi proprie, & præſe, quia violentum, & contra naturam interdum ab Ariſtotele ſumitur latius, vt complectitur etiam id, quod eſt tantum præter naturam.

194. Diuiſio motus ſeu mutationis in ſucceſſiuam, & inſtantanæam, quomodo intelligenda ſit ſupradictum eſt. Quærit tamen hic poteſt, an ſucceſſio cuiuſlibet motus ſucceſſiui ſit continua, an diſcreta, ſeu interrupta. ſed reſponſio pendet ex dicendis de alteratione, & augmentatione. Interim tamen dicendum eſt vnum numero motum ſucceſſiuum debere habere ſucceſſionem continuam non eſt tamen ſucceſſio de eſſentia motus ſucceſſiui, niſi ſumatur reſolutione, vt ſucceſſiuus, ſed proprietas, naturaliter quidem inſeparabilis à motu, cuius eſt ſucceſſio, ſupernaturaliter autem ſeparabilis quoad actum ſecundum tantum à motu ſecundum quantitatem, & ſecundum

qualitatem, non tamen à motu locali. Quid autem ſit ſucceſſio dicitur alibi. Alias motus, ſeu mutationis in communi diuiſiones, quæ poſitis præſertim dictis diſtinctionem habere non poſſunt, prætereò.

195 Vnitatis generica, & ſpecifica motus inadæquatè ſumpti ſumitur à termino ad quem intrinſeco formaliter ſumpto eiuſdem motus, ita vt ad quod genus, & ſpeciem pertinet terminus ad quem intrinſecus, & formaliter ſumptus ad illud, & illam pertineat etiam motus inadæquatè ſumptus. Dixi à termino ad quem intrinſeco, quia extrinſecus non pertinet ad eſſentiam motus, licet in motu locali terminus ad quem intrinſecus explicari ſoleat per terminum ad quem extrinſecum, qui eſt notior. Dixi etiam formaliter ſumpto, quia ſi terminus ad quem intrinſecus ſumatur materialiter vt res quædam eſt, fieri poteſt, vt ſit idem ſpecie in motibus diuerſis ſpeciebus. Vnitatis numerica motus inadæquatè ſumpti ſumitur item à termino ad quem intrinſeco formaliter ſumpto, ita vt tunc ſit vnus numero motus inadæquatè ſumptus, cum eſt vnus numero terminus ad quem intrinſecus formaliter ſumptus. Si autem ſermo ſit de vnitatis ſue generica, ſue ſpecifica ſue numerica motus adæquatè ſumpti, ea non ſumitur à ſolo termino ad quem, ſed etiam à termino à quo, & ſubſtato ſumptus non ſecundum ſed, ſed vt conſtant adæquatè eſſentiam motus modo ſupra explicato, vel ſi etiam motus adæquatè ſumptus dicitur ſumere ſuam vnitatem ſue genericam, ſue ſpecificam ſue numericam à termino ad quem modo dicto, ſubadiudicium eſt tanquam præcipuo, & magis diſtinctiuo, non tanquam adæquatè.

196 Poſito autem vno numero termino ad quem motus intrinſeco formaliter ſumpto, ponitur naturaliter præter vnum numero terminum à quo, etiam vnus numero ſubſtatum, & vnum numero tempus. Vnum verò motorem ad vnitatem numericam motus, requirit idem Ariſtotele. Phyiſic. t. 49 & 83. non tamen ad vnitatem numericam cuiuſcuſque motus, ſed tantum motus neceſſarij, & eterni, quod tamen ipſum falſum eſt.

6
Motus
vnitatis.

Atque hæc omnia, quæ de vnitatē motus dicta sunt, intelligenda sunt de motu in communi ad motum prædictum, & ad mutationem prædictam. Et eodem modo sumptus motus non ponitur per se in vllō prædicamento, sed reducitur ad illud, ad quod pertinet eius terminus ad quem, si quidem sermo sit de motu inadæquate sumpto, vel partim ad illud ad quod pertinet subiectum, partim ad illud, ad quod pertinent termini, si sermo sit de motu adæquate sumpto.

197. Contrarij motus sunt prædicti, vel latè, qui habent terminos ad quos contrarios prædicti, vel latè. Ac motus ex contrario in contrarium prædictum verbi gratia, ex nigro in album, vel ex frigido in calidum, neque est unus tantum naturaliter loquendo, sed *semper* est, vt minimum duplex motus prædictus. & si sit ex contrario perfectio, puta ex frigido, vt octo, ad calidum ut octo, semper est duplex motus prædictus & duplex mutatio, nempe una generatio, & vna corruptio, vtraque accidentalis.

Rectè nihilominus Aristoteles quinto Phys. tex. 47. docet motum, qui est ex vno contrario non esse contrarium ei, qui est in alterum contrarium, vt qui est ex sanitate ei, qui est in ægritudine, idem enim inquit, & vnus est, esse tamen non idem est ipsis, sicut non idem est ex sanitate mutari, & in ægritudinem. Quibus verbis significat motum ex sanitate in ægritudinem esse vnum subiecto, id est esse in eodem subiecto, differre tamen realiter sicut sanitas, & ægritudo differunt realiter.

198. Motui opponitur quies, quæ duplex est, altera, quæ est priuatio motus, & dupliciter sumi potest, vt ipse motus, nempe, vel inadæquatè, & est priuatio motus inadæquatè sumpti, vel adæquatè, & est priuatio motus adæquatè sumpti altera, quæ non est priuatio motus, sed permanentia sub forma, vel quasi forma, vt dictum est supra ubi de natura.

Mobile, seu subiectum motus in communi non ita necessariò debet esse diuisibile formaliter, vel virtualiter, vt si per possibile, vel impossibile (hoc enim alibi determinandum est) detur punctum indiuisibile separatum, non possit moueri motu, tum latius, non tamen circularis in seipsum, tum alterationis, tum etiam generationis, siue accidentalis, siue etiam substantialis, formæ tamen homogeneæ, non heterogeneæ, & corruptionis illi oppositæ non tamen motu aug-

mentationis, aut diminutionis.

199. Propositio autem illa, quidquid mouetur ab alio mouetur, si ita intelligatur, vt sensus sit quidquid mouetur, mouetur ab alio saltem formaliter, seu virtualiter, distincto, vel mouetur ab alio immediate, aut saltem mediate quatenus habet ab alio potentiam, qua mouetur, vera est vniuersaliter, & de omni motu: sicut etiam vera est vniuersaliter, si nueri sumatur latissime pro fieri, seu dependere, vel metaphorice pro allici à sine. Sed in nullo horum sensuum sumpta est ab Aristotele. Si verò ita intelligatur, vt sensus sit, quidquid mouetur, mouetur ab alio plusquam formaliter, seu virtualiter distincto, falsa est, nisi restringatur ad motum non vitalem, & præterea supponatur eolum non esse corpus simplex, quod a se mouetur. Aliter intelligi potest eadem propositio ita, vt sensus sit, quidquid mouetur motu corporeo tanquam mobile totale, seu completum, quod per se non autem per accidens moueatur, mouetur ab alio distincto realiter distincto, vel completa, vt inter duo supposita, vel incompleta, vt inter suppositum, & eius partem, siue sit pars actualis, siue potentialis. Et in hoc sensu, quo tam 7. & 8. Physic.

sumpsisse videtur Aristoteles, qui per illam intendebat probare, deueniendum esse ad vnum primum motorem, à quo tanquam à primo principio penderet motus omnium corporum, vera est in omni genere motus, seu vniuersaliter, si supponatur de Cælo, quod diximus conclusione superiori, nihil tamen prædictam Aristotelis intentionem iuuat.



INFINITUM.

Cap. VII.

100



Infini-
tum multiplici-
ter sumi potest, vt pa-
ter ex Aristot. 3. Phys.
tex. 3. 4. & 11. Metaph.
sum 4. cap. 2. Sed sum-
ptum, vt opponitur fi-
nito ab antiquis desi-
niebatur esse illud, cu-

ius nihil est extra, id est cui nihil deficit, seu
extra quod nihil potest accipi, quam defini-
tio nem Aristoteles 3. Phys. tex. 62. & 63. me-
rito rejicit, & addit eam conuenire perfecto,
& toti, sic enim inquit definimus totum, cuius
nihil abest (intellige eorum, quæ ad eius
naturam, seu essentiam pertinent) vt homi-
nem totum, aut arculam, quam totius defini-
tionem habet etiam 5. Metaph. cap. 26. Ex
propria deinde sententia definit Aristot. tex.
62. cit. Infini- tum esse, cuius semper aliquid
extra est, & tex. 63. Infini- tum id est, inquit, cui
secundum quantitatem, accipientibus sem-
per aliquid accipere extra est. In qua defini-
tione Aristoteles addit particulam illam (se-
cundum quantitatem) quia non loquitur nisi
de infinito quantitatio, de quo etiam an-
tiqui loquebantur: sed omi-ssa illa particula,
conuenit definitio cuiilibet infinito, & illius
sensus est, infinitum esse illud, cuius partibus
quibuscumque finitis acceptis, semper reman-
ent alia accipiendæ. Itaque per particulam
illam (extra) non significat Aristoteles extra
infini- tum posse semper aliquid accipi, siue
enim possit extra infinitum aliquid accipi, si
ue non, id nihil variat rationem finiti præ-
cisè: sed significat præter quascunque partes
finitas (quàm particulam expresse ponit te.
57. eiusdem Libri,) quæ ex infinito acceptæ
sint, remanere semper alias ex eodem acci-
piendas. Sed nomine partis in hac defini-
tione finiti in communi intelliguntur partes
in communi, abstrahendo ab eo quod sint
partes formales, vel virtuales, actû, vel potes-
tia distinctæ, entitatiuæ, vel quantitatiuæ,
concreta, vel discreta, &c.

101 Hoc modo explicata definitio Infini-
ti ab Aristotele tradita optima est. Illud ta-
men addendum est, quantum merito, vt di-
xi Aristoteles definitionem finiti ab anti-

quis allatam rececit, quia conuenit toti, &
perfecto, quatenus etiã ipsum quoddam to-
tum est, & consequenter finito, cum totum
est finitum: aliquando tamẽ sumi infinitum
in ratione totius, & nõ in ratione finiti præ-
cisè, quæ duo valde inter se differunt. Infini-
tum enim in ratione totius præter rationem
infiniti participat etiam rationem totius, &
consequenter nihil illi addi potest, quo fiat
maius in eo in quo est infinitum: at finitum
in ratione finiti præcisè participat rationem
infiniti tantum, non autem rationem totius
in eo, in quo est infinitum, & consequenter a-
liquid illi addi potest, quo fiat maius.

Hinc patet infinitum in ratione totius remanens
tale non posse suscipere maius, nec mi-
nus: quæ minus si comparetur cum alio infini-
to quocunque possit respectu illius esse, vel
maius, vel minus, vel æquale, & horum vni-
quodque, vel in infinitatibus tantum, vel in
infini- tibus, & finitibus simul: Infini- tum
verò in ratione finiti præcisè remanens ta-
le posse suscipere maius, & minus, & conse-
quenter posse respectu alterius finiti cuius-
cumque esse, vel maius, vel minus, vel etiam
æquale, & horum vnumquodque, vel in infini-
tibus tantum, vel in finitibus, & finitibus
simul, quæ ratione etiam infinitum
in ratione totius potest esse tale dupliciter,
vel in infinitatibus tantum, vel in finitibus,
& finitibus simul.

102 Sunt autem necessariò in quolibet
infini- to infinites infinitæ infinitates, & sub
vna ratione infinitæ sub alia finitæ in infini-
to assignabiles finitates, seu partes (sum-
pto partis nomine, vt supra dictum est) quæ
secundum se sunt finitæ, & consequenter de-
terminatæ, quæ minus, vt infinitæ, & vt finitæ
in infinitum assignabiles sint indeterminatæ,
& impliciter in terminis contradictionem
ab aliquo infinito separare omnes partes fini-
tas. Dicitur autem finitum in communi il-
lud, quod, vel nullas habet partes, vt pun-
ctum, vel habet omnino certas, & deter-
minatas, vt omnes humanæ mensuræ, sum-
ptum semper nomine partis, ut supra dic-
tum est.

103 Sed ad infinitum redeamus, quod vt
supra definitum est, diuiditur in infinitum
actû, & infinitum potentia. Infini- tum actû,
quod etiam dicitur infinitum categoræ matu-
cû dicitur illud, cuius partes actû simul exi-
stentes in aliqua differetia temporis sunt fini-
tæ. Et hoc subdividitur in infinitum secû-
dam essentiam, secundum extensionem, &
secundum intentionem. Infini- tum secundum

3
Infini-
tas finit.

2
Infini-
tas finit.

essentiam dicitur, cuius perfectio essentialis est infinita, & hoc subdividi potest in infinitum secundum essentiam, seu in essentia simpliciter, & in ratione totius, quod scilicet in sua essentia continet omnem omnino perfectionem, vel formaliter, vel eminenter, quam infiniti rationem patet esse propriam solius Dei, & infinitum secundum essentiam, seu in essentia secundum quid, & in ratione infiniti præcise, cuiusmodi esset creatura, quæ habet re infinitam aliquam, non tamen omnes omnino perfectionem essentialem, si daretur.

Infinitum secundum extensionem dicitur, quod est infinite extensum. Et hoc subdividitur in infinitum secundum extensionem continuam, seu magnitudinem, ut esset linea infinita si daretur, & infinitum secundum extensionem discretam, seu multitudinem; ut essent infiniti homines si darentur. Sumitur autem hic etiam in extensio latè, ut abstrahit ab extensione formali, & virtuali. Infinitum secundum intentionem dicitur quod est infinite intentum, seu habet gradus intentionis, ad eum verbergratia, modum, quo dividi communiter solent, infinitos.

204. Infinitum autem potentia, quod dicitur etiam infinitum syncategorematicum est illud, cuius partes actu simul existentes in aliqua differentia temporis nunquam possunt esse in finitè, sed tantum finitè in infinitum, hoc est finitè quidem semper, sed nunquam tot, quin plures esse possunt. Et hoc subdividitur in permanentes, & successivum. Infinitum potentia permanentis dicitur quod potest habere partes permanentes finitas in infinitum, & subdividitur in infinitum potentia divisione, & adiectione. Infinitum potentia divisione dicitur quælibet magnitudo quatenus dividi potest finitè in infinitum. Infinitum potentia adiectione dicitur, cui finitè in infinitum partes adijci possunt, ut magnitudo, cui finitè in infinitum partes, & numerus cui finitè in infinitum unitates adijci possunt. Infinitum potentia successivum dicitur, quod potest habere partes successivas finitas in infinitum, ut motus successivus, & tempus, si ab æterno fuissent, vel in æternum durarent. Illud hic sciendum non videtur, in finitum potentia non dici, infinitum potentia, quia possit aliquando esse totum actu, sed quia aliquid semper illius remanet, quod est in potentia. Quare non est in potentia perfecta, quæ tota reduci possit ad actum, sed imperfecta, quæ nunquam tota ad actum reduci potest.

Atque infinitum quidem in potètia

permanens, tum divisione, tum adiectione datur in natura non tamen reducibile ad actum, eo modo, quo infinitum potentia reduci potest ad actum, ab ipsa natura, aut potentia naturali. Daretur etiam in natura multiplex infinitum potentia successivum, & quidem reducibile ad actum, eo modo, quo infinitum potentia successivum reduci potest ad actum; ab ipsa natura, si mundus duraturus esset in æternum: sicut datur in animalibus rationalibus respectu actuum, quos successivè exercebunt, & dabitur etiam in corporibus humanis post resurrectionem a morte, respectu itidem actuum, quos successivè exercebunt. Datur etiam in natura de facto infinitum in actu, non simpliciter sic dictum, sed secundum quid, seu cum addito, nempe infiniti in actu in quibusdam formalitatibus, seu rationibus formalibus obiectivis formaliter, seu virtualiter, tantum inter se distinctis, sed his exceptis, non est probabile vllum aliud in natura dari, aut etiam in posse dari infinitum in actu, licet nulla appareat evidens ratio naturalis, qua id demonstraretur.

206. Quæstionis verò est multorum iudicio non facilis, an doctrina Aristotelis de infinito cohæreat cum alijs eiusdem principijs. Exempli gratia, an cohæreat, & esse vlla suorum contradictione dictorum a finitè dari infinitum actu, & infinitum non posse pertransiri, & tamen Mundum fuisse ab æterno, & animas rationales esse immortales, &c. cui quæstioni respondendum est affirmativo.

207. Maior difficultas est, an, & quomodo Deus cognoscat infinitum actu non in se, seu, quod sit ipsemet, non enim dubium est, quin Deus cognoscat se ipsum actu in finitè, sed extra se, seu quod non sit ipsemet, respondendum vero est, Deum cognoscere infinita actu extra se, non quidem actu, seu simul existentia à parte rei (exceptis tantum infinitis actu secundum quid, seu cum addito, hoc est in rationibus formalibus, de quibus supra) sed existentia actu, seu simul obiectivè in intellectu divino, & huiusmodi esse non solum possibile, sed etiam in futura per totam æternitatem. Quæ omnia Deus ita cognoscit, ut non solum intelligat infinitum formaliter, hoc est ipsam rationem, seu quidditatem infiniti quam & nos intelligimus: sed etiam infinitum materialiter, hoc est ipsum substratum, quod dicitur infinitum: & quidem non confusè, hoc est non cognoscendo distinctè singulas partes, sed omnes simul per modum unius, quæ ratione nos etiam intelligimus, sed distinctè &

hoc eſt cognoscendo omnes, & ſingulas partes per ſenſon ſucceſſiue, ſed ſimul, quo pacto nos intelligere naturaliter non poſſumus.

208 Difficilior ad huc controuerſia videtur, an per abſolutam Dei potentiam fieri poſſit infinitum actu ſimpliciter ſic dictum, reſpondendum vero eſt fieri poſſe etiam infinities infinita inter ſe diuerſa ſiue in magnitudine, ſiue in qualitate, ſiue in qualibet alia ratione non inuolvente independentiam Dei propriam.

LOCVS, ET VACVVM.

Cap. VIII.



209 **L**OCI nomen analogum eſt. aliquando enim ſumitur metaphorice, vt cum materia dicitur locus formæ, aliquando proprie, & hic diuiditur in locum circ-

ſcriptum, ſecundum quem vna pars formalis loci reſpondet vni parti formalis locati, alia alijs, qui locus proprius eſt corporum, rerumque quantarum, & locum definitiuum, ſecundum quem aliquid dicitur eſſe hic, & non alibi, qui locus proprius eſt aliorum omnium, quæ ſunt in loco, & non circūſcriptiue, vt infra magis explicabitur. Locus circūſcriptiuus alius eſt artificialis, & hic eſt idem, quod vaſ, alius naturalis, & hic non eſt materia, nec forma, nec interuallū illud contentum intra latera ſuperficie corporis continentis, ſiue per illud interuallum intelligatur quantitas, ſiue ſubſtantia, ſiue vacuum: nec eſt poſitio, ſeu præſentia localis, ſeu vbi intrinſecum: ſed eſt vt ab Ariſtot. definitur

4. Phyſ. t. 4. i. terminus primus immobilis corporis continentis, hoc eſt ſuperficies prima, & immobilis corporis continentis. Quare locus phyſicus, ſeu circūſcriptiuus, formaliter, ſeu eſſentialiter ſumptus, ſi quidem ſit phyſicus, ſeu naturalis late dicitur, vt ſolum diſtinguitur ab artificiali includit tria, vide licet ſuperficiem, concauitatem, ſeu aptitudinem ad continentem (actualis enim contentia non eſt de eſſentia vilius loci) & immobilitatem: ſi verò ſit phyſicus, ſeu naturalis præſe, hoc eſt naturaliter locato debitus,

includit etiam aptitudinem ad conſeruandū aliquo modo locatum. Corpus denique, cui hæc inſunt eſt materiale loci, & connotatum.

210 Idem locus phyſicus, ſeu circūſcriptiuus ſiue ſit phyſicus, ſeu naturalis præſe, ſiue late prout cum diuerſis, quibuscumque partim conuenit, partim non conuenit comparatur ita diuerſa genera, diuerſaſque diſſertias fortitur, & quidem ita vt quod vna ratione eſt genus loci, ſub alia ſit diſſertia, & e conſtratio. non alia tamen ratione loci phyſicus, ſeu naturalis dicitur ab Ariſtot. immobilis, niſi vt diſtinguatur à loco artificiali, ſeu vaſe, ſeu quia non eſt mobilis ad modum vaſis, quod ita inſtitutum eſt, vt huc illuc transferri poſſit: & ſi moueatur ad modum vaſis, iam non habet rationem loci naturalis, ſed vaſis.

211 A loco phyſico definito valde diſſert alius, quem ad maiorem à phyſico diſtinctionem, & quia ad Metaphyſicum per ſe ſpectat de illo agere. appellare poſſumus metaphyſicum, vel nomine magis vſitato, definitiuum, de quo ſupra diximus, qui licet communiter tribuatur ſubſtantijs ſpiritalibus creatis, tribui tamen poteſt, & debet rebus omnibus, ſiue ſpiritalibus, ſiue corporaliſibus, quatenus conſiſtunt in Deo iuxta illud Act. 17. in ipſo enim viuimus, mouemur, & ſumus: & præterea rebus tum ſpiritalibus, quatenus continentur in alijs, vel ſpiritalibus creatis, vt minor Angelus in maiore, vel corporaliſibus, vt Angelus in ære: tū corporaliſibus quatenus continentur in alijs ſpiritalibus creatis, vt lapis in Angelo. Atque hic locus metaphyſicus, ſeu definitiuus non tam ſumitur pro termino, ſive formali, ſiue virtuali ambiente, & continente, quàm pro ſpatio, ſeu interuallo reali poſitio ſiue formaliter, ſiue realiter extenſo in quo ita dicitur eſſe, quod definitiuè locatur, vt non ſit alibi.

212 Loci phyſici diſſertentia ab Ariſt. 3. Phyſ. t. 3. 4. & alibi ſex numerantur, ſurſum de orſum, ante retro, dextrum ſiniſtrum ſed duæ tantum primæ ſunt diſſertiaſque loci phyſici in communi, alix quatuor ſunt tantum reſpectu animalis, in quibus ſolis proprie dantur ante, retro, dextrum ſiniſtrum, nec ſurſum, & deorſum ſunt diſſertiaſque eſſentiales loci naturalis, niſi ſumantur materialiter, ſeu pro fundamentis relationum ſurſum, & deorſum, hoc eſt pro corporibus, vel etiam ſuperficiſibus, non formaliter, ſed materialiter ſumptis ſurſum, & deor-

I
Toci de
ſinit.

Loci diſ
ſertio
proprie
eſt.

furn

sum continentibus, & quidem specie diuersis, & locus naturalis sumatur item materialiter pro huiusmodi fundamento, seu corpore, vel etiam superficie; formaliter enim omnis locus naturalis est eiusdem speciei infima: Inter proprietates verò loci physici, quæ multæ sunt, rectè ponitur etiam esse æquale locaro, non tamen quomodocumque, sed secundum superficiem etiam accepto. An autem per abolitionem Dei potentia possit idem corpus esse in pluribus locis, disputandum sibi Theologi in materia de Eucharistia vtrò deprecantur, quibus haud inuiti concedimus.

213 Ad maiorem loci intelligentiã agendum est Physico etiam de Vacuo; quamquã nec vacuum ipsum ita vacuum est, vt non multa in se ipsum per se scitu digna contineat. Multipliciter autem accipitur vacuum; primo pro loco, qui plenus sit corpore pariter sensibili, quomodo dicitur arca vacua, quæ non continet nisi aerem; secundo pro loco, qui non continet eam, ad quæ continenda est ordinatus, etiam si alia contineat; qua ratione dicitur Ciuitas vacua, quando non cõtineat Cives; tertio pro loco priuato corpore, seu non continente actu corpus, quod tamen aptus est naturaliter continere, & deberet naturaliter continere; quarto pro spatio carente corpore, & quauis alia re creata, quam possit continere, tam est naturaliter non possit continere; quinto pro spatio in quo nihil sit, & quod nihil omnino sit.

Vacuum igitur primo, secundo, & quarto modo acceptum datur, quinto verò modo acceptum, nec datur, nec dari per vllam potentiam potest. tertio autem modo accepti quomodo ab Arist. Phys. tex 60. dicitur locus priuatus corpore, & formaliter dicitur rationem corporis contenti, connotatiuè verò locum aptum cõtinere huiusmodi corpus, nec datur in natura, nec dari naturaliter potest: imò ab illo tanquam hoste perniciosissimo sic abhorret natura, vt aliquando ad aditum illi præcludendum grauius lursum leuia deorsum. terantur, durissima frangantur, & alia sanè admirabilia efficiantur.

214 Principium autè actiuum, quo corpora ad vacuum impediendum mouentur, non est Cælum, nec intelligentia (primam excipio tanquam causam vniuersalem ad motus omnes concurrentem) nec forma ipsa corporum, quæ ad vacuum impediendum mouentur, nec duplex quod ab alijs assignatur, vnum in corpore, quod mouetur ad impediendum vacuum, alterum in corpore ad

quod mouetur, verbi gratia vnum in aqua ascendente per tubum ad implendum locum relictum ab aere, qui extrahitur, alterum in aere trahente: sed vnicum, videlicet illud, quod mouet primum corpus, in cuius locum aliud succedit.

215 Potest tamen per Dei potentiam dari intra mundum vacuum, quod naturaliter dari non posse diximus, sicut de facto datur extra mundum vacuum quato modo supra dicto acceptum. & in vacuo tum intra mundum si detur, tum extra mundum potest esse motus aliquis alterationis presse dicte, & augmentationis, & generationis etiam substantialis verbi gratia ignis; itemque alterationis lata dicte, seu intellectõnis, & uolitionis, & sensationis alicuius, tum internæ, tum externæ, non tamen omnino naturaliter loquendo. Eodem modo nõ potest in vacuo siue intra, siue extra mundum esse motus localis naturalis elementorum, nec mixtorum, quatenus mouentur motu elemetari predominantis: potest tamen esse motus localis violentus elementorum, & mixtorum, siue sit motus localis violentus tractionis, siue vectionis, siue pulsionis, siue vertiginis, modo mobile, si forte ab aliqua parte tãgat plenum, etiam si hoc sit ipsum mouens, non sit separandum à pleno: onæ causa est, vt non possit in vacuo naturaliter esse motus proiectionis, nisi per Dei potentiam separetur mobile à proieciente. Potest tamen in eodem vacuo naturaliter esse motus progressiuus animalium, si tota sint

in vacuo. nam si pedibus, exempli gratia, pavimentum tãgant, etiam si toto reliquo corpore sint in vacuo, progressi naturaliter non poterunt, quemadmodum nec partes corporis, vt manus à se inuicem diuellere, quas semel coniunxerint.



Tempus, & alię durationes.

Cap. IX.

Tempus
ex
sententia,
& defini-
tione.



Tempus, quod dari dubitandum non est, non est, vt Pythagorici tribuitur, sphaera celestis, nec vt Platonius motus sphaerae celestis nec vt alijs omnis motus: sed est vt recte ab Aristotele. 4.

Phys. 1. 10. 1. definitur numerus motus secundum prius, & posterius. Cum autem duplex sit numerus, alter, quo numeramus, & dicitur numerus numeratus, & abstractus per rationem à rebus, vt binarius, vel ternarius &c. abstracto ab eo, quod sit binarius, vel ternarius harum, vel illarum rerum: alter, qui numeratur, & dicitur numerus numeratus, & concretus rebus ipsis, à quibus nõ differt, vt sunt duo homines, tres lapides &c. tempus non intelligitur ab Arist. esse numerus numerans, sed numeratus. Nec ab eodem intelligitur idem tempus esse numerus numeratus motus cuiuscuque, sed celestis, & quidem diurni, quo spatio viginti quattuor horarum celestia corpora circa terram vertuntur spectati secundum prius, & posterius, quod cum tripliciter sumi possit, primo pro relatione prioritatis, & posterioritatis inzer partes, vel mutata esse motus, secundo pro partibus motus prioribus, & posterioribus, tertio pro minutis esse eiusdem motus prioribus, & posterioribus, non sumitur ab Arist. primo modo, sed vel secundo, ita vt sensus sit tempus esse numerum numeratum motus celestis, quem dixi secundum partes priores, & posteriores eiusdem motus, vel tertio ita vt sensus sit tempus esse numerum numeratum motus celestis, quem dixi secundum id, quod intercipitur inter prius, & posterius mutatum esse eiusdem motus: quia quum hæc tertia explicatio reipsa, recidit tandem in primam, quæ naturalior est.

217 Dupliciter autem sumi cum possit tempus vel essentialiter, vt tempus, vel accidentaliter, vt mensura est, Arist. in prædicta definitione non definit tempus essentialiter, seu, vt tempus est, se enim definitur du ratio motus successiui, intelligi in adæquate

sumpti iuxta prædicta de motu, sed accidentaliter, vt mensura est, non tamen quantumque. Diuiditur enim mensura in passiuam, & actiuam, & vtraque rursus in aptitudinalem, & actualem. Mensura passiuæ aptitudinalis est res, quæ apta est cognosci, & distingui per designationem in certas partes: actuales, quæ actu cognita, & distincta est per designationem in certas partes. Mensura vero actiuæ aptitudinalis est res, quæ apta est mensurare alia, actualis, quæ actu mensurat alia. Sicut autem mensura actiuæ actualis supponit actiuam aptitudinalem, ita actiuæ aptitudinalis aptitudine proxima, supponit passiuam actualem, & multo magis passiuam aptitudinalem. Aristoteles igitur cum definit tempus, vt mensura est, definit illud, vt mensura passiuæ est non solum aptitudinalis, sed etiam actualis.

Quare sicut quæuis alia mensura passiuæ actualis materialiter dicit rem realem, quæ est mensura, formaliter verò dicit illud esse cognitum, & distinctum per designationem in certas partes: ita etiam tempus sumptum, vt mensura passiuæ actualis est, materialiter dicit durationem motus, formaliter verò dicit illud esse cognitum, & distinctum per designationem in certas partes, quod tamen esse cognitum, & distinctum, non est ens ratiois, sed denominatio realis extrinseca sumpta à cognitione tali. & in hoc sensu recte dixit Arist. 4. Phys. 1. 13. 2. non posse tempus esse si non sit anima, hoc est intellectus nuncians, seu cognoscens, & distinguens illud per designationem in certas partes, cum alioqui tempus essentialiter sumptum esse possit, et si non sit anima.

218 Rursus cum tempus sumptum, vt mensura est modo explicato, aliud sit vniuersale, seu, quod est mensura vniuersalis, & vbi que, vbi que est ratio, cuiusmodi tempus dicitur esse vbi que) respectu motuum particularium, aliud particulare, seu quod est mensura particularis respectu aliquid, vel aliquorum motuum particularium, Arist. in prædicta definitione non definit, nisi tempus vniuersale, quod tamen comparatum ad motum, cuius est duratio, etiam ipsum est particulare: cur autem tempus vniuersale diuisum sit in annos, menses hebdomadas, dies, fundamentum est in varijs corporum celestium motibus: cur in horas nulla est ratio, nisi commoditas quadam partium non nimis longarum, nec nimis breuium.

219 Esse in tempore non est idem atque esse.

Tempus
diuisio.

Esse in
tempore.

esse.

esse tunc, quando est tempus ex Aristot. 4. Phys. t. 116. sed esse in tempore tanquam in numero, seu mensura. Dicitur autem ab Arist. esse in tempore, ut in mensura, seu mensurari à tempore primo ex t. 130. illud quod durat continetur, & exceditur à tempore, ita scilicet, ut detur aliqua differentia temporis, in qua illud non sit, & tempus sit secundò ex t. 117. illud quod patitur à tempore hoc est, dum durat, & coexistit tempori inueneratur, vel etiam corrumpitur, vel alio modo muratur. Vniuersaliter autem catenus aliquis dici potest mensurari à tempore, quatenus eius duratio intrinseca potest cognosci ex duratione extrinseca temporis. Vt autem motus tempore, ita etiam tempus motu mensurari potest ex Arist. 4. Phys. t. 112. Neque vero tempus essentialiter sumptum distinguitur à parte rei, sed formaliter, seu virtualiter tantum à motu: neque omne tempus essentialiter sumptum est eiusdem speciei, sed tot sunt tempora (specie diuersa, quot sunt motus successiuus speciei diuersi. Verum autem tempus sit species quantitatis, an ponatur in predicamento, quando, alio loco dicitur.

220 Sed quoniam dictum est tempus essentialiter esse durationem motus successiuus ut hoc melius intelligatur, explicandum est quid, & quomplex sit duratio, & quomodo tempus ab aeternitate, & quo differat. Duratio igitur intrinseca rei, quae durat (nam de hac sermo est) nihil aliud est, quam perseverantia in esse, quae maximè proprie dicitur de rebus actu existentibus, & quidem plus quam per instant, extenditur tamen etiam ad res praeteritas, futuras, & possibiles, & quidem etiam instantaneas, quarum vnaquaeque tandiu dici potest durare, quandiu habet esse praeteritum, vel futurum, vel possibile. Duratio tamen rerum existentium, siue permanentium, siue successiuarum, non differt à parte rei, sed tantum formaliter, seu virtualiter ab earumdem existentia.

221 Diuiditur autem duratio in permanentem, & successiuam. Duratio permanentis est quae tota simul existit, hoc est non habet partes, quarum aliae prius, aliae posterius adueniant. & sicut permanentia non distinguitur à parte rei, sed tantum formaliter, seu virtualiter à rebus, quae permanentia nec successio secundum positum quod dicit à rebus, quae succedunt. Successio tamen rei posita supra entitatem rei quae succedit addit negationem, quae cum est vna pars illius rei, nondum est, aut non amplius est alia. Dixi

rei positum, quia successio sicut & permanentia reperitur suo modo etiam in negationibus, & priuationibus. Ratio autem, cur aliqua forma successiuè acquiratur non est semper contrarium in subiecto existens, sed est quando etiam natura formae, quae acquiratur. Duratio permanens subdiuiditur in independentem, & dependentem. duratio permanens independens est propria rei habentis esse independentem, id est Dei, & dicitur aeternitas. duratio permanens dependens duplex est, alia enim est propria rerum creaturarum incorruptibilium, seu, ut multi loquuntur, ab intrinseco, seu naturaliter indefectibilium, hoc est talium, ut non possint destrui, & desinere naturaliter, sed tantum supernaturaliter per subtractionem concursus diuini conferantur, & haec est duratio Angelum, animarum nostrarum, materiae primae, & Caeli, si sit, ut putauit Aristot. incorruptibile, & dicitur aeternum sicut ea, quae vniuersi modi duratione durant, dicitur autem aeternitas alia est propria rerum corruptibilium permanentium, & à quibusdam dicitur aeternum imperfectum ab alijs instant permanentem.

222 Duratio successiuè subdiuiditur in continuam, & discretam. continua dicitur, quae componitur ex partibus successiuus copulatis termino communi: & haec est duratio propria motus successiuus: & temporis continui, quod absolute intelligitur nomine temporis discreti est, quae constat partibus non copulatis termino communi, sed terminatis termino proprio, & haec, ut communiter accipitur est duratio plurimum actuum inmanentium Angelum, aut animarum nostrarum sibi inticem in eadem potentia succedentium, & à multis dicitur tempus discretum, sicut duratio vniuersi quae huiusmodi operationis dicitur instantis temporis discreti. posset tamè haec ratio temporis discreti ad alias etiam durationes sibi succedentes extendi.

223 Ex his fere patet tum quid, & quomplex sit duratio, tum quomodo aeternitas aeternitas, & tempus inter se differant, addendo tamen adhuc est aeternitatem quadrupliciter sumi, primò latissimè pro duratione finita, sed tamen longissima, qualis est duratio ab initio ad finem mundi: secundò late pro duratione finita à parte ante, sed infinita à parte post, qualis est duratio Angelum, & Animarum nostrarum. Tertio paulò pressius pro duratione infinita tam à parte ante, quam à parte post, sed tamen dependente, qualis est duratio Angelum v.g. creati ab aeterno: Quarto proprie, & presse pro duratione infinita tam

3
Tempus
est mensura
suum.

5
Duratio.

6
Duratio
diuisio.

7
Aeternitas.

8
Aeternitas.

9
Aeternitas
multiplex
usque.

à parte ante, quâ à parte poſt, & omnino independentē, & hæc eſt, quæ eſt propria Dei, & breuiſſimè de finitur duratio independentis; à Boetio autē in lib. 5. de cōſolatione Philoſ. proſa 6. interminabilis vitæ tota ſimul, & perfectâ poſſeſſio. In qua definitione communiter, & merito recepta dicitur æternitas tota ſimul, vt intelligatur non habere ſucceſſionem, dicitur perfectâ poſſeſſio, vt ſignificetur independentia, & omnimoda indefectibilitas propria æternitatis præſe ſumptę, dicitur interminabilis, vt intelligatur nõ habere vllum terminum nec à parte ante, nec à parte poſt. additur vitæ, vt intelligatur æternitatem hic definitã non eſſe durationem cuiuſcuſque entis, ſed viuētis cuius eſt eſſe vita. Licet autē particula (interminabilis) videatur ſignificare negationem omnis termini, non ita tamen intelligenda eſt, vt æternitas eſſentialiter includat huiusmodi negationem, ſed vt ſit illud poſitiuum, quod à nobis per huiusmodi negationem explicatur.

224 Hinc patet rectè dici in æternitate nihil eſſe præteritum, nihil futurum, inimo nihil quod ſit tantum poſſibile, & non ſit actus: æternitatem eſſe totam ſimul: & omnia completi: & eſſe formaliter durationem ipſius Dei infinitam, & quidem in ratione totius tam à parte ante, quàm à parte poſt, & totam ſimul eſſe ſimplex independentem, non tamen eſſe meſuram eiuſdem Dei. Sed præter hanc æternitatem propriam Dei, duæ alie à multis Theologis diſtinguuntur æternitates participatæ, vna quæ idem eſt, quod æuum de qua ſupra, altera, quæ eſt duratio operationis permanentis, & dependentis, ex ſe tamen de potentia ordinaria interminabilis à parte poſt, cuiusmodi eſt duratio viſionis beatificæ, ſed hæc duratio non diſſert ab æuo niſi vt ſpecies à genere.



M V N D V S.

Cap. X.



225 Xpoſitis ſerè ijs, quæ ad corpus naturale in cõmuni pertinent, ad eiuſ ſpecies veniendũ eſt. ſed quædam prius de mundo in vniuerſũ attingenda. Multiplex autè præſertim apud Platonicos, & Patres diſtingui ſolet mundus: alius enim dicitur Archetypus vel intellectualis, & à quibusdam vltra mundanus, quõ eſt idea ipſa, quam habet Deus mundi, quem condidit: de quo eleganter Boetius lib. 3. de cōſolatione philoſophiæ metro. xi. Deum alloquens

—Tu cuncta ſuperno

Ducis ab exẽplo, pulchrũ pulcherrimus ipſe Mundũ mète gerens, ſimilijs ab imagine formã. alius Angelicus, aut ex trib. Angelorũ hierarchijs cõſtat: alius elementaris completũs quinq; ſimplicia corpora, hoc eſt quatuor elementa, & cælũ, qd ab Ariſt. pluribus locis elementum, Mundi ſappellatur: alius paruus, qui eſt ipſe homo, præcipuus à Grecis diſtus alius deniq; magnus, qui etiam abſolutè Mundus, & vniuerſitas, vel vniuerſum dicitur, & in libello de mundo ad Alexãdrũ cap. 2. definitur compages eſt cõlo, terrę, cõargumentata, atq; ex ijs naturis, quæ inter ea continentur: & aliter, ordo & digeſtio vniuerſorum, quæ à Deo, & per Deum aſſeruantur.

226 De oibus hijs mundis non eſt Phyſici agere: aliqua tñ de Mundo magno ſeu de rerum omnium creaturarũ vniuerſitate ab re non erit in medium aſſerre, anteqũ phyſicę eius partes proponantur. Magnus igitur mundus de factõ quidẽ vnus eſt, quidquid Democritus, & alij quidã innumerabilium mundorum aſſertores ſomniauerint, ſed non ita, vt nõ potuerit eſſe pluſquã vnũ, vt male ſibi Ariſt. perſuaſit: per abſolutam n. Dei potentiam potuiſſe, & poſſe plures dari mundos euidens eſt. Et licet Mundum de factõ vnũ eſſe ex ſolo lumine naturali euidenter demonſtrari non poſſit: ſi quis tamen eſſe plures aſſerret, temeritatis, etiam ſiſtendo in lumine naturali, notam non eſſugeret. Vnus autem eſt mundus vnitate ordinis, ſeu aggregationis ordinatæ, vt ex exerc. 2. vel Reſpublica: quoad corpora vtrũ, quæ continet,

est etiam vnus cum conuiguatione, cum admirabili quadam coherencia, seu coadhesionē, qua sit, vt nullum corpus ab omni alio se paratum consistere, immo nullum non vndi que cum alijs consistere, [vno excepto vltimo corpore secundum extremam superficiē] consistere naturaliter possit, quā tamen co[n]nexio nihil est à parte rei distinctum ab ipsis corporibus ita ab auctore nature conditis, & conseruatis, vt omnia simul semper conent quid vnū conuiguatione sine vlla vacul interpositione, idque ad ipsius mundi ornatum, & commodum.

227 Idem Mundus dicendus est absolute perfectus: & quidem quoad perfectionem essentialē, ita absolute perfectus est, vt magis perfecti nullo modo possit: quoad perfectionem vero accidentialem possit quidem absolute perfectus, non tamen ita, vt magis perfecti nō possit: atque ita comparatiuē ad seipsum accidentialem perfectionem possit dici nō esse accidentialem perfectus. Possit etiā Deus creare alios mundos, quo ad omnes substantias, & omnia accidentia essentialiter diuersos ab hoc mundo, & simpliciter illo perfectiores, quorum comparatione hic non esset dicendus perfectus.

228 Quamuis autem Aristot. quantum ex eius libris colligi potest, existimauerit Mundum ab aeterno fuisse, & in aeternum duraturum esse, probabile tamen est, eam non adeo habebat fuisse, vt non intellexerit, rationes à se allatas ad probandam hanc mundi aeternitatem, nō esse simpliciter demonstratiuas, esto sibi persuaserit aliquam ad hominē saltem coeludere. Tātūm vero abest, vt vlla, vel ab Aristotele, vel ab alio allata sit, aut asserri possit ratio demonstratiua pro mundi aeternitate, vt nulla sit quæ non facile solui possit, sicut nulla est quæ cum veritate non repugnet. Nec ab aeterno igitur mundus fuit secūdum vllam sui partem, sed totus de nouo à Deo conditus: nec duraturus est in aeternum secundum statum, quem de factō habet licet duraturus sit secundum aliquas sui partes. Et verō etiā lumine naturali, non solum probabiliter, sed etiam euidenter cognosci potest, Mundum nec ab aeterno huc vsque naturaliter durare potuisse, nec naturaliter durare posse in aeternum secundum statum, quem de factō habet, non potest tamen lumine naturali euidenter, sed ad summum probabiliter cognosci mundum saltem secundum aliquas sui partes non fuisse ab aeterno licet cui deuter cognosci possit secundum aliquas sui partes naturaliter duraturum in aeternum.

229 Per absolutam autem Dei potentiam potuit Mundus esse ab aeterno, quo ad omnes sui partes, non solum permanentes, seu corruptibiles, siue incorruptibiles, sed etiā successiuas quascūq; si particula (ab aeterno) sumatur, vt significat fuisse ante durationem à parte ante infinitam sumptam præcisē, vt in finitum, verbi gratia, ante infinitas diurnas circulationes. Non potuit tamen esse ab aeterno, quo ad res successiuas, vt successiuas, sed tantūm quo ad permanentes, si particula ab aeterno sumatur propriē, & pressē, vt significat non solum fuisse ante durationem à parte ante infinitam, sed etiam non habuisse ante se aliam durationem neque infinitam, neq; finitam etiam instantaneam: quamuis assignato secundum nostrum intelligendi modū instanti aeternitatis à parte ante, post illud immediate potuerit esse mundus etiam quo ad res successiuas, ut successiuas quascūmq;.

C O E L V M.

Cap. XI.

230 Vndi celsissima, & longe maxima pars ad Physicum pertinet cælum est, de cuius systematicitate, vel corruptibilitate substantiāli, soliditate, uel liquiditate quo ad partes, quæ nō sunt astra, & alijs multis, quæ ex his consequuntur, vel cum his necessariō connexa sunt, & hoc præsertim tempore multorum merito excitatur ingenia: dabit mihi benignus lector hanc veniam, ut ineam mihi adhuc suam iustis de causis referem. premere quædam in tēpe præstat, qui promere præsertim quibus dies ipsa, quo maiorem assert veritatis cōmendationē, eo minorē falsitatis suspensionē reliquit. Agit de cælo Arist. in libris, quos ab illo inscriptis, quorum tamen subiectum nō est, ut quidam uolunt cælum per se, elementa uero per accidens, hoc est in gratiam cæli, vel quia eorum cognitio ad cæli cognitionem conferat, vel quia sint materiā, in quam cælum agit: est vniuersum, seu mundus simpliciter sic dictus, hoc est aggregatum rerū omnium creaturarū: sed corpus simplex, seu quod idē est simpliciter

I
Librorū
de cælo
subiecto.

mobile, ad vbi, ſi tamen (mobile) ſumatur non formaliter, ſed radicaliter, & quidem vt complectitur tum cælum, tum quatuor vulgare elementa.

2
Cœli
ſubſtan-
tia in
Ar.

231 Eſt cælum ex Ariſtoteles ſententia abſtrahedo à veritate ſubſtantia ſimplex, ſeu non composita, ex materia, & forma ſubſtantiali, & quod hinc neceſſario conſequitur, ingenerabile, & incorruptibile ſubſtantialiter, nam corruptibilitate in aliquam accidentalem in cœlo ne Ariſtoteles quidē negavit, aut negare potuit: licet negaverit eam quæ eſt accidentium habentium cœterarium. Non ideo tamen non cohærenter loquuntur illi etiam qui cælum aiunt ex materia, & forma ſubſtantiali compositum, incorruptibile tamen naturaliter eſſe [ſive hoc ſecundum verum, ſive falſum ſit] vel quia illa ſit materia diverſæ ſpeciei à materia horum inferiorum, & illius vnus formæ ſubſtantialis, quam habet, capax: vel quia, licet ſit eiufdē ſpeciei, quam materia horum inferiorum, ta-leſta tamen habet diſpoſitiones debitas formæ, quam habet, vt à nullo agente naturali corrumpti poſſit, ſive hoc ex ipſa diſpoſitione illarum natura proueniat, quia contrario careant, & habeant ſemper cauſam, qua illibata conferuntur, ſive ex vi formæ quæ validior ſit in ſuis diſpoſitionibus conferuandis, quam quodlibet à gens naturale in iſſdē corrumptendis.

3
Cœleſt.
corper.
diuerſ.

232 Multa ſunt cœleſtia corpora, quæ ſpecie inter ſe differunt: nulla tamen eſt ſufficiens ratio id aſſerendi de omnibus præter tim aſeris, quæ etiam ante inuentum tubopſicilium longe plura quam mille viginti duo ab Aſtronomis olim numerata, eſſe deprehēſum erat: poſt inuentum autem tubopſicilii tot inſuper detecta ſunt, vt numerus à nobis iniri non poſſit, nec inter aſtra hic numero ſolares maculas, quas eiufdē tubopſicilij ſiſidio Chriſtophorus Scheinerus Soc. Jeſu mathematicus à ſe repertas, Appellis poſt tabulam latentis nominie, in lucem primus edidit. De ijs enim, & plerique alijs, quæ, vel eiufdē Scheineri, vel Galilæi, qui nuntio Sydereo mortaliū oculis, animoſque ad noua cœli ſpectacula primus erexit, vel ante hos Tychoſis, vel aliorum nō ita pridem nobis patefecit inuoluntaria iſſdem de cauſis, quas ſupra indicaui, conſtitutum mihi eſt nihil hic dicere.

4
Cælum
vni ani-
matum
poſſit
nō dif-
ferenti.

233 Illud duo nullam eſſe rationem aſſerendi cælum, aut aſtra eſſe animata, differentiæ autem poſitionum propriæ, an tantū per quādam analogiam, ſeu accommodatio-

nem cœlo conueniant, fatiſ intelligi non poteſt, niſi intelligatur quid ſint.

Duplex enim cum ſit poſitio, altera, quæ nihil aliud eſt, quam ordo locati ad locum, altera, quæ nihil aliud eſt, quam ordo partium eiufdē corporis inter ſe: de hac poſteriore hic ſermo eſt ſumpta tamen non pro ipſo ordine partium, ſed pro partibus ipſis inter ſe ordinatis, & ſic recte nō numerantur, ſex poſitionum diſſerentiæ ſurſum, deorſum, dextrā, ſiniſtrum, ante, retro. Quæ diſſerentiæ ex Ariſtoteles lib. de inceſſu animal. cap. 4 & 2. de cœlo tex. 8. deſumuntur ex tribus vitæ gradibus, quorū primas eſt vegetatiuus, a quo ſumitur ſurſum, & deorſum: ſurſum dicitur, unde viuens ſumit alimentum, quæ pars in animalibus iam in lucem editis eſt caput, in plantis ſunt radices, ac proinde ſurſum in plantis ſecundum hanc doctrinam eſt ubi ſunt radices: deorſum autem in parte oppoſita. Secundus eſt ſenſitiuus, a quo ſumuntur ante, & retro: Ante dicitur, vbi ſenſus plures ſunt, & magis vigent, quæ pars eſt ubi eſt facies: retro verò in parte oppoſita. Tertius eſt progreſſiuus, a quo ſumuntur dextrum, & ſiniſtrum: dextrum dicitur, vnde incipit motus progreſſiuus: ſiniſtrum in parte oppoſita.

234 Sic ſumptæ hæ poſitionum diſſerentiæ conueniunt propriè animalibus, & plantis, diuerſo tamen modo: animalibus enim motum progreſſiuum habentibus conueniunt omnes; motum verò progreſſiuum non habentibus non omnes, ſed tantū ſurſum, & deorſum, ante, & retro, non autem dextrum, & ſiniſtrum: plantis denique ſurſum, & deorſum tantū: in Cœlo aut nullæ propriæ, ſed tantū per quādam analogiam, & accommodationem, quam quæ ſurſum, & deorſum ſumantur ut ſolum importent relationem diſtantiæ à centro, & extremis mundi, etiam in cœlo propriè reperiantur. Non eodem tamen omnes modo prædictæ poſitionum diſſerentiæ cœlo accommodantur. Ariſtoteles enim dextrum cœli collocat in oriēte, ſiniſtrum in occidēte: & quia ante eiufdē cœli ponit in parte, ad quam immediate tendit motus ab oriēte, conſequenter ponit ſurſum in polo antarctico, deorſum in polo arctico: Aſtronomi verò citra æquatorem dextram cœli partem appellant occidentalem, ſiniſtram orientalem: contra Geographi item citra æquatorem dextram cœli partem vocant orientalem, ſiniſtram occidentalem, diuerſa tamen, quam Ariſtoteles ratione. Poetæ denique, partem cœli ſeptentrionalem dextram, Auſtra-

lem verò sinistram dicere consueverunt, & sua cuique est appellatio diuersa, sed bona ratio.

235. Moueantur celestia corpora ab intelligentijs, an ex se, incertum est, ex aucto-ritate tamen, & aliqua etiam non contemnenda ratione probabilius est moueri ab intelligentijs, non tamen necessarîo necessitate orta ex ipsarum intelligentiarum natura, ut Aristoteles existimat. Sed siue ab intelligentijs, siue ex se moueantur, principium passiuum huiusmodi motus, vel etiam actiuum si ex se moueatur dicendum est respectu huiusmodi motus verè, & propriè, natura, & motus ille naturalis. Sicut autem negandum non est quin possit corpus aliquod celeste solidum motu suo velocissimo corpus aliud elementare sibi immediatum modo non sit summe calidum per attritionem rarefacere, atque calcescere: ita nulla ratione admittendum est motum calestem per huiusmodi attritionem calorem ad hæc vsque inferiora propagare: Muto vero minus admittendum est solem in Eudoxi, & Galippi, aut etiam in Btolemy hypothesis posse immediatè per attritionem in corpore vilo elementari calore gignere.

236. Lucem celestia corpora, quæ nobis apparent participat omnia, nec dubitari potest, quin Sol propria luceat luce, Luna verò aliena, hoc est a sole communicata, loquendo de primaria Luna luce, quod idem certum est de Venere, & fati comperit unum videri et de Ioue. de alijs, vel planetis, quorum numerum quatuor nuper Iouiales comites, ut de solaribus interim maculis Sileam, perspicuè nobis auerunt, vel fixis stellis, conijcere idè possumus, affirmare non possumus.

Sed plura de luce infra, ubi de obiecto uisus. Hic tantum addiderim aliqua in astris præsertim errantibus lucis diuersitatè obseruari, nam Saturnus pallidus, Iupiter flauus, Mars, rubescens, & apparèt, non specificam tamen, sed accidentalem eam esse diuersitatè, ut loco citato intelligitur, ubi simul explicabitur, an vilius in celestibus operibus verus, & permanens calor sit admittendus.

237. Iam verò astra, & Sol præcipue Lumen in hæc inferiora propagant, vt per lumen etiam calorem gignant, non solum per radium reflexum, sed etiam per directum, quamuis, cæteris paribus, maiorem gignat calorem per radium reflexum, quam per directum, & eo maiorem, quo magis reflexus ad directum accedit, seu maiorem cum illo

angulum facit, maximum verò, ubi radius directus in seipsum reflectitur. An autem calor per radium reflexum productus sit tantum à sole, an etiam ab aliquo alio, intellegitur ex dicendis infra de reflexione. Illud interim hic monerim, rationem, cur maior apud nos calor sentiat Sole in Leonem ingresso, & exorta canicula, interdum etiam Sole in Virgine existente, cum nos obliquus spectat, quam cum in Cancro est, & nos directus aspicit, non esse, vt non nulli fingunt Astrologi, peculiarem aliquem influxum illorum syderum, seu connectionis illorum syderum cum sole, ad quam est, ubi non calor, ut apud nos, sed frigus in his inferioribus, & si vt quidem non per se, sed per accidens, intendatur: sed partim, quia ut Arist. Meteor. sum. 2. c. 2. loquitur ampliori tempore calefacit Sol adhuc prope existens partim, quia Sol ad nos accedens inuenit contrariam dispositionem frigoris, & magis, in montibus præcipue, niuium copiam: recedens autem quia huiusmodi contrariam dispositionem iam superauit, & niues etiam in montibus maxima saltem ex parte liquefacit, calorem inducendò vehementius calefacit, quis calorem calori addit.

238. Per calorem productum per lumen, vt diximus, cœurrunt astra, & Sol præcipue ad pleraque generationes, & corruptiones horum inferiorum, probabile tamen est, præter lumen, & calorem, alias etiam aliquas ab astris qualitates in specie immominatas, sed genere influentias appellatas, non medio lumine, sed immediatè, ad modum tamen luminis, in hæc inferiora propagari, quæ non nisi in subiecto apto peculiarem suam efficacitatem exerant. Sed, quamuis calorem in hæc inferiora prædictis modis agat, & consequenter rectè Aristoteles primo Meteororum sum. 1. c. 3. docuerit ex necessitate mundum hunc inferiorem superioribus latioribus, continui quodam modo, id est contiguum, esse, negandum tamen est, quod aliqui dixerunt; tantam esse horum inferiorum a cælo dependentiam, vt subtrahta cæli actione in ipsa, omnia illico à suis actionibus cessatura sint, & si fatèdum sit celesti omni sublatò in fluxu continuæ quoque, & vniuersalis generacionis, corruptionisque vicissitudinem, & ordinem, ac breui temporis spatio videntia omnia in his inferioribus sublatum iri. Reliqua de cælo, quæ in sphaera explicari solent, ex sphaera petantur.

5
cal. fluxu
epif. op.
motus
principi

7
Lumen

8
Calor

9
Calor
s' ad ras
inferio-
res, &
influxum

2
Calor
fluxu
motus
principi

E L E M E N T A

Cap. XII.



Elementum multipliciter ſumitur: aliquando ſare pro quacumque cauſa, & principio, ſive intrinſeco, ſive extrinſeco: aliquando preſſe pro ſolis principijs intrinſecis, quod in porticem Ariſtoteſ. interdum reſtringit ad principia intrinſeca, rerum naturalium in fieri ſeu tranſmutari, interdum etiam ſecundum aliquos ad ſolas cauſas intrinſecas, interdum denique ad ſolam materiam primam: ſed communiter pro quatuor vulgaris elementis igne, aere, aqua, & terra: atque ita etiam ab Ariſtotele multipliciter definitum eſt. Vnã enim definitio habetur 7. Metaphy. in fine in hunc modum: elementum autem eſt in quod exiſtitis diuiſitur, vt materiam; quæ deſinitio conuenit tantum elemento ſumpto pro principio intrinſeco per modum materiae componentis. Altera definitio habetur 3 de celo tex 30 his verbis: ſit itaque elementum illud corpus, in quod alia corpora diuiduntur, quæ in eſt potentia, aut actus hoc. n. vtro modo, ad huc ambiguum eſt. Iſſum autem eſt indiuiſibile in diuerſa ſpecie, quæ deſinitio conuenit tantum elemento ſumpto communiter pro quatuor vulgaris elementis. Tertia denique de ſingulis habetur 5. metaphy. ſ. tex. 4. Iſ alius verbis: elementum dicitur ex quo componitur primo in exiſtente indiuiſibili ſpecie in aliam ſpeciem, quæ deſinitio ſecundum ſe conuenit tantum elemento ſumpto pro principio intrinſeco componente primo, ſi tamen parsicula illa primo in exiſtente ita accipiat, vt elementum ſit id, ex quo primo non ſimpliciter, ſed in genere corpus, & ſive actu, ſive potentia tantum in exiſtente indiuiſibili ſpecie in aliam ſpeciem componitur à liquid, deſinitio conuenit etiam vulgaris elementis, de quibus hic agendum eſt.

240 Formæ eſſentiales, & conſtitutiue elementorum non ſunt ipſorum qualitates actiue, aut motiue, ſed formæ ſubſtantiales diſtinctæ ab omnibus ipſorum qualitatibus.

Elementi deſign.

Elementorum forma, & n.

Sunt autem hæc elementa quatuor, ignis, aer, aqua, terra. Quod dicendum eſſe peritiam in nullis ſupra totum aerem ignis poteretur. Sed vt admittendum non eſt dari ſupra totum aerem, ignem ſimilem igni noſtro, qui ad omnia accidentia: ita admittendum videtur dari ibi ignem ſimilem igni noſtro quo ad eſſentiam. An autem huiusmodi ignis à parte ſuperiori terminetur concauo orbis Luna eius, nec ne, decidi non poteſt quin artingatur. Quæſtiones de cæli ſyſtemate, ſoliditate, & incommutabilitate, quas capite ſuperiori attigimus, non duximus.

241 Inter elementa præpè terria multum eſt omnino purum, ſeu nihil omnino à naturali ſuarum qualitarum ſtatu immutatum: immò in aere, & aqua, probabile eſt nullam dari partem omnino puram, ſcilicet ad longum tempus in igne autem ſupra aerem, & terra in multis dari partes omnino puras. Quæ de magnitudine, & figura elementorum dici poſſent, partim ab iſſidem quas dixi quaſtioniſibus pendens, partim ad mathematicos pertinet. Illud omittendum non eſt, nec Ariſtoteſi, nec veritati congruum eſſe, quod quidam dixerunt, & numerumque elementum in ſeruis à ſuperiori excædi quo ad magnitudinem in decupla proportionem: illud, elementa ex ſua natura non poſſulare certam, & determinatam figuram, ſed poſſe per accidens multis modis figurari.

242 Quæuis autem non repugnet ſeſe motu, & lumine cæli generari nouas partes ignis, repugnat tamen partes aliorum trium elementorum, quæ de nouo generantur, & multo magis integrum elementum generari à cælo tantum per motum, & immobilitatem, vel etiam lumen. Quare cauſa effectiua quatuor elementorum non poteſt illo modo eſſe cælum, ſed eſt Deus qui ea ſimul cum cælo in mundi primordio condidit.

Partes autem elementorum, quæ de nouo generantur, partim à cælo, partim ab ipſis elementis, aut uirtutes actiue elementorum participantibus generantur.

243 Vt quatuor ſunt elementa, ita quatuor ſunt eorum qualitates, quæ primæ dicuntur, calor, frigus, humiditas, ſecitas, itaque, non ſolum calor, & humiditas, ſed etiam frigus, & ſecitas, ſunt quid poſitiuum: nec ſolus calor, & frigus, ſed etiam humiditas, & ſecitas, ſunt qualitates actiue, quæuis illæ magis in minus. Recte niſiſominus illas actiueas has paſſiueas appellat Ariſtoteſes, docetque illis conſtitui elementa in eſſe non ſubſtantiali, ſed tranſmutabili accidentaliter.

3 Foris puritas

4 Foris puritas

5 prima qualitas

seu alterabili. Rectè et idè Arist. 2. de Genet. t. 8. easdè quatuor qualitates in concreto per secundarias, & aequiuocos earum effectus, effi alijs verbis, definit ut calidus sit, quod cogregat homogenea: frigidus, quod congregat similiter, & homogenea, & heterogenea, intelligendo tamen per homogenea, & heterogenea non solum ea quae sunt eiusdè, & ea, quae sunt diuersae naturae specificae, sed et ea, quae sunt eiusdè, & ea, quae sunt diuersae grauitatis, vel leuitatis, concoctionis, vel incoecoctionis, liquabilitatis, uel illiquabilitatis, &c. humidus, quod est difficile terminabile termino proprio, facile aut terminabile termino alieno: siccus, quod est facile terminabile termino proprio, difficile autem terminabile termino alieno.

244 Sic autem haec qualitates elementis conueniunt, ut ignis sit calidus, & siccus, aer calidus & humidus, aqua frigida, & humida, terra frigida, & siccata: quia ignis quod est natura sua postulet utraq, primam qualitatem intensam in summo, aer utraq, remissam, aqua frigiditatem quod est remissam, humiditatem autem intentam in summo, terra denique utraq, intensam in summo. Si quis tamen ex duabus qualitatibus primis unicuique elementis conuenientibus unam tamen assignare, uelit unicuique ex hac suppositione maximè propria, rectè cum Arist. 2. de Genet. t. 23. dicit terram esse sicci magis, quam frigidam, aquam frigidam magis, quam humidam, aerem humidum magis, quam calidum, ignem calidum magis, quam sicci. Qualitates remissae in elementis, & alijs quibuscumque motibus contrariis, non sunt remissae nisi ex admixtione contrarij: nec qualitates symbolicae in ipsè elementis sunt diuersae, sed eiusdè speciei dantur autem qualitates symbolicae illarum, in quibus duo elementa inter se conueniunt, ut sunt frigiditas aquae, & frigiditas terrae, &c. sicut dissimilium dicitur illarum, in quibus duo elementa non conueniunt, ut sunt humiditas aquae, & siccitas ignis, &c. a quibus qualitatibus. Et elementa ipsa appellantur symbolica, & dissimilium, symbolica, symbolica, quae dissimilium qualitates habent.

245 Potest autem quodlibet elementum secundum aliquam sui partem in quodlibet immediate transmutari: rectè tamen docet Arist. 2. de Genet. t. 25. & 26. velociorem, & faciliorem esse transmutationem elementis symbolici in symbolici, quam dissimilium in dissimilium, nec minus rectè rex. 27. addit ex duobus elementis dissimilium immediate inter se agentibus posse generari tertium ab utroque distinctum, & utrique symbolicum.

246 Qualitates motuum eorundè elementorum, & aliorum quoriscumque, conueniunt, hoc est grauitatem, & leuitatem tamen simpliciter, quae secundum quod, quos dari non est ambigendum, rectè defi-

nit Arist. item in concreto. Ac primum graue, & leue abstractendo a simpliciter, & secundum quod, definitur in ordine ad motum, cuius sunt principia, 1. de caelo. t. 1. ubi ait, graue esse, quod appetitum naturae est ferri ad medium, 1. uelus centrum: leue autem, quod est ad medium, graue autem, & leue simpliciter definitur in ordine ad quietem, seu hinc motum 4. de caelo. t. 26. ubi ait graue simpliciter esse, quod est oib. substat: leue simpliciter quod oib. supereminet. In qua tamen definitione particula sicut peminet restituta est ad ea, quae mouentur motu recto, spectata postquam per motum adepta sunt locum suum naturalem. Graue denique, & leue secundum quod definitur ab Arist. 4. de caelo. t. 27. esse, quae aliquibus substat, & aliquibus, ut pereminet. in qua definitione particula (substant, & supereminet) restituta est sunt eorundè motus, quo in superiori definitione diximus restituta esse particula (supereminet.) Aliiter est definitum potest graue secundum quod, appetitum est ferri ad medium secundum quod: leue secundum quod, quod ad medium secundum quod. Atque ex his quatuor graue quidè simpliciter terrae leue, simpliciter igni graue secundum quod, aqua, & leue secundum quod aeri conuenit, graue tamen simpliciter simpliciter formaliter ad graue secundum quod, super formaliter non differt ipse, sed tamen secundum quod, magis, & minus. Neque qualitates motuum solae formam substantialem, neque solas qualitates actiua, neque solam densitatem, & raritatem, sed haec omnia simul sequuntur.

247 Grauius, & leuius, cum ad sua loca naturaliter feruntur non mouentur a caelo, aut a loco naturali, ut ferrum a magnete, aut a medio, per quod transeunt, per se loquendo; sed à propria forma substantiali, ut ab agente principali, à qualitate uero motiua, ut ab eius instrumento: remoue tamen dicitur moueri à generante, à remouente autem prohibens non nisi per accidens. Motus eorundè grauium, & leuium naturalis uelocior est in fine, quam in medio, & in hoc quae in initio uniformiter difformiter, cuius rei causa referenda est in medium magis, ac magis semper à mobili incitatum: in eam partem, in qua mobile fertur, ac proinde minus, ac minus se impetum impediens, & retardans impetum mobilis: quod, ut per medium minus incitatum in eam partem in qua ipsum fertur, tardior, ita per medium magis incitatum in eandem partem uelociorem per suam grauitatem, aut leuitatem efficit motum: nec tamen negandum est aliquid etiam ad eandem uelocitatem conferre tunc rarefactione medi, uerbi gratia aeris an tecedente mobile, tum impetu subssequenti. Contra uero motus uiolentus uelocior

8
Grauius
& leuius
motus.

6
Elementorum
motus.

7
Qualitates
motus.

est, non quidem in ipſo ſtatim initio, ſed prope initium, quia in ipſo ſtatim initio medium magis reſiſtit virtuti mobili imprefſæ, paulo poſt magis cedit, ſed in progreſſu virtus illa minuitur, & tandem deficit.

Motus denique progreſſiuus animalium velocior eſt potius circa medium, quia inſtrumenta motus progreſſiuſi circa medium magis diſpoſita ſunt, quàm, aut in principio, ſpiritus non dum ſatis excitatis, aut in fine, iam reſolutis.

248 Nullum tamen elementum in proprio loco gravitat, aut leuitat.

Nec cauſa immediata, & proxima motus proicctorum eſt ſolum medium, nec virtus imprefſa per modum actus primi, ſeu potentia productiuus motus, ſed eſt primò ipſum proiciens quatenus imprimit proiecto motum, qui proinde non male dici poteſt virtus imprefſa: deinde vero motus ipſe proiecto imprefſus, quateus concurrit ad producendum ſucceſſiuè motum ſequentem, conferente tamen aliquid etiam medio.

Atque vt inter motum directum, & reflexum, quorum vterque fit naturalis, per ſe loquendo, intercedit quies: ita inter motum directum, & reflexum, quorum vterque fit merè violentus, non intercedit quies, ſaltem totius mobilis: nec item inter motum directum naturalem, vel etiam partim naturalem, partim violentum, cuiusmodi eſſet motus pilæ deorſum violenter proiectæ, & reflexum, inter motum autem directum violentum, & reflexum naturalem intercedit quies. inter motum denique directum violentum, & reflexum partim naturalem, partim violentum non intercedit quies.

249 Motus autem localis, cuius iam ſæpe meminimus, vt abſtrahit à naturali, & violento, qui non niſi accidentaliter differunt, adæquate ſumptus dicit eſſentialiter ſubiectum, & duos terminos à quo, & ad quem intrinſecos, & per ſe oppoſitos: in adæquate autem ſumptus, quomodo dicitur ſolum id, quod intrinſecè acquiritur in mobili, dum mouetur, hoc eſt ſolum terminum, ad quem intrinſecum, vt proportionally diximus ſupra de quolibet motu, & mutatione, non eſt ſucceſſiua coeſiſtencia mobilis cum partibus loci, aut ſpatij, per quod fit latio, nec ſucceſſiua præſentia mobilis cum partibus loci aut ſpatij, quam ſucceſſiuam præſentiam appellant quidam, vbi intrinſecum ſucceſſiuum, & volunt, licet male, eſſe modum à parte rei diſtinctum à mobili ſucceſſiuum, dum mobile mouetur, permanen-

tem verò finito motu, ita vt per eundem motum, ut ſucceſſiuum formaliter conſtituatur mobile in tali, vel tali loco, [vel ſpatio ſucceſſiuè, vt permanentem verò in tali, vel tali loco, vel ſpatio permanentem.

250 Tametiſi enim datur ſucceſſiua coeſiſtencia, & ſucceſſiua præſentia mobilis cū partibus loci, vel ſpatij, ſiquæ ſecundum id, quod dicit in mobili formaliter, ſeu virtualiter tantum à mobili diſtinguitur: tamen id, quod acquiritur in mobili dum localiter mouetur, ſeu terminus, ad quem intrinſecus Lationis nihil tale eſt, ſed eſt qualitas tranſlariua mobilis per locum, vel ſpatium, quæ qualitas producitur in tempore, ita, vt nouæ ſemper eius partes ſuccedant corruptis alijs, & in quibusdam non proiectis pendet ſemper ab actuali influxu potentia, non itè in proiectis, nec in ijs non proiectis, quæ etiam ſeparato motore mouentur per aliqd tempus: atque in compoſitis ex materia, & forma recipitur in materia, per quam in ſolidis, quoad continua eſt, propagatur: in non compoſitis autem, ut in Angelis, recipitur in tota ſubſtantia, & uniuerſaliter recipitur in ſubiecto, quod per ſe primo mouetur,

tur,
non autem in eo, quod mouetur tantum ad motum alterius, cui coniungitur, ſiue ſubiectum, ſit corporale, in quo eſt corporalis,
ſiue ſpirituale, in quo eſt ſpiritalis.



Creatio, & Annihilatio, Generationis, & Corruptio, Inceptio, & Desinitio re-

YM.

Cap. XIII.

DE creatione, & annihilatione idcirco hic agere visum est, ut quæ de generatione, & corruptione dicenda sunt, melius intelligantur. Recte autem creatio desinitur productio

ex nihilo, hoc est ex non subiecto, seu independenti a subiecto. quæ est differentia, per quam distinguitur creatio à quacumque alia productione, hoc est à quacumque generatione, siue substantiali siue accidentali. Quare particula [ex nihilo] non significat habitudinem termini, à quo negatiui, hoc est negationem rei, quæ producitur, antecedentem prius tempore, aut etiam natura rem, quæ producitur, quæ negatio in creatione quæ fit in tempore adest, non requiritur tamen ad creationem in communi: sed significat tantum negationem dependentiæ à subiecto. Creatio tamen unius rei à conseruatione eiusdem non distinguitur à parte rei, sed tantum formaliter, seu virtualiter. Et recte conseruatio rei creatæ, seu quæ per creationem accepit esse dicitur, esse continuata quadam, seu perseverans creatio: sicut conseruatio in communi, ut abstrahit ab eo, quod fit rei creatæ, vel genitæ, & a cæ efficiente, vel alia quacumque, recte dicitur esse continuata quadam, seu perseverans productio à causa. dixi à causa, quia continuata, seu perseverans productio, quæ non fit à causa, ut in diuinis, non dicitur conseruatio.

252 Neque conseruatio in communi à productione, quæ est à causa, distinguitur à parte rei, sed tantum formaliter, seu virtualiter. Eadem enim realiter productio, ut præcise est dependentia in esse à causa, & productio à causa: ut est perseverans dependentia in eodem esse semel accepto à causa, est con-

seruatio: siue ab eadem causa sit conseruatio, a qua est productio, siue ab alia, ut inter dum esse potest, & etiam naturaliter in multis est. Quare conseruatio rei supra productionem eiusdem rei addit tantum rem illam etiam prius fuisse sine interruptione. Itaque conseruatio in communi desinitur etiam potest dependentia in esse, quod etiam prius fuerit sine interruptione, in qua definitione particula [prius] ita accipienda est, ut si quidem sermo sit de conseruatione presens sumpta, ut dicitur tantum de ijs, quæ durant per aliquod tempus, restringatur ad prius tempore, aut instanti temporis: Si uero sermo sit de conseruatione latius sumpta, ut dicitur etiam de ijs, quæ durant tantum per instans temporis, extendatur etiam ad prius natura. Particula uero [siue interruptione] idcirco addita est, quia aliquid corruptum, quod nunc a Deo reproduceretur, non diceretur conseruari, sed reproduci, quamuis, si post reproductionem duraret in esse, diceretur conseruari.

253 Sed ut ad creationem reuertamur potest ea naturaliter cognosci, non solum, ut possibilis, sed etiam, ut quæ de facto data sit, & detur. Et quamuis Aristot. nunquam eam expresse, quod constat asseruerit: dici tamen potest eam aliquo modo, id est implicitè cognouisse, quatenus explicitè quædam asseruit, quæ eam necessariò inferunt.

254 Non solùm autem nulla creatura de facto quidquam creauit, aut habet potentiã quidquam creandi, licet ex sola ratione naturalium horum euidenter demonstrari possit: sed neque vlla dari potest creatura, quæ habeat potentiã quidquam creandi instrumentali, ut instrumentum connaturalis. An vero dari possit creatura, quæ habeat potentiã aliquid creandi instrumentaliter, ut instrumentum diuinum, seu supernaturalis. eleuat, pendet à questione de potentia obedientiali, quam Theologis relinquimus. At loquendo de potentia aliquid creandi principaliter, seu per modum agentis principalis dependentis à Deo, sicut nulla videtur esse ratio, quæ omnino cõiunct, posse per absolutam Dei potentiam dari creaturam, quæ huiusmodi potentiam habeat: ita nulla est, quæ coniuuct non possit dari. Et sicut spectata auctoritate dicendum potius videtur non posse dari: ita spectata sola ratione dicendum potius esse posse dari.

255 Creationi opponitur annihilatio, sicut enim creatio est productio à nihil, sicut enim dicitur est: ita annihilatio est redu-

3
Creat.
existen.

4
Creati
potenti.

5
Annihilatio.

1
Creat.
desinit.

2
Conser.
desinit.

Actio alicuius in nihilum. Quamobrem, sicut in creatione nihil omnino supponitur rei quae creatur, sed producitur tota eius entitas, independentem ab omni subiecto, quod non fit in generatione naturali, in qua semper supponitur materia rei, quae generatur, ita in annihilatione nihil omnino relinquitur rei, quae annihilatur, sed destruitur tota eius entitas, quod non fit in corruptione naturali, in qua semper relinquitur saltem materia rei, quae corrumpitur, nec item in desitione substantiae paus, & vini in sanctissima Eucharistia, non solum quia non destruantur accidentia physica huiusmodi substantiae, sed etiam quia substantia panis in corpus, & substantia vini in sanguinem Christi Domini transubstantiatur, ut explicat Theologi.

Aet creatio quidem est vera actio: annihilatio autem non est vera actio, sed cessatio ab actione, quae res in esse conservabatur.

Neque creatio tamen neque annihilatio est vera, & simpliciter dicta mutatio. De coactione autem, & coactione potentiae aliquid ad nihilandum eodem modo proportionaliter philosophandum est, quo de coactione, & coactione aliquid creandi supra philosophandum esse diximus. Atque ut multa Deum proprie creasse, & quotidie creare certum est: ita nulla unquam rem annihilasse probabile est.

256 A creatione, & annihilatione gradum iam faciamus ad generationem, & corruptionem, a quibus duos Aristoteles libros merito inscripsit, & si eorum subiectum principale proprie sit corpus generabile, & corruptibile, seu quod idem est, corpus quatenus mutabile secundum formam substantialem, adaequatum autem corpus quatenus mutabile tum secundum formam substantialem, tum secundum formam accidentialem, excepto motu locali.

257 Generationis substantialis quinque ex Aristotele definitiones colliguntur. Prima ex 2. Phys. tex. 14. Generatio est via ad naturam, intellige principia, id est ad formam substantialem. Secunda ex 5. Phys. t. 8. & 9. Generatio est mutatio ex subiecto in subiectum, intellige subiectum denominationis principaliter sic dictum, id est compositum substantialem, ut definitio, quae alioquin committit generationi accidentali conveniat tum substantiali Tertia ex 8. Phys. tex. 62. Generatio est mutatio a non ente ad ens, intellige substantialem ob eandem rationem. Quarta ex 1. de Gener. tex. 25. Generatio est mutatio totius in totum, nullo sensibili remanente, ut subiecto eodem, seu ut Aristoteles ipse loquitur, quod omni transmutetur non manente aliquo sensibili, ut subiecto eodem, sed ut ex genitura tota sanguis, aut ex aqua aer, aut ex aere omni

aqua. Quinta ex eodem libro tex. 25. Generatio est mutatio ex potentia substantia in actu substantiam. Quarum omnium definitionum celeberrima est quarta, in qua loco generis ponitur [mutatio], loco differentiae [totius in totum] reliqua adduntur tantum ad maiorem differentiae declarationem sensus autem est generationem substantialem esse mutationem totius physici simpliciter sic dicti, id est compositi substantialis, in totum physicum simpliciter sic dictum, id est in compositum substantialem, sicut in verbis, quae ad declarationem adduntur per subiectum intelligitur subiectum denominationis simpliciter sic dictum, quod in genera bilibus, & corruptibilibus substantialem est compositum substantialem.

258 Non dicitur tamen totum physicum simpliciter sic dictum, seu compositum substantialem mutari mutatione proprie sumpta, quae capite sexto explicavimus ratione totius, sed tamen ratione materiae, quae proprie mutatur: licet dicitur potest mutari ratione totius mutatione improprie sumpta pro desitione unius, quod destruitur, cuius loco succedit alterum, quod producitur. Quo posteriori modo mutationem simpliciter Aristoteles in allata definitione generationis substantialis, ut est per aliquid maxime notum explicat eum optime sumere potuisset et priori modo intelligendo generationem substantialem esse mutationem totius in totum, non ratione totius, sed ratione materiae tantum, ut diximus.

259 Post allatam generationis substantialis definitionem subdit Aristoteles licet sub obscure definitione corruptionis substantialis, quae docet esse corruptionem eius, cuius generatio iam desinita est generatio. Potest etiam ipsa definitio generationis accommodari definitioni corruptionis, addita tamen particula negativa, ita ut sicut generatio est mutatio totius in totum, ita corruptio sit mutatio totius in non totum intelligendo totum eodem modo, quo intelligendum diximus in definitione generationis. Ex eo autem, quod in generatione substantiali mutatur totum, seu compositum substantialem, quod destruitur in totum, seu compositum substantialem, quod producitur, colligendum non est in generatione ita produci totum, seu compositum substantialem, ut nulla illius pars praeserit, in corruptione vero, ita destrui totum, seu compositum substantialem, ut nulla eius pars remaneat: sed tantum in generatione produci, in corruptione vero destrui totum, quo ad rationem totius, quod fieri potest etiam si nulla pars quoad suam entitatem producat, aut destruat, sed tantum uniat, aut separetur.

6
Libr. de
Genera.
& Cor.
subiec.

7
Gener.
substan.
tialis.

8
Corrup.
substan.
tialis.

260 Neq; explicata generationis aut corruptionis definitio est essentialis, sed accidentalis neq; conuenit omni omnino generationi, & corruptioni substantiali, quæ fit, & esse per Dei potentiam potest sed tamen generationi, & corruptioni substantiali, quæ de facto in natura fit vi agentiu naturaliu. definiretur aut essentialiter generatio creata abstractendo à substantiali, & accidentali, si diceretur esse productio formæ in subiecto, aut certè vnitio eiusdem cum subiecto, vel quæ idè est, productio formæ in subiecto siue quo ad entitatè formæ, & vnitio eiusdè cum subiecto si simul, siue tamen quoad vnitioè eiusdè cum subiecto: Corruptio verò, si diceretur esse destructio formæ in subiecto, aut certè separatio eiusdè à subiecto, vel quæ idè est, destructio formæ in subiecto, siue quoad entitatè formæ, & vnitioè eiusdè cum subiecto simul, siue tamen quoad vnitioè eiusdè cum subiecto. Prout autè forma erit substantialis, vel accidentalis, ita generatio prædicta, & corruptio erit substantialis, vel accidentalis.

9
Resol.
19. ad
materiam
primam.

261 In corruptione substantiali non solum semper fit resolutio vsq; ad materiam primam, sed neq; fieri vnquam naturaliter potest, neq; immediate, neq; mediate, seu post multas corruptiones, quæ aliquæ sepe remaneat accidens idè numero in genito, quod fuerat in corrupto, vt impenetrabilitas, de qua suo loco, & si quæ est aliud huiusmodi cõ corporibus oibus. Vniuersaliter autè loquendo illa accidens remanet eadè numero in genito, & corrupto, quæ non pendet in conseruari à forma, quæ corruptitur, vel separatur, siue pendeat ab illa in fieri, siue non, & non repugnat formæ, quæ generatur, seu introducitur: illa verò non remanent, quæ vel pendet in conseruari à forma, quæ corruptitur, vel separatur, siue pendeat ab illa et in fieri, siue non, vel repugnat formæ, quæ generatur, seu introducitur.

10
Generatio
suo vnus
quæ corruptio
aliterius
est in conseruatio.

263 Propositio verò illa, generatio vnus est corruptio alterius, & è contrario, non est vera in sensu formali, siue intelligatur de generatione, & corruptione substantiali, & accidentali simul, siue de substantiali, & accidentali tamen: nec est vera in sensu identico de quacumq; generatione, & corruptione intelligatur: in sensu autè, quæ vocant concomitantia, hoc est ita intellecta, vt generatio habeat cõ comitatè adiuncta corruptionem, & è contrario, non est vera de oi generatione accidentali, licet vera sit de omni generatione eorū accidentium contrariorum, quorū alterum necessario debet inesse subiecto. Eadem propositio in eodem sensu concomitantia non

est vera de omni generatione, & corruptione substantiali, quæ de facto fuit, & esse per Dei potentiam potest: nec est vera immediate de oi generatione, & corruptione substantiali, quæ de facto in natura fit, nisi generatio sumatur, prout abstractit à productione entitatis, & formalitatis formæ, hoc est eius idem formalis, per quæ forma constituitur vltimo informans specificans, & denominans, & corruptio prout abstractit à destructione, seu separatione entitatis, & formalitatis formæ ita explicata: in eodè tamen sensu concomitantia vera est de oi generatione, & corruptione substantiali, quæ de facto in natura fit, sumpta generatione pro productione, & corruptione pro destructione, vel separatione formæ, quo ad suam entitatè, vera, inquam, est vel immediate, vel immediate, seu quæ idè est, vera est de oi generatione, & corruptione substantiali, quæ de facto in natura fit, cõpletè sumpta atque hic est proprius sensus illius propositionis ab Aristotele intentus.

11
Generatio
corruptionis
substantialis
terminus.

263 Vt autè terminus generationis substantialis: quæ de facto in natura fit, de qua hic præcipue agitur, & cõsequenter et corruptio nis substantialis: terminus rectè assignetur, distinguendū est. Si. n. loquamur de generationibus reu, quæ cõstāt ex materia, & forma corruptibili siue vna, siue multiplici, terminus generationis minus principalis, & inadæquatus, seu partialis, & præcisus est forma, vt producibilis secundū se, tū, vt vniuersalis materia, terminus verò principalis, & adæquatus, seu totalis, & denominationis est cõpositum si aut loquamur de generationibus rerum, quæ cõstāt ex materia, & forma incorruptibili, hoc est de generationibus hominum, terminus generationis minus principalis, & inadæquatus, seu partialis, & præcisus non est forma vt producibilis secundum se, sed tantū, vt vniuersalis materia: terminus verò principalis, & adæquatus, seu totalis, & denominationis est item cõpositum.

264 Cū itaq; duplex in hominis generatio nec actio interueniat, vna hois generat, qui per semen, vt instrumētū materiam organizat, & disponit; altera Dei qui, vt causa particularis, statim atq; materia organizata, & disposita est, animam in ea creat: & si vt causa vniuersalis concurrat etiam ad effectum omnè hois generationis: sicut actio Dei terminatur ad animam non solum, vt producibilem secundū se, sed et, vt vniuersalem materiam, dando illi non solum esse, sed et inesse materiam: ita actio hois generatè terminatur ad materiam organizatam, & dispositam, non solum, vt producibilem

bilem secundum se, sed etiam ut vnbilem animæ, dando illi non solum esse organizationis, & dispositionis, sed etiam subesse animæ: ut potentiam passivam suo actui, qd fieri non potest, quin actio hominis generatis attingat etiam animam, non quidem, ut producibilem secundum se, sed ut vnbilem materiz, seu ut terminum, cui materia vnitur.

265 Ceterum vnio inter materiam, & formam quamcumque non distinguitur à parte rei ab extremis, sed realiter cum ipsis identificatur, nec aliud formaliter est quam id, quod ex materia, & forma fit vnum. eatenus autem ex materia, & forma fit vnum, quatenus ex materia sufficienter disposita, & forma illi sufficienter applicata, seu quod idem est, ex materia recipiente in se formam, & forma actuante se ipsa materiam coalescit compositum, quod idem formaliter est, ac vnitum, atque adeo vnum non per identitatem sed per materiam recipientem, & formam actuantem, ut diximus constitutum: & tunc dicitur compositum, & vnum per se eum ex materia, & forma substantiali, tunc per accidens cum ex materia, & forma accidentali constituitur. Idem proportionaliter dico de vnione inter partes alicuius totius non habentes se per modum materiz, & formæ, nec indigentes glutine, ut vniantur, nam etiam huiusmodi partes se ipsis non autem per vnionem a parte rei distinctam ab ipsis vniuntur, hoc ipso, quod habent sufficienter dispositionem suam ad continuationem, siue ad agglutinationem, siue ad aliam inter se coherentiam, seu connexionem, ratione cuius vnum componant, & sufficienter inter se approximationem. Ex quibus colligas nullum compositum distingui à parte rei à suis partibus componentibus simul sumptis, nec ab vlla ipsarum, nisi vt includens ab inclusis, nec ab omnibus inter se unitis, nisi vt consumum à distincto.

266 Ac licet approximatō partium ad vnionem, & consequenter ad cōpositum requisita explicari possit per indistantiam, nō est tamen formaliter indistantia, hoc est negatio distantiz, sed positiva relatio proximitatis [licet interdum fumatur etiam per actionem approximantem] que tunc tantum est realis simpliciter loquendo, cū extrema sunt distincta realiter. neq; aut approximatō, aut indistantia est de ratione formalis vllius vnionis, licet tam approximatō, quàm indistantia inter quælibet extrema vnita reperitur ita, vt in genere causæ velut materialis præ-

cedat vnionem tamquàm conditio quædam necessaria, approximatō quidem, vt conditio quædam necessaria positiva, indistantia autem negatiua, in genere tamē causa, velut formalis vnio tam approximationem, quam indistantiam præcedat.

267 Vnio autem, seu actio vnitiva materiz, & formæ, & consequenter effectus cōpositi illi agenti siue vni, siue multiplici tribuenda est, quod efficit, vt materia actu informetur à forma. hoc autem dupliciter fieri potest, vel per se, vel per accidens: & per se adhuc dupliciter, vel totaliter, vel partialiter. Illud per se totaliter totalitate causæ efficit, vt materia informetur à forma, quod se solo materiam aptam informari, & formam aptam informare in ipsa materia: per se producit, vt fecit Deus in mundi molitione: illud per se partialiter partialitate causæ, qd non producit materiam secundum se, sed per se disponit, & constituit sub forma actuante, siue deinde ipsam etiam formam secundum se in materia producat, vt faciunt agentia naturalia in generatione rerum constantium ex materia, & forma corruptibilis, siue non, vt homo in generatione hominis. Illud denique per accidens efficit, vt materia informetur à forma, quod neque materiam, neque formam per se producit, neque materiam ab alio productam per se disponit, sed tantum materiam iam dispositam, & formam ab alio productam per motum localem proximas, seu indistantes facit, vt facit dealbans parietem, qui per motum localem applicat tantum albedinem, seu substantiam illam albam parieti, atque ita dicitur facere album, non per se, physice loquendo, sed per accidens, hoc est, vt applicans actum potentiz: ad eum modum, quo ille, qui ignem domui iniecit, dicitur incendere domum, non per se physice loquendo, sed per accidens, vt applicans actiua passiuus. Atque ex his facie intellegitur, quid de vnitione, seu actione vnitiva aliarum partium, que non se habet per modum materiz, & formæ dicendum sit.

268 Sed vt ad alia, que ad generationem substantialem pertinent, progrediamur, de causa illius efficiente principali particulari, de qua sola iam potest esse questio, nam alie satis ex dictis patent, a liquid hic dicendum est: ac primùm illud asserendum, nec accidere virtute propria, & vt agentia principalia nec substantiam, seu formam substantialem rei generantis se sola immediate posse attingere productionem substantiz, seu formæ substantialis: nec ad productionem vllam

13
Vnio.

14
Genera
tionis
substan
tialis
efficientis.

substantiæ seu formæ substantialis, quæ de facto in natura fit, vna anima rationali excepta, requiri, vt forma substantialis, vel substantia vlla, vt causa efficiens particularis immediatè concurrat. Ad omnis enim formæ substantialis, quæ de potentia materiæ educitur, productionem sola accidentia immediatè, & proximè, posito concursu generali Dei, concurrunt, vt causa efficiens particularis, non quidem principalis, sed instrumentalis, seu quod idem est, vt virtus, & instrumentum substantiæ: forma autem substantialis, respectu cuius huiusmodi accidentia sunt causa accidentalis, & in cuius virtute dicuntur agere, concurrunt quidem ad eandem formæ substantialis productionem, vt causa illius efficiens particularis, & principalis, sed tantum mediatè, & remotè concurrunt.

269 Porro accidens agere in virtute substantiæ, seu vt virtutem substantiæ, non ita accipiendum est, quasi accidens à substantia recipiat aliquid sibi à parte rei super additū per quod constituat aptum producere substantiam, vel compleatur in aptitudine producendi substantiam, vt ferè accidit in instrumentis artis, quæ vt agant, debent in se recipere motū ab artifice, cuius sunt instrumenta, & in cuius virtute dicitur agere: sed ita vt ipsum naturaliter sit aliquid substantiæ, seu à natura substantiæ tributum, vt illo mediante substantia agat: atque ita ipsum intransiuit, ut quidam loquuntur, fit virtus seu instrumentum substantiæ. Quomodo autem accidens, quod quatenus actiue attingit substantiam, semper habet se, vt instrumentum, quatenus actiue attingit aliud accidens sub vna ratione possit se habere, vt instrumentum, sub alia, vt agens principale, patet ex dictis supra, vbi de causis hic addendum est, ad productionem substantiæ instrumentaliter concurrere, non solum illud accidens, quod est in agente principali, & effectiue producit aliud in medio, & mediante hoc aliud in subiecto, per quod illud disponit; sed etiam illud, quod producit in medio, & illud ipsum, quod producit in subiecto, & seipso illud disponit; licet hoc tertium concurrat etiam dispositiue, seu materialiter: immò nullum esse accidens, quod omnino immediatè, & proximè instrumentaliter concurrat ad productionem substantiæ, quæ fit in aliquo subiecto, nisi illud, quod recipitur in eodem subiecto.

270 Hinc colligis licet à rationem instrumenti in vniuersum non requiri, vt ha-

beat actionem præuiam à parte rei distinctè ab actione, qua intrinsecè attingitur effectus vltimatus agentis principalis: sed posse eundem realiter effectum vltimatum sub diuersa ratione pendere, tum ab instrumento, tum ab agente principali, & consequenter sub diuersa ratione esse actionem, tum instrumenti tum agentis principalis in instrumenti, vt pendet ab instrumento, agentis principalis, vt pendet ab agente principali. Et quamuis vnum accidens per se sumptum sine alterius coniunctione sæpe fit virtus, seu instrumentum ad quantum substantiæ ad producendum aliud accidens: nunquam tamen est, aut esse naturaliter potest virtus, seu instrumentum ad quantum substantiæ ad producendum aliam substantiam, nisi coniunctum cum aliquo, vel aliquibus alijs, seu: nisi sit complexio plurium accidentium.

271 Eorum verò viciuntium quæ ex putri materia gignuntur causa efficiens particularis, & principalis non est calum, aut sol, aut intelligentia, nec Deus se solo immediatè agens: sed est substantia illa, cui complexio accidentium, qua tamquam virtute, seu instrumento viciuntia illa gignuntur, est naturaliter debita: exempli gratia, rana, si complexio illa accidentium est naturaliter debita rana, mus si tui, & sic de alijs. neque hinc sequitur indiuidua rana, verbi gratia, genitrix ex putri non posse assignari causam efficientem particularem principalem indiuiduam; assignatur enim alia rana indiuidua indeterminata quidem, seu vaga in se, seu ratione sui, determinata tamen in sua virtute, seu ratione suæ virtutis, quod sufficit. Et quamuis indiuidua illa complexio accidentium, seu virtus instrumentalis, qua rana ex putri gignitur, nec sit effectiue ab vlla rana, nec subiectiue sit, aut esse naturaliter possit in vilo indiuiduo rana tamquam illi vt efficienti naturaliter debita: rectè tamen dicitur virtus instrumentalis natura liter debita tum rana in specie, quatenus est virtus eisdem speciei cum illa, qua, vt instrumeto naturaliter ranae alia ab alijs inuicem generatur, tum ranae alieui indiuiduae alij ab ea, quæ per ipsam generatur, licet indeterminata in se, vt dictum est, quatenus est virtus quædam indiuidua, quæ in generatione ranae naturaliter supplet vicem ranae alieui indiuiduae distinctæ ab ea, quæ per huiusmodi virtutem generatur, licet indeterminata in se, vt dictum est, quia eius loco à natura substituitur ad producendum alia rana.

15
Viciuntium ex
putri ef-
ficiens.

272. Quare duplex diſtinguenda eſt virtus inſtru mentalis naturaliter alicui debita; ſeu alicuius naturaliter propria; altera, quæ naturaliter efficitur ab eo, cuius eſt virtus inſtrumentalis, hoc eſt ab efficiente principali, ſive etiam in illo, ſive extra illud recipiatur; altera, quæ naturaliter non efficitur ab eo, cuius eſt virtus inſtrumentalis, ſed ab alio, nec in eo recipitur, ſed in alio, ſupplet tamè naturaliter vice alterius, quatenus eius loco à natura ſubſtituitur ad producendum effectum. Nec vniuerſaliter verum eſt inſtrumentum etiam naturale eius eſſe inſtrumentum, à quo effectiue producit. Ex quo tamen deducendum non eſt cauſas naturales, quæ effectiue producunt complexionem accidentium, quæ, vt inſtrumento viuens aliqd ex putri generatur, verbi gratia, ſolem, aquam &c. nullo modo, effectiue concurrere ad productionem huiusmodi viuents: concurrunt enim, vt inſtrumenta mediata, & remota in ſeruitutia viuents, quod eſt efficiens particulare principale iam explicatum. Sed quemadmodum non aliud aſſignandum videtur efficiens particulare principale viuentium, quæ generatur ex putri, quam illud, quod aſſignatum eſt, ſuppoſito quod oia viuentia, quæ generantur ex putri poſſunt etiam eadem ſpecie ab inuicem generari, quod de multis certum, de omnibus probabile eſt: ita ſuppoſito, quod aliqua ex huiusmodi ſpeciebus imperfectorum viuentium eſſet naturaliter, & non per accidens ſterilis, aliud aſſignandum eſſet efficiens particulare principale viuentium, quæ in tali ſpecie generatur ex putri, non tamen colū, aut ſol, aliudquè non viuens, ſed viuens, & qui de ipſa cauſa prima, ſi alia ſecunda aſſignari non poſſit, vt poſſet reſpectu aliorum non viuentium, ſi quæ in ipſis eſſet ſpecies naturaliter, & non per accidens ſterilis, cuius indiuidua generatur ex putri.

273. His, quæ ad creationem, & annihilationem generatione, & corruptionem, de quibus hæcenus egimus, pertinent, aſſinitia ſunt, quæ ad incoactionem, & deſtinationem, reſpectum ſpectant. Sunt autem res de quibus quæri poteſt, quomodo incipiunt, & deſinant, alia ſucceſſiua, alia permanentes comprehendendo nomine permanentium, non ſoli, quæ habent totum ſuum eſſe ſimul, ita, vt ducent pluſquam per inſtans, ſed etiam, quæ durant tantum per inſtans. Ac res quidem ſucceſſiua, id eſt motus ſucceſſiui, & tempus, incipiunt extrinſecè per vltimum ſui non eſſe, & deſinant extrinſecè per primum ſui nõ

eſſe. Eadè nihilominus res ſu ceſſiua quâdo vtrinque continuantur, vt hic motus diurnus, & hæc hora, etiam dici poſſunt incipere intrinſecè per primum ſui eſſe, & deſinere intrinſecè per vltimum ſui eſſe, modo primum, & vltimum eſſe non ſumantur pro primo, & vltimo eſſe reſpectu ſucceſſiuarum, vt ſe formaliter, ſeu duplicatiue ſed materialiter, ſeu identice. Sunt autem tam primum eſſe, & vltimum eſſe, quàm vltimum non eſſe, & primum non eſſe indiuiſibilia, quæ in tempore ſemper dicuntur inſtans, in motu autem ſucceſſiui, ſi terminent in fine, dicuntur mutata eſſe, ſi in principio, & retinent nomè commune indiuiſibilia.

274. Res verò permanentes, quæ durant tantum per inſtans incipiunt intrinſecè per primum ſui eſſe, & deſinant intrinſecè per vltimum ſui eſſe: at res permanentes, quæ durant pluſquam per inſtans, & ſunt ſecundum ſuam entitatè realiter indiuiſibilia, vt anima rationalis, & Angeli, & accidentia ſpiritualia, qua ratione ſunt ſecundum ſuam entitatè realiter indiuiſibilia, vt in ordine ad ſubiectum, incipiunt intrinſecè per primum ſui eſſe, & ſubſiſtantia ſunt, non poſſunt naturaliter deſinere: ſi tamen Deus eas vellet annihilare, poſſent pro Dei arbitrio deſinere, tum extrinſecè per primum ſui non eſſe, tum intrinſecè per vltimum ſui eſſe: Si verò ſint accidentia, quæ poſſunt naturaliter deſinere, vt intellectio, & volitio noſtra, aliqua deſinunt extrinſecè per primum ſui nõ eſſe aliqua intrinſecè per vltimum ſui eſſe. Alia res permanentes, quæ durant pluſquam per inſtans, & ſunt quidem ſecundum ſuam entitatè realiter diuiſibiles, non tamè producuntur per motum ſucceſſiuum, ſeu cum motu ſucceſſiui, ſed in inſtanti, vt materia prima, & formæ corruptibiles productæ à Deo, vt auctore nature initio mudi, incipiunt intrinſecè per primum ſui eſſe, deſinant verò illæ, quæ naturaliter deſinere poſſunt ſecundum modum non eſt materia prima ex dictis ſupra cap. 2. J ſub vna ratione extrinſecè per primum ſui non eſſe, ſub alia intrinſecè per vltimum ſui eſſe.

275. Denique res permanentes, quæ durant pluſquam per inſtans, & generantur, atque corruptuntur per motum ſucceſſiuum, ſeu cum motu ſucceſſiui, vt omnes formæ materiales ſubſtantiales, & plerique accidentales, ſub vna ratione dici poſſunt incipere extrinſecè per vltimum ſui non eſſe, ſub alia intrinſecè per primum ſui eſſe: ſimiliter ſub vna ratione dici poſſunt deſinere ex-

trinſecè

trinfecè per primum sui non esse, sub alia intrinfecè per vltimum sui esse. Exempli gratia forma ignis in parte indeterminata materiz ligni in quam introducitur præuia calefactione necessaria, tanquam dispositione necessaria, ita incipit extrinfecè per vltimum sui non esse, vt incipit in eadem parte eius dispositio, & loquitur de dispositione perfecta ad quam eonsequitur forma ignis: in parte autem determinata tota, verbi gratia palmari tota, ita incipit intrinfecè per primum sui esse, vt incipit in eadem parte eius dispositio. E contrario forma ligni, in qua parte indeterminata eiusdem materiz incipit extrinfecè per vltimum sui non esse forma ignis, in ea definit ipsa intrinfecè per vltimum sui esse, vt definit in eadem parte ipsius dispositio: In qua verò parte determinata tota, verbi gratia palmari tota incipit intrinfecè per primum sui esse forma ignis, in ea definit ipsa extrinfecè per primum sui non esse, vt definit in eadem parte ipsius dispositio.

*Alteratio, Actio, Passio, Reactio,
Rapsio.*

Cap. XI V.

176



QUOD generatione, & corruptione, de quibus capite superiori, coniuncta sunt alteratio, actio, passio, & reactio, & rapsio Alteratio quadrupliciter vsurpatur: primò latissime pro quacumque mutatione etià substantiali: secundo minus latè pro quacumque mutatione accidentali tamen, non substantiali: tertio minus adhuc latè pro ea tantum mutatione accidentali, quæ est ad qualitatem, quæcumque tandem fit illa qualitas: quartò præse pro ea tantum mutatione accidentali, quæ est ad qualitatem sensibilem habentem contrarium. & hoc modo ab Aristotel. 1. de Gener. tex. 23. rectè definitur his verbis: Alteratio quidem est, quando, manente subiecto sensibili existente, transmutetur in eius passionibus, aut contrariis, aut medijs existentibus. In qua definitione ponitur loco generis transmutatio, quia cum

tripliciter sumi possit alteratio præse dicta, quæ hic definitur, nempe, vt motus præse dictus, ut actio, & vt passio: ab Aristotele hic sumitur, vt motus præse dictus, quo modo mutatio, quæ latius patet, quam motus præse dictus, est illi essentialis: etsi etiam vt actio, & vt passio definitur postea per mutationem, non tamen formaliter, sed concomitantè. Reliqua ponuntur loco differentie, quæ tamen non ita intelligenda sunt, vt id, quod in alteratione transmutatur, transmutatione propriè sumpta, sint passionis, seu qualitates contrariæ, aut mediz, sed subiectum denominationis: quæuis mutatione impropiè sumpta dicuntur transmutari ipsæ qualitates contrariæ, aut mediz. quæ tamen mediz non differunt specie ab extremis, nisi quatenus includunt alteram qualitatem extremam in gradu remisso.

277 Diuiditur alteratio sic definita in perfectiuam, & corruptiuam: perfectiua dicitur, quia producitur qualitas, cum qua subiectum melius se habet, quam se haberet cum alia, quæ ad eius productionem corrumpitur: corruptiua quia corrumpitur qualitas, cum qua subiectum melius se habebat, quàm se habeat cum alia, quæ ad eius corruptionem producitur. quæcumque alioquin omnis alteratio hic definita appellari solet corruptiua, quatenus semper est cum aliqua corruptiua. Alio tñ est modo alteratio latius sumpta diuiditur in perfectiuam, & corruptiuam, cum perfectiua dicitur, quia ita producitur alia qualitas, vt nulla alia corrumpatur: corruptiua verò, quia ita producitur aliqua qualitas, vt aliqua alia corrumpatur.

278 In alteratione qualitas non intenditur, quia qualitas, quæ præerat in subiecto, corrumpitur, & alia perfectior in eodem subiecto producat: nec remittitur, quia qualitas, quæ præerat in subiecto corrumpitur, & alia imperfectior in eodem subiecto producat: ita, vt, quando aliquid fit magis calidum, ex plè causa, corrumpatur calor, qui in illo præerat, & alius calor perfectior in eodè producat: qui verò fit minus calidum, corrumpatur itè calor, qui in illo præerat, & alius calor imperfectior in eodem producat: Nec intèditur per minorem, & remittitur per maiore admiitione cõtrarij, ita, vt calor, ex plè causa, nullo modo variatur, sed idè manet, nñc dicatur infèrior, quia minus, nñc remissior, quia plus ei frigidus admiscet. Nec intèditur eadè qualitas p maiorem,

²
Eiusdè
diuisio:

³
Intensio
et remissio.

¹
Alteratio
notio-
nis, &
definit.

K

& re-

& remittitur per minorem illius radicacionem in ſubiecto, ſive per hoc quod eſt qualitate magis, aut minus radicari in ſubiecto, intelligitur qualitate eandem ſecundum eſſentiam recipere perfectionem, aut imperfectionem exiſtentiam: ſive eandem inuariatam, ſeu ſine vlla additione magis, aut minus educi de potentia ſubiecti: ſive magis, aut minus vniri ſubiecto, ſive ſubiectum maiorem, aut minorem diſpoſitione recipere, ratione cuius magis, aut minus ab eadem qualitate inuariata, ſeu ſine vlla additione auctur, & perficiatur.

279 Sed intenditur qualitas omnis, que intenditur, per additione, & remittitur per detractiorem noui gradus eiufdem qualitatis, ita, vt qualitas in eadem parte ſubiecti, vel in eodẽ toto ſubiecto, in quo antea preerat, in intentione quidem acquiratur, ſeu producat de nouo ſecundum aliquam ſui partem entitatiuam, & gradualem, in remiſſione verò deperdat, ſeu corrumpatur ſecundum aliquam item ſui partem entitatiuam, & gradualem. Quæ tamen partes, ſeu gradus in qualitate inſenſibili, & remiſſibili non ita fe habent, vt primus tantum habeat rationem qualitatis, ſeu contineat formaliter eſſentia qualitatis, reliqui verò, qui primo adduntur ſpectet tantum ad integritate qualitatis: nec ita, vt ſint inter fe heterogenei, vel quia primus ſit eſſentialiter perfectior ſecundo, ſecundus tertio, & ſic deinceps, aut alio modo oēs, aut aliqui inter ſe eſſentialiter diſtinguantur: vel quia primus ſit accidentaliter perfectior ſecundo, ſecundus tertio, & ſic deinceps, aut alio modo alij alijs ſint accidentaliter perfectiores, modo æqualiter diuidantur, aut diuiſi intelligantur: ſed ita, vt ſint inter fe omnino homogenei, ſeu eiufdem omnino rationis, tum eſſentialis, tum accidentalis, modo æqualiter, vt dixi, diuidantur, aut diuiſi intelligantur.

280 Neq; verò eadẽ partes, ſeu gradus qualitatis in eadem parte ſubiecti, aut in eodẽ toto ſubiecto diſtinguantur inter ſe numero complecti, ſeu actu, ſed tantum incomplecti, ſeu potentia: hoc eſt conſtant vniam numero qualitatem, que tamen in plures partes, ſeu gradus realiter diuidi poteſt, etſi non ita, vt gradus diuiſi, ſeu ſeparati à ſubiecto naturaliter ſuperſint, ſed tantum ita, vt naturaliter pereant. Ratio autem cur tota qualitatis inſenſibilis, & remiſſibilis latitudo gradualis in octo tantum partes, ſeu gradus à philoſophis cõmuniter diuidatur, non alia eſt, quam commoditas quædam

quam ſecum aſfert hæc nec nimis breuis, nec nimis longa diuiſio ad multa, quæ de huiusmodi qualitate ſunt explicanda: cum predicta latitudo ſecundum fe diuiſibilis ſit tum in pauciores, tum in plures gradus, atq; adeo in iſſinitos.

281 Cæterum alteratio omnis præſe dicta eſt ſucceſſiua, & continua, ſeu non interrupta, tum quoad intentionem, ſeu ratione formæ, quæ per illam acquiritur, aut deperditur, non quidem ita, vt alteratio omnis præſe dicta ab initio ad ſummã vſque ſuam perfectionem debeat eſſe vna continua, ſeu non interrupta mutatio, ſed ita, vt ſecundum illam partem ſecundum quam ſit agente, & ſubiecto eodem modo applicatis, ſit continua, ſeu non interrupta: tum quo ad extensionem, ſeu ratione ſubiecti ſpectati ſecundum profunditatem, ratione tamen ſubiecti ſeparati ſecundum longitudinem, & latitudinem non ſemper eſt ſucceſſiua, ſed ſit ſimul tempore ſemper quo ad aliquas partes longitudinis, & latitudinis plures, vel pauciores, interdum etiam quo ad omnes.

282 De actione, & paſſione in communi actum eſt ſupra, vbi de motu, hic de iſdem cum Ariſtor. lib. 1. de Generat. & Corruptione agitur in ordine ad generationem, & miſtionem, que ex mutua elementorum actione, & paſſione ſit, & ſi quædam etiam hac occasione de actione naturali in communi dicentur. Nulla igitur actio naturalis, aut creaturarum, quæ de factis ſunt, aut Dei eſt in diſtans, hoc eſt ſine aliquo contractu, vel immediato, vel mediato agentis, & patientis, ſeu effectus. Sed triplex diſtinguitur contractus mathematicus, phyſicus, & virtualis. Contractus mathematicus eſt quoduz quantitates dicuntur fe contingere, cū habent extrema ſimul. quo modo Ariſtoteles 5. Phyſic. tex. 22. docet, illa dici fe tangere, quorum extrema ſunt ſimul, id eſt in eodem indiuiſibili, ſive puncti, ſive lineæ, ſive ſuperficiæ. Dicitur autem hic contractus mathematicus, non quia non reperitur in rebus phyſicis, ſed quia conſiderari poteſt in quantitatibus abſtractis ab omni qualitate ſenſibili, quo modo conſiderantur à Mathematicis. Contractus phyſicus eſt, quo agens, & patientis phyſicum dicuntur fe contingere, cum agens, vel per ſeipſum, & ſua virtutem ſimul, vel ſaltem per ſuam virtutem per medium diſtans ita coniungitur paſſio, vt in illud agat. Contractus virtualis aliquando dicitur, quo agens per ſuam vir-

4
Alterationis ſucceſſio
& conũ
nitũ.

5
Actio in
diſtã.

tutem coniungitur rei in quam agit, vel quæ efficit, quæcumque tandem sit huiusmodi virtus, cuiusmodi contactus est etiam physicus, quatenus agens physicum per suam virtutem ita coniungitur passivo, ut in illud agat: aliquando verò idem est, quod contactus proportionem quadam æquivalens contactui mathematico, aut etiam physico, licet non sit proprie mathematicus, aut physicus, cuiusmodi est contactus, quo res spirituales dicuntur cōtingere alias res spirituales, aut etiam corporeas, cum illis sunt seipsas immediatæ, aut in eas agunt, easque efficiunt. Solet tamen cōtactus physicus cum virtuali interdum confundi. Interdum etiam contactus mathematicus, & physicus dicitur contactus quantitativus, & formalis, ad distinctionem virtualis: & proprie, ac præse contactus.

183 Cum autem dicitur nullam actionem naturalem, aut creaturarum, quæ de facto sunt, aut De esse in distans, hoc est sine aliquo contactu vel immediato, vel mediato agentis, & patientis, seu effectus: sermo est de contactu in vniuersum, quin agentibus physicis est physicus, qui quatenus est quantitativus dicitur etiam mathematicus, in alijs est virtualis: & dupliciter dici potest immediatus, vel inmediate actione suppositi, & virtutis simul, ut sæpe est in agentibus, tum physicis, tum alijs, & semper in Deo, quando agit: vel inmediate virtutis tantum, ut sæpe item est in agentibus, tum physicis, tum alijs mediante aliquo momentibus aliquid aliud, nunquam tamen in Deo.

An autem supernaturaliter, & per absolutam Dei potentiam etiam naturaliter possit dari actio aliqua in distans, hoc est sine vilo contactu agentis, & passivi, seu effectus, pendet partim ex questione de potentia obedientialis, de qua Theologi: illa enim admittit, consequenter videtur admittendum posse supernaturaliter dari actionem aliquam in distans, & quidem quantumlibet etiam in infinitum distans: partim ex eo, an repugnet per absolutam Dei potentiam fieri creaturam, cui cōnaturaliter sit agere in quantumlibet etiam in infinitum distans: cuius tamè repugnantia nulla hæcenus apparet evidens ratio, præsertim, si admittatur prædicta potentia obedientialis.

184 Atque actione quidem perfectiva inmanente idem potest agere in se ipsum: actione autem corruptiva idem secundum se totum non potest agere in se ipsum totum, quæcunque possit, si sit agens heterogeneum, si-

ue animatum, siue in animatum, ratione vnius partis agere actione corruptiva in alteram sui partem, non autem si sit agens homogeneum in omnibus, hoc est eiusdem naturæ, non solum in substantia, sed etiam in qualitate, & eiusdem perfectionis in intentione qualitatium, in densitate &c. Neque per antiphrasim, neque per præclusionem potest eadem numero qualitas intendere se ipsam immediatè secundum eandem subiecti partem, vel secundum idem totum subiectum, in quo est, licet possit dari casus, quo eadem numero qualitas secundum vnam sui partem, vel intensiorem, vel non intensiorem quidem, sed existentem in vna eiusdem subiecti parte densiori, aut alia ratione ad agendum validiori, intendat immediatè se ipsam secundum aliam sui partem proximè extensam, & vel minus intensam, vel certè existentem in parte eiusdem subiecti rariori, aut alia ratione ad agendum debiliori.

185 Itaque antiphrasim hoc est circum obstitentia contrarij reddidit quidem validius alterum contrarium obfessum; non tamen quia qualitas, & in ipso est intendat se ipsam, vel actione directâ, hoc est immediatè producendo in eadem parte subiecti, vel in eodem toto subiecto, in quo est nouus gradus eiusdem qualitatis; vel actione reflexa, hoc est emittendo species intentionales in suum contrarium, per quas deinde ab eo reflexas ipsa intendatur, ut quidam sinnerunt: sed alias ob causas, quarum prima est, quia partes contrarij obfessi contrarium resurgentes magis vniuersis: Virtus autem vniuersa fortior est seipsa dispersa. secunda est, quia, dum partes contrarij obfessi vniuntur, ut dictum est, alie validiores in alias agunt, easque magis intendunt. Tertia est, quia partes contrarij obfessi in eadem contractione, & vniuersa expellunt partes alterius contrarij, quas habebant admittas, & à quibus impediebantur, atque ita vim suam magis extendunt. Quarta est, quia eadem partes, dum vniuntur, se inuicem atterunt, ex qua attritione calor, & interdum etiam ignis oriri potest. Quinta est, quia frigore intercluduntur spiritus calidi, ne possint evaporare. Sexta est, quia per occasionem, qua vnum contrarium ab altero obfideatur, renouetur interdum causa, quæ impediēbat, quominus contrarium obfessum haberet qualitatem intendam, vel na-

6
An: po:
ip: sibi.

6
An: in
sibi.

tura sua postulat, ideoque se reducit ad statum suum naturalem producendo in se per emanationem qualitatem in intentione, quam natura sua postulat, aut certe intentionem, quam habet antequam à contrario obfideretur. Et si non omnes hæ causæ in omni antiperiflasi reperiuntur, aut reperiiri possunt.

8
Fract.

286 Ab antiperiflasi differt praclusio, tum quia illa est tantum à contrario, hæc etiam à non contrario: tum quia illa non restringitur ad solum calorem, hæc autem restringitur ad solum calorem. Causæ autem cur calor, & ignis ab arte in furnulis, & à natura in quibusdam terræ cauernis inclusus vehementius agat, sunt primò, quia partes magis vniuntur iuxta supra dicta. Secundo quia per huiusmodi vniõnem fit, vt partes puriores, & subtiliores, aut aliter validiores agant in impuriore, & crassiores, aut aliter debiliores; easque magis calefaciant, vel etiam nondum inflammatas inflamment. Tertio, quia in huiusmodi angustis locis plures materiæ calidæ, vel etiam igneæ partes prohibita transpiratione colliguntur. Quarto, quia dum partes calidæ vel igneæ exitum quarunt, nec inueniunt, hæc illuc mouentur, eoque etiam motu se atterentes, si quæ sunt partes minus calidæ, illas magis calefaciunt.

Quinto, quia aeris multum etiam ibi inclusus, nec effugere valentis vehementius calefieri, & incendi necessè est. Sexto, quia latera angustiorum etiam huiusmodi locorum ingentem concipiunt calorem, quo calor, & ignis inclusus facilius conseruatur.

9
Reflex.

287 Reflexio, quantum ad rem præsentem attinet, duplex est, vna vera, & propria corporum, quæ nihil aliud est, quàm eiusdem corporis versus suum principium, vnde per motum localem dissecerat, quasi flexio, seu reductio: altera metaphorica, & propria qualitatum, secundum quam qualitas apta per certam spheram propagari, ex obstaculo intra eam spheram inuenito versus suum principium reflecti dicitur, non quia eadem numero qualitas à suo principio transeat ad obstaculum, & ex illo resiliat versus suum principium localiter se ipsam mouendo, sed quia qualitas, quæ vterius directè propagari debet, inuenito obstaculo incipit propagari; versus suum principium, & quæ sic propagatur, dicitur qualitas reflexa, quæ mediata quidem producit ab eodem principio, à quo producitur

qualitas directà, immèdiatè autem producit ab illo corpore, à quo reflectitur non sumpto secundum se, sed cum qualitate directè in ipsum propagata.

288 Simile in qualitate, & gradu, in densitate, vel raritate, in magnitudine molis, & in conlunãione cum alia qualitate magis, minusue adiuuante, aut impediante actiuitate, cuiusmodi qualitas est siccitas exempli causa respectu caloris, non potest agere in simile. & in hoc sensu accipiendum est, quod Aristotel. primo. de Generatione tex. 46. testatur, multos concorditer dicere, simile à simili omne impossibile esse, & tex. 48. rationabile esse simile, & omniuaque indifferens non pati à simili aliquid. Simile tamè in qualitate, & gradu potest agere in aliud simile, immo etiam minus intensum potest agere in magis intensum, cum illud superat in virtute, seu efficacia agendi, vel quia sit densius, vel quia maius in mole, ita tamen, vt possit secundum tot sui partes sufficienter applicari ad agendum, quot requiruntur, vt illud superet in virtute, seu efficacia agendi, vel quia coniungatur cum aliqua alia qualitate eius actiuitatem adiuuante, vel quia pluribus ex his modis simul illud superet, vt dictum est.

289 Cum actiõne, aut passione, de quibus hic egimus, confundenda non est resistentia propriè dicta, de qua item aliquid hic dicendum est, vt quæ de reactione, & re passione dicenda sunt, melius intelligantur. Duplex igitur est resistentia, vna improprie dicta, qua res eatenus dicitur resistere alicui, quatenus in ipsum agendo, eiusque vires debilitando impedit ne agat, aut non tantum agat; altera propriè dicta, quæ Græci ἀνάστασις vocant, quæ res, quibus agens applicatum est ad agendum, nec agunt, nec patiuntur, sed tantum actionem agentis nõ admittunt. ac prior quidem resistentia, quæ aliqui contrariam appellant, quatenus est inter contraria, est vera actio sub ratione tamen, quæ diximus. posterior autem, quam subuidere possumus in negatiuam, & priuatiam, hoc est in illam, quæ est in subiecto naturaliter non apto recipere actionem rei, cui dicitur resistere, vt est resistentia, qua substantia spiritalis dicitur resistere albefactioni, verbi causa; & illam, quæ est in subiecto naturaliter apto recipere actionem, cui dicitur resistere, vt est resistentia, qua aqua dicitur resistere calefactioni, non est actio, nec passio,

10
Ab eo f
milis in
simile.

nec negatio, aut priuatio formaliter, sed positium fundamentum negationis, vel priuationis, quo passum dicitur, aut non admittere, aut non aequè, & difficilius admittere actionem agentis, seu quod idem est, positium fundamentum formalis impossibilitatis cum actione agentis, quod positium fundamentum dicitur potentia resistitiua, seu resistentia in actu primo, si sumatur, vt abstrahit ab actuali applicatione, vel etiam conatu agentis: dicitur vero resistentia in actu secundo, seu actualis resistentia vt connotat, seu dicit in obliquo actualem applicationem, vel etiam conatum agentis. quamuis vtraque prædicta resistentia, improprie scilicet, & proprie dicta, vni sepe, eidemque subiecto conueniat. Non qualibet tamen res tantum est actiua, quantum resistitiua: nec è contrario, atque inter primas qualitates in actione primus locus est caloris, secundus frigoris, tertius humiditatis, quartus siccitatis: in resistentia autem è contrario primus locus est siccitatis, secundus humiditatis, tertius frigoris, quartus caloris. quod à sapientissimo naturæ aut horæ idcirco institutum est, quia si qualitas quæ est maximè actiua, esset etiam maximè resistitiua, facile destrueret qualitatem contrariam, atque ita facile tollerentur qualitates minus actiuæ, ex quo sequeretur tolli etiam mista, immo, & elementa minus actiua.

190 Vt vero intelligatur an, & quomodo inter agentia contraria detur reactio, & repassio, explicandum prius est quid vtraque sit. Reactio igitur est illa actio, qua agens aliquid, dum ab alio patitur, in illud vicissim agit. Repassio vero illa passio, qua agens aliquid, dum in aliud agit, ab illo vicissim repatitur. Sed quoniam duplex, quo ad rem nostram spectat, est actio, vna cum victoria, seu vt alij loquuntur simpliciter dicta, hoc est, qua agens ita agit in suum contrarium, ut licet ab illo aliquid patiatur, illud tandem superet: altera sine victoria, seu, ut alij loquuntur, secundum quid sic dicta, hoc est, qua agens ita agit in suum contrarium, vt tamen magis ab illo patiatur, quam in illud agat, & tandem ab illo superetur: sicut agere simpliciter dicitur illud agens, quod alterum agendo superat, pati verò illud, quod ab altero superatur: ita reagere simpliciter dicitur illud, quod secundum quid superat, sed ab altero

simpliciter superatur, repati verò illud, quod ab altero secundum quid, superatur, sed alterum simpliciter superat: eademque ratione principale agens dicitur illud, quod alterum simpliciter superat, minus vero principale, quod ab altero simpliciter superatur: contra verò principale passum dicitur illud, quod simpliciter superatur, minus verò principale illud, quod simpliciter superatur: & pars repassa dicitur illa, quæ in principali agente immutatur à principali passo, non repassa, quæ non immutatur. Datur itaque inter agentia contraria reactio non solum, quæ à quibusdam dicitur priuatiua, & definitur esse, quando vnum contrarium, dum agit in aliud, nihil ab illo patitur, sed solum illi resistit: Sed etiam quæ ab ipsidem dicitur positiua, & est, quam supra definiuimus, & datur secundum eandem contrarietatem hoc est eandem contrariorum combinationem, & quidem per se primò, non autem tantum consecutiue, & secundum eandem partem, eodemque tempore, modo agentia sint inuicem in

tra
spharam actiuitatis, & in materia conueniunt, neque tamen sequitur idem moueri motibus contrarijs simpliciter, licet sequatur idem moueri motibus contrarijs secundum quid, hoc est: medijs inter contrarijs simpliciter,

quod
necessariò admittendum est? Idemque proportionaliter dicendum est consequenter de repassione.



*Mista imperfecta, seu impressio-
nes Meteorolo-
gica.*

Cap. XV.

1
Meteor.
volog.
librorū
subie.



Vatuoꝛ librorū quos Aristotel. meteorologicis inscripsit, subiectum de quo, seu attributionis adæquatum non est solum mistum imperfectum, sed corpus mistum complectens, & mistum imperfectum non solum in genere, sed etiam in specie atoma, de quo Aristotel. agit. tribus prioribus libris, & mistum perfectum inanimatum ferè in genere, de quo incipit agere cap. vltimo Libri tertij, & fufius deinceps agit toto libro quarto, quia ex eadem duplici materia, altera vaporosa, fumosa altera, vt eas Aristot. ipse uocat, generatur, ex qua mistum imperfectum. Quare prædictorum Librorum inscriptio nō sumitur a substantia eorūdem adæquata, sed ab inadæquata, hoc est ab ijs mistis imperfectis quæ ^{parua} parua, hoc est eleuata, suspensa, sublimia dicuntur, quia in sublimi aere generantur, quod tamen nomen extenditur ad alia etiam, præcipue elementa, quæ ob insignem aliquam affectionem, siue intrinsicam, siue etiam extrinsecam, secundum quam nouum quendam statum, nouamque appellationem, uerbi gratia, niuis grandis, pluuię fontis, &c. sortiuntur, uocantur mista imperfecta, vel quia non substantialiter, sed accidentaliter tantum ab elementis distent, ut infra, vel quia, vt facile ex elementis sunt, ita facile in elementa resoluuntur, a Latinis uero Philosophis dicuntur etiam impressiones, vel quia uirtute celestium mentorum Regionibus pleraque imprimuntur, vel quia cum uolentia quadam fere producuntur.

3
Impres.
meteor.
leg. ma
teria. ex.
qua.

292 Harum impressionum materia ex qua remota ex 1. Meteor. sum. 1. cap. 2. sunt elementa. proxima ex eodem libro sum. 2. cap. 1. sunt vapor, & exhalatio, quæ ex elementis eleuantur, quæ ita intelligenda sunt, vt materia ex qua remota, vt plurimum

sint aqua, & terra, interdum tamen etiam aer, & ignis, immo, & mista quædam perfecta: materia uero ex qua proxima sunt, ut plurimum vapor, & exhalatio, quæ ex aqua & terra eleuantur: interdum etiam in aqua secundum insignem aliquam affectionem extrinsecam, interdum aer, & ignis intrinsece, aut extrinsece aliter affecta, quæ natura sua postulent, interdum denique etiam vapor, & exhalatio, quæ ex mistis quibusdam perfectis eleuantur. Vapor pressè sumptus est fumus, seu halitus calidus, & humidus ex prædominio: exhalatio item pressè sumpta est fumus, seu halitus calidus, & siccus ex prædominio. Quare hæc duo pressè sumpta inter se differunt, tum in materia ex qua sunt; vapor enim ex aqua, exhalatio ex terra potissimum ascendit: tum in qualitatibus actiuis, vapor enim ex prædominio, humidus exhalatio sicca est, & hæc ut ascendat maiori, cæteris paribus, indiget calore, quam illa: tum in qualitatibus motiuis, uaporem enim, cæteris paribus, tardius, exhalatio citius, & altius ascendit. Dixi pressè sumpta, quia latè tam uapor quam exhalatio sumitur, vt quod commune uapori pressè dicto, & exhalationis pressè dictæ. Sursum uapor, & exhalatio propria leuitate orta à calore, & raritate feruntur, & quidem ferè coniunctim, quo sensu intelligendus est Aristoteles lib. 2. summa. 2. cap. 1. ubi de uapore, & exhalatione loquens, est autem, inquit, neque humidum sine sicco, neque siccum sine humido, sed omnia hæc dicuntur secundum excessum. Atque ut celerius, & uapor, & exhalatio ascendunt in principio, quæ in progressu, ita altius, cæteris paribus, exhalatio se effert, quam uapor, quia tum ob siccitatem, tum ob maiorem partium coherentiam calorem diutius retinet, & difficilius in aerem mutatur, quam uapor. Nec uapor tamen, nec exhalatio ab elementis, aut mistis, à quibus eleuatur, essentialiter, seu substantialiter, sed tantum accidentaliter distent.

293 Materia in qua, ut quidam uocant, seu loca rerum meteorologicarum generationi destinata sunt aer, aqua, & terra. Diuiditur autem aer in tres regiones, quarum prima, seu infima, est quæ à superficie terræ, & aquæ ad illam usque aeris partem extenditur, in qua radorum solarium reflexio non quocumque, sed quæ apta fit gignere intensiorem calorem desinit Secunda, seu media est, quæ inter primam, & tertiam, de qua mox intercipitur. Tertia, seu suprema est, quæ à superiori parte terminatur igne, de

4
Eorū dē
loca.

quo

quo diximus, ubi de elementis, vel si quis ignem ibi non agnoscat, aethere, ab inferiori parte, dicitur à quibusdam ad altissimorum montium iuga pertingere, quibus consequenter inferior ab ipsidem existimatur mediâ regio. Sed hoc incertum est, ut patebit ex dicendis infra de nubibus.

Differunt hæc aeris regiones non solum in loco, & altitudine, sed etiam in magnitudine, in figura, in crassitie, vel tenuitate, in motu, vel quiete, & in qualitatibus actiuis, quas differentias singillatim hic explicare non opus est, præsertim cum nonnulla ex ijs inuoluant, quæ in præsentia explicanda non dicimus. Hoc reticendum non videtur, mediâ aeris regionem non esse frigidam simpliciter, sed tantum comparatiuè ad supremam, & infimam regionem.

294. Forma rerum meteorologicarum, ut tales sunt, non est nisi accidentalis. Efficiens principale ad eleuandos vapores, & exhalationes, quæ à quibusdam dicuntur res meteorologicæ primæ compositionis, sunt plerique altra, & maxime Sol per lumen, & calorem, at cubi etiam ignis subterranei per calorem: ad alias vero res meteorologicas, quæ secundæ compositionis dicuntur, cuiusmodi sunt niues, pluuiz, &c. efficiendas non semper idem concurrunt efficiens, sed interdum calor ab aëtris, & maxime sole per lumen productum, interdum etiam calor natiuus acris, interdum, ac frequenter frigus, interdum motus, & agitatio, interdum aliud quidpiâ, ut ex dicendis intelligitur, ex quibus etiam perspicuum fiet prædictam diuisionem rerum meteorologicarum in res primæ, & secundæ compositionis non esse omnino adæquatam. Finis naturalis earumdem est bonum horum inferiorum, præsertim viuientium. Tempora denique ad earum plerasque aptiora sunt, ut plurimum ver, & autumnus.

295. Diuiduntur impressiones meteorologicæ in igneas, aqueas, & terreas ex prædmino, de quibus singillatim aliquid dicendum est. Ignea impressio dicitur exhalatio accensa. Ac licet omnes exhalationes accensæ substantialiter sint eiusdem speciei, accidentaliter tamen, hoc est magnitudine, figura, colore, motu, loco, duratione, tam uariæ, tamque multæ sunt, ut certo a nobis numero comprehendi non possint. Præcipue hinc ponuntur, inter quas primi occurrunt ignis subterranei, quibus aptissimum sane pabulum est sulphur, & bitumen. Aptius nihilominus est concipiendum igni Sulphur, quod

calore, & siccitate præstat, diutius uero aëno ditumen, de quo hic loquimur (nam plures sunt species) quod cum succo admodum pinguis, & calidus sit humoris oleacei, cuius species est, quæ a Baby lonijs dicitur naphtha, ob suam pinguedinem uberiori igni fomentum subministrat. Eiusdem naturæ est, ut etiam in aquis ardeat, quia inuoluitas, & coheræntia partium resistit aquæ, ne ingredi possit in fomentum ignis, ut ingreditur in lignum per eius poros, & conceptum in ipso ignem extinguere: immo, & magis accendatur, quia partes ignitæ, refugientes contrarium, magis uniuertur, atque ita fortius agit multasque aquæ partes superant atque in se conuertunt. Accendunt prædicti ignes non radijs solaribus, sed exhalatione, quæ in terræ cauernis, vel ob antiperistatam frigiditatis, vel per motum, alij sionemque accenditur. Tandiu uero quibusdam locis conseruantur tum quia bitumen ob suam pinguedinem ignem diutius conseruare aptum est ex dictis, tum quia, & bitumen, & sulphur facile, & quatuor circiter annorum spatio generantur, & ab igne, ut oleum à Lucernæ flamma, & etiam ex longinquo trahuntur.

296. In aere autem, & in infima præcipue illius regione sæpe cernuntur ignis fatuus, ignis labens, Castor, & Pollux, Helena, draco volans, & sydus volans. Ignis fatuus nihil aliud est quàm exhalatio, vel per antiperistatam frigiditatis nocturni, vel per collisionem partium ipsius inter se accensa, quæ hac illuc motu fertur incerto, unde fatuus dicitur, & quia ob leuitatem, quæ motum impulsu aeris facillime sequitur, insistentes fugere, fugientes uero ad implendum vacuum insequi uidetur antecedens, & consequens è quibusdam appellatur. Ignis Labens, est rara, & subtilis exhalatio ipsidem de causis, quibus superior accensa, quæ per aërem sparsa, hominum capillis, cæterorumque animalium pilis interdum adhærescens, eos Lambit innoxia ob suam tenuitatem.

Castor, & Pollux, & Helena nihil aliud sunt quàm flammæ in viscosa, & pingui materia aëtero ex prædictis modis genitæ, quæ Nauium antennis interdum ad hærentes dicuntur esse signa futura serenitatis, si binæ, Castor, & Pollux ab Ethnicis dictæ, appareant, tempestatas si vnica, Helena ab ipsidem uocata, concipitur Sed hæc ethnici, ut alia per multa superstitiose, licet naturale aliquâ huius diuersitatis causam reddere quidam conentur ex materia magis dispersa minuf-

que

5
Eiusdem
forma
efficiens
suis, ut
pora.

6
Impressio
ignea.

7
Ignis
subter.

8
Ignis fatuus.

9
Castor
Lambit

10
Castor
Pollux
Helena.

11
Draco
volans.

que ventis excitandis idonea, cum binæ, magis verò coherente, & ventis apta, cum unica appareat flamma. Draco volans, est exhalatio accensa, ut superiores, sed figuram draconis, referens, & per aerem mota, ut volare uideatur.

12
Sydus
volans.

297 Sydus volans, seu cadens ex Aristoteli libro 1. summ. 2. cap. 1. duobus modis generatur, Vno quòdò exhalatio nou fertur ab uno loco in alium, sed ita in lògum disposita est, ut una eius pars per motum, vel antiperistalam accensa, ignem alij propinquæ, & hæc alij ad vltimam vsque celerrimè communicet, non secus, ac quando sunt duæ lucernæ, vel candela, quarum superior accensa flammam inferiori recens extingit: media exhalatione ab ipsa ascendente adeo celeriter comunicata, ut descendere flamma à superiori lucerna, vel candela in inferiore videatur: quod est exemplum Aristoteli. loc. cit. Altera quòd exhalatio ipsa ab uno in alij locum fertur, quia per antiperistalam aeris, aut vaporis frigidij compressa, & accensa repente profilit, non secus, ac quando nuclei digitorum compressione proiciuntur, quod item est Aristoteli. exemplum

Tunc autem sydera volantia sursum feruntur, quando fiunt, vel secundo modo, sed ita, ut exhalatio accensa sursum naturaliter tendens aeris, aut vaporis obſistentis, & iter sursum impediens violentiam vincat, vel etiam primo modo, sed ita, ut exhalatio in directum disposita accendi incipiat à parte inferiori; tunc deorsum quando fiunt, vel secundo modo, sed ita, ut aer, aut vapor obſistens exhalationis accensæ vim à parte superiori omnino superet, & deorsum ire compellat, vel etiam primo modo, sed ita, ut exhalatio in directum disposita accendi incipiat à parte superiori: tunc deniq; ad latus, quando fiunt, vel secundo modo, sed ita, ut vis naturalis, qua exhalatio accensa sursum nititur, & violentia aeris, seu vaporis obſistentis pari quasi Marte decerent, aut certe exhalatio aque apta sit ferri, & sursum propter leuitatem ignis, & deorsum ob grauitatem partium condensatarum: tunc enim nec sursum, nec deorsum, sed ad latus feruntur, quamuis quæ primo modo fiunt, nunquam, aut sursum, aut deorsum, aut ad latus vere ferantur, sed ferri videantur.

Velocius eadem sydera volantia moueri videntur quam vera sydera ob propinquitatem: velocius autem continuus in longum porrectus idcirco videntur, quia in propinquo velocissimè, vel mouetur si fiant primo mo-

do, vel accenduntur, si fiant secundo modo. Fiunt, ut plurimum in infima, vel media regione, & quidem vere, & autumno, ac nocte, ut plurimum, & sereno Caelo. cumque admodum crebra volare, aut cadere videntur, multam exhalationum materiam gignendis vètis idoneam, atque adeo futuros ventos indicant. De stellis quæ casuræ in Euangelio dicuntur, sacri consulantur Interpretes.

298 In media aeris regione fiunt tonitru, fulgur, & fulmen. Tonitru missis antiquorum fabulis ex Aristoteli. lib. 2. summ. 4. c. 1. & 2. est uiolenta egressio accensæ exhalationis è nube, vel si formaliter loquendum sit, sonus ex huiusmodi egressione editus. Includitur autem nibe exhalatio, dum à uapore, quocum eleuatur, iuxta supra dicta, in nubem se cogente intercipitur: accenditur verò, vel per antiperistalam frigidis ipsius nubis, vel per motum, & allisionem suarum partium inter se, & ad latera interiora nubis. Sed ut nubem præsertim densiorem, quam minus densa, & consequenter ad obſistendū debiliore est, siue ea sit pars superior, siue inferior, siue lateralis, dirumpat, & tonitru efficiat, satis magna exhalatio sit oportet. neque tamen ad tonitru concurrat solum nubes, sed etiam aeris intercepti fractio. Vere, & autumno potissimum tonitrua abundant, quia ijs potissimum temporibus simul abundant vapor, & exhalatio, cum alijs temporibus, vel desit sufficiens uapor propter nimij calorem, vel sufficiens exhalatio propter nimij frigus.

299 Fulgur, seu corrosio ex Aristoteli. loc. supra citato est emicatio exhalationis accensæ, siue exhalatio è nube egrediatur, siue circa nubem accendatur, nec semper cum sit tonitru, sit etiam fulgur, nec è contrario: Cum tamen ita simul fiunt, ut unum habeat connexionem cum alio (interdum enim nullam habent) semper à parte rei præcedit tonitru, prius tamen à nobis percipitur fulgur: cuius tres distinguuntur species, non quidem essentielles, sed accidentales. prima retinet commune nomen corrosiois, seu fulguris, siue etiam fulgetri, seu fulgetræ, quæ quia est in materia rariori non descendit à terra. Secunda dicitur Prester, & hæc quia est in materia densiori descendit ad terram, & non in media aeris regione, ut prima species, sed in infima accenditur, ut infra ubi de uentis. Tertia est fulmen de quo paulo post. Colorum uarietas in fulgure ex materie, qua constat, & nubis, cui opponitur varieta-

13
Tonitru14
Fulgur

te oritur, vt ex dicendis infra de coloribus apparentibus intelligi poterit.

300 Fulmen ex Aëre telib. 3. summ. 1. est exhalatio ignea magna vi è nube prorumpens: cum fulmine tamen in eadē generari, & simul è nubē viuari lapidem oblongum in acumen instar cunei definentem, furium, & ferro, aut calvi simi nem credibile est. Materia huiusmodi lapidis est crassa, & viscosa exhalatio excitata ignis calore concocta, & indurata. vel in ipso fulminis egressu è nube, vel etiam intra nubem, anteq̄ ab ea fulmen egrediatur. Figura eiusdem, vel in materiam sic ab exhalatione accensa dispositam, vel potius in impetum, quo, dum è nube excutitur, aëtris aliquot partibus acuminatur, referendū est. Color denique furnus eiusdem ex magna fundita materie, qua constat, concoctione, ortum ducit: vnde etiam fit, vt nec accendi, nec liquari huiusmodi lapis possit. Vitulum autem cum fulmine aliquando descendisse, quod quidam prodiderunt, vero simile non est, nisi forte, vel turbini vi ex monte quopiam, vel potius dæmonis arte ad fallaciam aliquam delatus eo sit.

Duos fulminum modos distinguit Aristotelo loco citato, alterum valde subtilem, quem a Poëtis *πυρρὰ*, id est candidum, seu clarum appellari ait; alterum crassiores, quem ab iisdem *πυρρὰ*, id est ardentem, fuliginosum, seu fumum vocari dicit. ac prioris quidem modi, seu speciei, accidit tamen, fulmina docet propter suam tenuitatem velociter ferri, citius penetrare, nec vrere, aut moram faciendo denigrare: posterioris autem propter suam crassitatem tardius ferri, & denigrare, non tamen vrere, sed praueniendo pertransire. quod ita intelligendum est, vt denigret, non tamen vrat, quando incidit in corpora: quæ, quia rara sunt, non reluctantur, sed facilem præbent transitum.

Alii plures distinguunt species, sed omnes accidentales, ex diuersitate exhalationis tenuioris, crassiorisue, magis minusve conglobatæ, lapidem secum deferentis, aut non deferentis, & corporis, in quod impingit, magis, minusve resistentis, &c. Tanto impetu fulmen excutitur ipsius vi exhalationis accensa, qua constat, quæ rarsa, & maiorem postulans locum è nube, non secus, ac pulvis tormentarius igne concepto è tormento bellico erumpit: oblique cadit, cū ab inferiori cadit nubis parte

quia exhalatio accensa, quæ naturaliter factum nititur, a frigore aut nubis, & impetu, quo ab illa erupit, deorsum premitur: atque ita nec fursum, nec deorsum recta, sed in transuersa, & oblique agitur, motu hęc irregularē, & variū, pro varietate tū motu aëris ab ipso impulsū, & attractū, tū corporis obfistentiū: varios itē, & admirabiles effectus; quos hic prætereo: sed omnium causæ ex dictis sunt colligendæ.

301 In suprema aëris regione reponuntur cõiter quædam impressiones igneæ quæ nihil repugnat in media, imo, & infima interdū regione fieri, licet minus frequenter, q̄ in suprema. Variis aut nominib. appellantur, nēpe flamma, Fax, lancea ardens, sagitta, trabes, capra saltans, ignis perpedicularis, & si plures sint flammæ, faces, &c. p̄t ex varia exhalationis figura, motu, magnitudine, distantia, dispositione quoad crassitē, & tenuitatē, &c. varias induunt prædictarū rerū formas. Inter has multi hætenus cū Ar. nomen arunt cometas, & viâ lactea: sed de cometis ob connexionē, q̄ eū alijs ad celi speciatib. & supra silentio inuolutis hnt, fas mihi erit hic iisdē de causis non aliud proferrē, q̄ quæ tacendū non videtur, longissimè a vero aberrare eos, qui cometas eodē, quo astru diurno motu terræ ambientes ad duo tr̄s, & quinquaginta miliaria a terra remoueri arbitrantur. Nec certū est summā vapourū, aut exhalationū a litudinē vtrā duo, & quinquaginta miliaria non attolli, esto nõ altius attollantur vapores, aut exhalationes, ex quibus aliquid ad nos solaris luminis reflecti possit.

302 Via lactea, missis veterū fabulis, quorū aliquo refert Ar. lib. 1. sum. c. 5. ex eiusdē Ar. eadē s̄. c. 6. snia, est exhalatio in suprema aëris regione vi stellarū tū maximarū, & fulgidissimarū, quæ in viâ lactea apparent, tū è minorū aliarū, quæ sporades, hæc est sparsæ vocatur; & quia ob exiguitatem ægrè apparent in constellationib. ab Astronomis descriptæ non sunt, quæ tū in viâ lactea creberrimè cernuntur, attracta, ibiq; per motū a prædictis stellis cætu in illa quasi ventilantē accensa, earū dēq; lumine in ipsa refractō candicans, non tū in zona in parte rei redacta, sed per totā ferē illa supremam aëris regionem dispersa, quam nobis zonæ instar ad cælum cingentis appareat. Ex vera tū snia viâ lactea non est impressio meteorologica, nec aliud qd̄ in regione subliari, sed in firmamēto, seu sphaeræ stellatæ existēs, nõ tū dēstor, & cõtinua eisdē sphaeræ

15
*Fulmen.*16
*Flamma
Fax,
Lancea
ardens, sa
gitta,
Trabes, ca
pra sal
tans, i
gnis per
pedicularis
17
Cometa.*18
*Via lac
tea.*

pars, quæ lumē suæ aprūi, suæ a sole receptū ita reflectat, vt cādicare videatur, sed in gēis exiguarū stellarum multitudine in eadē sphæra contentarum, quæ præxiguitate lumen ad nos distincte non propagant, sed ita inter se confundunt, ac miscent; vt non tam lumē, quam candor quidam appareat.

19
Mars.

303 Inter impressiones aqueas, prima, & omnium maxima occurrit mare, cuius origo non alii, quam Deo tribuenda est, qui cum primo creationis die cælum, & terram, & quidem aquis vndique coopertam creasset, tertio die sic videntium bona postulante, aquas, quæ sub cælo erant (nam de aliis aquis, quæ sacræ litte, & supra cælum esse indicant, sacrosum est interpretum disputare) congregauit in locum vnum, hoc est in ingentem alueum, quem extracta terra, (ex qua alias in partes translata, credibile est, eundem terram totam editiorum, & in ea montes, quibus maximè opportunum visum esse locis, ad horum inferiorum, & videntium præcipuè bonum effecisse, vt hoc obiter de montium etiam origine attingatur) excavauit, easque sic congregatas mare appellauit. Vnum, & continuum est mare, licet varis in regionibus varia sortiatur nomina, Mediterranei, Oceani, & c. Caspio etiā, seu Hircano per subterraneos meatus cum aliis coniuncto; nō est tamē terra altius aut maius: sed è contrario terra communiter nō solum mari altior est (licet aliqua terræ pars, quæ tamen nō sit maris littus, possit esse mari depressior) sed etiam maior, quam tota aqua, siue in mari, siue in lacubus, siue in fluminibus, siue in aliis terræ locis contenta hætenus cognita, & si inter superficiem terræ, & aquæ hætenus cognitam non magnum videatur esse discrimen. Profunditatē maris ordinariam quidem collibus, & Montibus mediocribus, extraordinariam vero celsissimis montibus, qui tamen vnus, aut vnus, & dimidiū miliarium altitudinem excedere non solent, respondere partim certum, partim vero simile est. Status, seu æquabilitates eiusdem maris tot, tamque amplis fluminibus, aliisque aquis in illud perpetuo decurrentibus, non alia est causa, quam quod quantum in se accipit aquæ, tantum saltem ad sensum variis modis, de quibus infra esse emittit. Coloris verò siue rubei in erithro, siue alterius in aliis maris partibus perpetuo apparentis causa in eiusdem fundum nubis alteriusque coloris arenis scætas, aut aliter colorata in referenda est.

20
Eiusdem
nauis.

304 Salsedinem probabilis est non esse

22
Æquabili
sali.

23
Salsedo.

a solo Deo initio mundi mari inditam, sed generatam partim, & præcipue, vt docet Arist. l. 2. sum. r. cap. 3. hoc est, tum ex multitudine terrestris exhalationum, quæ actione solis non omnino euictæ, & concoctæ, mari permiscerentur; tum ex eo, quod partes aquæ maris dulciore, & subtiliores eadem solis actione eleuantur, relictis aliis: partim etiā ex venis, & fontibus salis, quas multis locis in maris fundo existere non est improbabile. Valeat maris salsedo tum ad marinorum piscium vitam, & conseruationem, quorum plerique in aqua dulci non viuerent: tum ad commodiorem nauigationem, cum aqua falsa melius nauigā sustineat: tum ad maris ipsius conseruationem a putredine, cui salugo maxime resistit: tum ad alias per multas, quæ ex aqua falsa percipiuntur, vitilitates; marini tamē pisces salis non sunt: quia aqua falsa ab illis hausta ita concoquitur, & digeritur, vt salsitatem amittat.

305 Plures in mari motus deprehenduntur, duo generales, alii particulares. Primus generalis est, qui dicitur accessus, & recessus, seu fluxus, & refluxus, seu incrementum, & decrementum, & vno verbo ætus. Accessus, seu fluxus, seu incrementum est cum mare intumescens ad littora fluit, eaque operit. Recessus, seu refluxus, seu decrementum, cum mare detumescens a littoribus refluxit, eaque deserit, cuius vtriusque motus, seu ætus, ea varietas est, vt alibi maior, alibi minor, alibi celerior, alibi tardior sit, & nunc vna, nunc alia incipiat hora, & duodecim quidem horarum spatio fluxus, & refluxus vbique absoluitur, sed alibi, & vt plurimum, senis horis suat mare, senis refluxat, alibi pluribus, aut paucioribus, quæ senis suat, & refluxat. Causa huius fluxus, & refluxus in vniuersum, vt per quam obscura sit, non est tamen referenda in animam mundi, quæ nulla est, tanquam ingentis cuiusdam animalis, quod naribus in Oceano sitis, halitum emittendo, & recipiendo fluxum, & refluxum efficiat, vt fabulati sunt Stoici: nec in forma substantiale aquæ; nec in occultis terræ virtutibus; nec in alui dispositione; nec in intelligentiam huic muneris destinata, nec in Lunam tantum, aut solem tantum; sed, quod probabilis videtur, in Lunam, & Solem simul, præcipue tamen in Lunam, agentes non per calorem, & lumen, sed per qualitatem a lumine, & calore diuersam, ad modum tamen lumini propagatam; quam quæ proprio carnis, communi in fluxuente nomine appellamus; cuius influentiæ proprii

24
Fluxus,
& refluxus
xiii.

fit non rã faciẽdo, sed attrahẽdo attolere marinas aquas, nõ quidem ita, vt in aere suspẽdat, sed ita, vt ad eas maris partes, seu, vt vocari solent, quadraturas, in quas magis agit, ex aliis, in quas minus agit, a quas attrahẽdo accumulẽt, eadẽq; opera causat fluxum in partibus, seu quadraturis, in quas magis agit, & refluxum in aliis, in quas minus agit.

306 Conciipiendus enim est totus terrarũ, marisque ambitus in duos horizontes, alterum superiorem, alterum inferiorem, qui pro regionum varietate varii sunt, diuisus, & vterque horizon rursus subdivisus in duas partes aequales, ita vt sint quatuor partes aequales, seu, vt vocari solent, quadraturæ, vna ab oriente ad meridiem, quæ dicitur prima quadratura horizontis superioris, altera ad occidentem, quæ dicitur secunda quadratura horizontis superioris: ac tertia ab occidente ad mediam noctem, quæ dicitur prima quadratura horizontis inferioris: Quarta a media nocte ad orientem, quæ dicitur secunda quadratura horizontis inferioris. In duas igitur ex his quadraturis inter se oppositas prædicta influentia semper magis agit, vel directè, vel reflexè, directè, quomodo est actiuior in eam, quam aut Luna, & Sol simul, aut saltem Luna directè aspicit, reflexè reflectione a cœlestibus corporibus, & præsertim astris in sphaera stellata frequentissimis facta in aliam illi oppositam; in duas vero alias his prioribus duabus oppositas, quas Luna, & Sol simul, aut saltem Luna, neque directè, neque reflexè, nisi paucis, & valde obliquis velut radiis reflectionis prædictæ aspicit, semper minus agit; & propterea dum aquæ ad duas priores quadraturas ex aliis duabus attrahuntur, simul fit in duabus prioribus fluxus, in aliis duabus refluxus: ita vt perpetuo sint in diuersis maris partibus duo fluxus, & duo refluxus, qui perpetuo ita variantur, vt variantur pro varietate regionum prædictæ quadraturæ. In quibus rectè distinguuntur etiam octo puncta, quorum quatuor dicuntur fortia, quatuor debilia; quia Luna, vel sole in ijs existente fit fortis, vel debilis fluxus, vel refluxus. primum punctum forte fluxus diurni ponitur in medio inter orientem, & meridiem: secundum forte refluxus diurni in medio inter meridiem, & occidentem: tertium forte fluxus nocturni in medio inter occidentem, ac mediam noctem: quartum forte refluxus nocturni in medio inter mediam no-

ctem, & orientem. Primum autem punctum debile fluxus diurni ponitur in oriente: secundum debile refluxus nocturni in meridie: tertium debile fluxus nocturni in occidente: quartum debile refluxus nocturni in media nocte.

307 Varietas autem illa, quoad magnitudinem, celeritatem, inceptiõnem, & durationem fluxus, & refluxus ex variis ortum ducere causis potest. primo ex varia Lunæ cum Sole coniunctione, vel ab eodẽ remotione. Secundo ab astris, quæ in quibusdam cœli partibus sunt frequentiora, & conseqüenter maiorem efficere possunt reflexionem influentiæ causantis fluxum. Tertio a ventis mare agitantibus. Quarto ex situ, & qualitate aluæ, in quo iacet mare. Quinto ex aliis maris motibus, de quibus infra. Sexto ex ingressu fluminum aquas in eandem semper partem impellentium.

Septimo ex concursu duorum marium, vt in fretis, seu euripis. Videntur tamen hæc causa spectare præcipue ad varietatem quoad magnitudinem fluxus, & refluxus; varietas autem quoad celeritatem orti potest præcipue ex dispositione aluæ: Varietas quoad inceptiõnem tum ex varietate dierum ac noctium, quæ sub æquatore tantum sunt semper aequales, extra æquatorem verò sunt semper inæquales, præterquam tempore æquinocetiorum, tum ex motu Lunæ, quæ singulis diebus vna ferè hora tardius oritur: Varietas denique quoad durationem ex littorum præcipue altitudine, vel depressione, planitie, vel flexu, interdum ex fluminum, in quæ mare peractum subit, rapiditate, vel tarditate, interdum ex alio maris motu.

308 Alter motus generalis maris est ab ortu in occasum, qui licet alicubi, vt in freto Magallanico, in sinu Mexicano, & ex parte etiam in sinu Adriatico vehemens sit, plerisque tamen in locis est adeo tenuis, vt non nisi in longa nauigatione deprehendi possit. Cuius male refertur in motum primi mobilis, aut si huiusmodi ponatur mundi systema, in quo primum mobile nõ admittatur, in motum cœlestium corporum: male etiam in locorum proprietatè, aut in flumina, tametsi hæc, vbi ab ortu in occasum feruntur, aliquid luare possunt: male denique in Solem, qui suo calore vapores è mari, cui in cursu diurno successiuè immiscet, attrahendo, successiuè semper illud imminuat, quo fiat, vt aquæ tantum ad decliniorè locum continenter fluant

35
Marius
tus ab or
tu in oc
casum

ſolis curſum comitantés . nec probabilius quidquam occurrit , quam vt peculiari aliqua ſolis , ſy derumque , quorum conuerſio nem motus hic ſequitur inſuerentia , hoc eſt aſtracſiua quapiam qualitate , qualem plurimis in eſſe rebus docet experientia , effici dicatur .

309 Inter alios maris motus , qui particulares dici poſſunt , primus eſt ab occaſu in ortum : hic cenſitur in mari mediterraneo ; nam in ſinu Adriatico fertur mare ad oram Dalmatiæ , Iſtriæ , ac totius Illyridis ab ortu in occaſu ; ſed in extremo ſinu , vbi Venetiæ ſedent , reſſectitur ad oram ſtaminiz , Piceni , & Apuliæ aliquantulum orientem verſus . cuius motus cauſa eſt ipſe motus ab ortu in occaſum , quo impuſſum mare , cum perpetuum curſum tenere nequeat in gyrum ſeſcitur . Quæ eadem cauſa eſt , cur mare ab Hiſpaniæ oriſ , & Gaditani freti anguſtijs reuertitur eo actum ſecundum Africa , & Aegypti littora , qua liberior , & reſcitior aquæ curſus eſt , orientem verſus perſpicue ſinat .

Secundus eſt a Septentrione in Auſtrum : hic etiam maxime apparet in mari mediterraneo , in quo Mæotis per Boſphorum clemmerium in Pontum Euxinum , hic per Boſphorum Thracium , Propœtidem , & Hellespontum in Aegæum ſluit : omnia autem præter hæc maria minus hoc faciunt euidētē , inquit Ariſt lib. 2 . c . 1 . cuius motus cauſa ex Ariſt . ibidem eſt multitudo fluminum in Meotidem , & Euxinum decurrentium , & minor Mæotidis , quæ Euxini , & Euxini , quæ Aegæi profunditas , quæ ſit , vt mare per declina fluminiſt inſtar ſeratur . Sed hæc profunditas perſe oppletis ſemel omnibus cauſatibus niſi hunc motum iuuaret ſine prædicta fluminiſt multitudo , quib . addi poſſunt etiam maxime ad eas ſeptentrionis partes pluniaz , nivesque , quib . mare excreſcit in Auſtrum , vt de præſiore in loco deſcribit . Tertius eſt ab Auſtro in Septētrionem : hic obſeruat in mari Cantabrico , Gallico , & Briannico , vbi aqua Oceano in occaſum tendente cecēns ad Septentrionē conuertitur . Quartus multos complectēns , quorum alii in ortum , alii in occaſum , alii in Auſtrum , alii in Septentrionem tendunt , eſt in ortu fluxuum quorundam , qui fluminiſt inſtar in Oceano præcipue pluribus locis reperiuntur item ſyllaram , Charibidiſt , aliarumque vorapium , & Euriporum , præcipue Eubœi , ſeu Chalcidici , & Siculi , quorum omnium motum cauſa partim pecu-

liaribus alui conditionibus , partim plurimum motuum concurſu tribuitur .

310 Aliquis maris , ac terræ permutationes , non valde tamen reſpectu maris , & terræ magnas naturaliter , & olim factas , & etiam nunc fieri poſſe pro certo habendum eſt . ſed huiſmodi viciffitudines , quibus , & terra tota in maris , & mare totum in terræ locum ſæpius tranſeat ; ita vt totum , & olim permutatum , & aliquando permutandum ſit , vt docet Ariſtoteles lib . 1 . cap . vltimo , ne ſuppoſita quidem mundi æternitate admittendum eſt .

Diluvia etiam particularia quarundam regionum etiam plura eueniſſe conſtat . Generale vnum tantum , quod certo conſtat , idque a Deo inductum fuit , nec in natura vis ad generale diluuium eſt , niſi tandem mundus duraret , donec fluminum , ſolitarum niuium , pluuiarumque vi terræ partibus omnibus editoribus paulatim arroſis , & ſub aquas detoluitis , terra tota tandem ab aquis operiretur . Quod ſi mundus in æternum duraturus eſſet , ſine dubio , niſi Deus impediret , tandem aliquando contineret , iuxta dicta ſupra , vbi de mundo .

Quod ſi quis , antequam è mari penitus egrediamur , exquirat , cur naturæ auctor tot , tamque diuerſis mari motus inſeſſe voluerit . Reſpondetur tum ad maris ipſius conſeruationem a putredine , quæ in aquas immotas facile irrepit , tum ad eiusdem purgationem a ſordibus , quæ per motum in littora eiſcitur , tum ad nauigationum , quibus huiſmodi motus ſæpe vehementer ſauent , opportunitatem .

311 Sed vt a mari iam ad fontes , & flumina conuertamur , ita de eorum origine ſentiendum videtur , vt neque ex Tartaro Platoniſt , neque ex ſolis pluuiis , aut niuib . ſolutis , neque ex ſola aeris , aut vaporum vi rigoris cauernarum terræ in aqua conuerſione , neque ex his omnibus , aut pluribus ſimul generentur , ſi de omnibus ſontibus , & fluminibus fermo ſit , niſi tamen veter . quia ex his omnibus ſimil . Tartaro tantum Platoniſt ſeſſio , aliqui fontes et perennes , & aliqua minora flumina oriuntur . Maximam tamen ſontium , & fluminum partē ex mari per ſubterraneos motus , quibus aqua marina percolata falſedine exiit , origine m ducere , multa perſuadent . Quæ renti autem quomodo aquæ ex mari per ſubterraneos motus ad fontes mari altiores duci queat , nulla vido-

30
Maris , &
terra per-
mutatio
not.

31
Diluvia

32
Motuum
maris cauſa

33
Fontes , &
flumina

tur a ferri posse probabilior, & vniuersa-
rior responſio, quam si dicamus, eundem
naturæ auctorem, qui ad viuendum præ-
cipue bonum aqum, quæ naturaliter ter-
ram totam operiebant, vnum in locum
congeſſit, teræ partem initio aperuit, ad
idem viuendum præcipue bonum. eidem
terre certis locis, vt virtute minerali ad
producentia fossilia, & metalla, ita virtu-
tem attractiuam ad aquam; è mari per
venas, & meatus subterraneos ad fontes,
aut certe ad ea loca, vnde ad fontes com-
mode delabi posset, attrahendam, indi-
diſſe.

Alij præterea duo esse possunt modi, niſi
quidem quàm primus iam indicatus,
vniuersales, quibus tamen multis fontibus,
fluminibusque aqua è mari per vias
subterraneas ſuppeditari naturaliter poſ-
ſit.

Alter est, si aqua è mari per vias sub-
terraneas non quidem ad fontes ipsos, nec
ad loca alta mari altiora, sed eo tamen
suo cursu deueniat, vnde vapores ex il-
la foſis, & alicubi etiam ignium subter-
rancum calore extracti, & ad alia lo-
ca subterranea fontibus altiora ſubuecti,
eiusdem terræ frigore in aquam reſoluiti
ad fontes deriuantur.

Alter est, si mare ipsum non quidem pro-
prio tantum pondere, quod non ſuffice-
ret, sed addita ventorum prementium
vi, & agitatione, qua sæpe fluctus ſupra
fontium altitudinem attolluntur, cuniculis,
ſeu aquaductibus illis subterraneis
incumbens, aquam per cuniculos illos ad
fontes, aut ad loca, vnde facili deinde, ac
procliu ad fontes via tendat, exilire com-
pellat.

312 Neque idcirco negamus ex
pluuijs, diuibus, aeris, & vaporum in a-
quas conuerſione, hos etiam fontes, &
flumina, quæ originem mari debent, ma-
gna capere incrementa poſſe. Sed vnde, &
quomodo perennis illis aquæ copia, quæ
in huiusmodi cauſas referri non potest,
ſubmittatur, conamur ostendere. Fontium
autem, ſubito aut erumpentium,
aut deficientium cauſa interdum est ter-
ra, ſaxorumuè ſub terra lapſus, a terræ
motu, vel pluuijs prouenicus, quo aqua
ne ſolita via teneatur, impeditur, & no-
uos exitus quæ rere cogitur: interdum noua
curriculum ad mare obſtrictio, aut ap-
pention: interdum eſuſio quæpiam, qua iter
aquæ intercluditur: interdum noua Sylua-

rum, & arborum pullulatio, aut euulſio,
arborum radicibus ad ſe aquam trahenti-
bus, quo fieri poteſt, vt noua arborum pul-
lulatione ſons aliquis exareſcat, euuſione
autem rursus ſuat. Sed hæc de fontibus hæc
ſatis.

313 Cur autem non perinde maris, ac
fontium, cæteraque aqua glaciatur, expli-
cabitur, vbi quid glacies fit, definitum
erit: quæ nihil aliud est, quam aqua, aut
alia aquæ qualitates aliquo modo par-
ticipans ſubſtantia congelata, ad quam
perinde, vt materia concurrat aliquan-
do aqua, terreſtribus tamen exhalatio-
nibus miſta; aliquando alia aquæ quali-
tates aliquo modo participans ſubſtan-
tia: quo ſenſu intelligendus est Aristo. quar-
to Meteor. ſumm. 1. cap. ſecundo, vbi a-
quæ ſpecies, inquit, talia, vinum, vrina,
ſerum, & omnino quæcunque nullam, aut
paruam habent ſubſidentiam non propter
viſcoſitatem: vt efficiens verò ad eandem
concurrat frigus. Et quidem aqua, ex qua
de alijs indicari facile poterit, tanquam ab
efficiente ad aquam per ſe glaciatur a
frigore tum formæ ipsius aquæ, tum for-
mæ terrearum exhalationum aquæ admiſ-
ſarum, tum etiam a frigore aeris, & ter-
ræ, alteriusque corporis ambientis, quate-
nus in aquam agendo frigus aliquid in il-
la producit, quod etiam per ſe concurrat
aquam congelandam: per accidens au-
tem glaciatur a frigore aeris, terræ, al-
teriusque corporis ambientis, quatenus per
illud excluditur ab huiusmodi corpore am-
biente, & aqua, inquam agit, calor frigi-
gori aquæ, & terrearum exhalationum a-
quæ admiſſarum contrarius. De grandine
verò, quæ glacies quædam est, ex Ari-
ſtote. libro primo ſumm. 3. cap. 2. infra.

Mare autem non quidem nunquam, ſed ta-
mè difficilius, quàm aliz aquæ, in glaciem
vertitur, tum quia ſpiffius, & corpulentius
eſt, quod autem tale eſt, minus frigerari po-
teſt ex Ariftote. ſeſtione 23. Problem. 7.
tum propter calidarum exhalationum co-
piam, quam habet admiſſam, tum propter
illud craſſum, & vniuſuolum, quod in eo
tinet, & calidum eſt ex Ariftote. ibidem: tum
propter agitationem, quæ cœcrotionem im-
pedit. quæ etiam cauſa eſt, cur difficilius
currentes, quàm ſtagnantes aquæ glaci-
entur: tum denique propter maximam aquæ
moſem, facilius enim frigus modicam, quàm
magnam aquam vincit, & cum exhalatio-
nibus admiſſis concreſcere facit.

34
Glacies

39
KIT.

314 Sed vt à mari, & terra nõ nihil tollamur, in prima, seu infima aeris regione ros, pruina, nebula, grando, generantur. Res nihil aliud est, quam tenues guttulæ ex vaporibus tepidis modico frigore concretis resoluta, cuius causa efficiens quoad incohatationem est Sol moderato calore vapores eleuans, quoad perfectionem, frigus moderatum. Generatur verò per se loquendo in regionib. temperatis vere, & autumnò, sereno, & tranquillo celo.

At quæ vt frequentius vapores in rorem vertendi vespere attollantur, sub finem vt nõ noctis concreuant, & decidant: negari tam nõ nõ potest, quin qualibet diei hora possint ascendere, modo debita temperies adfit, & qualibet noctis, satis etiam frequenter extrema diei hora, descendere, cum necessarium frigus adfuerit. Quattuor verò distinguuntur rosis species, intellige tamen accidentales. Prima retinet nomen generis, & est ros omnibus notus. Secunda dicitur manna, & est ros ita concoctus, vt cum exiguo humido aequo multum sicci viscosi, & aerei in ipso relinquatur, qui perinde durus scilicet, candidique coloris in herbis, & arborum folijs multis in locis, sed præcipue in Calabria, vnde ad medicos vsus in alia loca asportari solet, reperitur. Et ad hoc manna non nisi accideta liter diuersum fuisse manna Hebræorum ex infimant docti vident. Tertia dicitur mel, & est ros constans humido aequo, & sicco viscoso, & aereo, vt manna, sed non adeo concoctus vt manna, ac proinde non ita durus, & candidus, vt manna. Quarta dicitur ladanum, quod caprarum per certa herbarum, & fructuum genera pascuntium barbis, & pilis adhære solet.

36
Pruina.

315 Pruina est vapor congelatus, seu porius concretus vi: frigoris, sed paulò intensioris, quam illud, cuius vi concreuit ros.

Hæc etiam sereno, & tranquillo, sed satis frigido tempore generatur, & per vitis factis, ac plantis est, quatenus obstat, ne calor intra terre sinum inclusus vna cum vaporibus, & exhalationibus exeat, & si per accendens ipsæ interdum noceat, cum non in initio veris, sed ferius obuenit, iamque herbescentes segetes, erumpentes gemmas, & germinum oculos, ac flores adurit, & interdum penitus enecat, ac spem omnem fructuum illius anni præcidit. Idcirco autem pruina, cum ad triuuium, vel etiam diuius durat, singnum plenamque est futuræ pluuiæ, quia ex

illa colligimus crassiores vapores in pluuiam verti solitos sursum attolli, sicut ros diuinius durans signum esse solet serenitatis ob contrariam rationem.

37
Nalæq.

316 Nebula duplex est: altera, quæ etiã caligo dicitur, ex locis humidis eleuatur, & quia spissis, & crassis vaporibus constat, in sublime vix attollitur, sed fere humi repit. Et hæc, si oriente Sole dissipatur, indicium est serenitatis: si vero attollatur, facile in pluuiam concrefcit. Altera cuius tantum meminit Aristot. libro primo summ. 3. cap. 1. est ex ipso Aristot. excrementum, seu decidentia eius nubis, quæ in aqua re soluta fuit, neque tam è est eius nubis pars crassior, & densior, sed tenuior, & rarior, licet ob frigus illi a pluua communicata grauior reddita infra nubium locum descendat.

Prior illa nebula noxijs interdum abundat exhalationibus, quibus vegetes, tenerioresque plantas adurit, & vitiat: posteriores autem huius, seu sterilius harum nubis reliquiarum ea est vtilitas, quod Solis radijs raris per obstant, ne pluuius humor in nube in terram delapsus solis calore illico euocetur, sed per otium a terra, plantisque, vt ad fecunditatem opus est, combibatur.

38
Grando.

317 Grando est vapor exhalationi terrestri permixtus prius ad mediam aeris regionem eleuatus, & in eadem plerumque non est aquea, accidentalis est congelatio, efficiens per accidens est calor ambientis, per se frigus, ad quod prædictæ guttæ calore ambientis obfessæ reducuntur. Atque verum est, quod Aristot. lib. 1. sum. 3. cap. 5. docet calorem etiam guttarum, ex quibus fit grando vehemens, et metis per accidens, conferre ad celerioreme illarum congelationem: ita falsum videtur, quod alij contra Arist. dicunt, solius interdum frigoris ambientis vi sine caloris antiperiffi fieri grandinem. Cur autem nubes, ex qua grando generanda est, non prius vertatur in nuem, quam in grandinem, cum minus frigus ad illam, quam ad hanc requiratur, & quod frigeht, necessario prius remissum, quam intensum frigus acquirat: ratio illa est, quia ad generationem nubes requiritur: maius frigus extrinsecum aeris ambientis,

ad generationem verò grandinis maioris frigus intrinſecum gutturum vi grandinis cōglaciandarum. Atque in regionibus quidē temperatiua ſtate potius, ſit grando, quia ſit per anti-periſtaſim caloris, vt diximus: in regionibus verò calidiſ ſit potius vere, & autumnio, quia per aſtatem eb nimium æſtum deſunt vapores, & potius interitū, quàm noctū, quia interitū maior eſt caloris anti-periſtaſis. Cum grandine autem in figura ſere, & in aliis conuenit granula, in hoc differt, quod grando durior, granula mollior, & niui frigore concretæ perſimilis eſt.

318 In ſecunda aeris regione ſerè ſunt nubes, pluuia, nix, colores varij apparentes, Iris, Halon, Virgæ, Pareſij, Paraſelini. Nubes eſt vapor ſolis calore ad mediam aeris regionem, aut certè altius, quam quo ſolet caligo, eleuatus, ibique natiui frigoris ad denſatus. Et duplex eſt, altera ſterilis, quæ maiori ex parte conſtat exhalatione, & reſolui ſolet in ventos: altera ſecunda, quæ maiori ex parte conſtat vapore, & reſolui ſolet in pluuiam, magisq; propriè dicitur nubes. Locus nubis, vt plurimum eſt media regio, qua minus interdum vix modicos colles excedat, & ſepè viſæ ſunt nubes multo cum ſono, interdum etiam ſine ſono ſecus terram delatæ: ex Ar. lib. 1 ſum. 7. c. 2. Si autem de ſumma nubium altitudine agatur, nihil certū, præſertim cęlo vndique aubilo ſtatui poteſt, videtur tamen duorū, aut trium plerunq; miliariorum eſſe, licet maiorem etiam eſſe nil veter. Tempus requirunt, nec nimis calidum, nec nimis frigidum, ne vaporum, ex quibus gigni debent, aſcenſus impediatur, nec nimis calidum, ne diſſoluantur.

319 Pluuia eſt nubes vi frigoris in aquam reſoluta, & ad terram guttatim deſcendens. Et duplex eſt, altera ordinaria, prodigioſa altera. Ordinaria dicitur imber, cum guttæ minutæ ſunt, & crebrę: alia propriè, & præſe pluuia, cum guttæ maiores ſunt: alia nimbus, cum guttæ ſunt maximæ, maximoque impetu decedentes, minores autem, vel maiores decidunt guttæ, cum propter maiorem, vel minorem altitudinem, ex qua decidunt, ex altiore enim loco aeris alluſione magis diſſipantur, & miuuntur: tum ob tardiorē vel celeriorē nubis in aquam reſolutionem, quæ enim tardius reſoluitur, ſecundum minores partes, quæ celerius, vt ſæpe Per aſtatem, ſecundum maiores deorſum fertur.

Amara eſt pluuia, cum multa exhalationem terreſtrē aduſtam habet admixtam, & tunc ſterilitatem inducis: dulcis vero, cū huiuſmodi exhalationem non habet, aut non multam habet, & tunc ſecunditatem aſſert, & licet vt plurimum fiat in media regione, interdum tamen ſit etiam in infima, nec habet ſerè certum tempus, vere tamen, & autumnio plerunq; magis abundet: nec eſt nec, vt antiqui putarunt, a torrida excluditur zona, in qua, vt facile magna vaporum copia eleuatur, ſed in pluuia ſæpe numero ſaltem ex parte reſoluitur: quæ cauſa eſt, vt ſub ipſo etiam æquatore alicubi penè quotidianæ ſint pluuiz. ſigna future pluuiz multa, ſed trita ſunt.

Prodigioſa pluuia dicitur, quando ſi mulcum pluuia, aut etiam ſine pluuia propriè dicta, ranunculi, vel piſciculi, vel alia animalcula, vel ſanguis, vel lac, vel lapides, vel ferrum, vel cineres, uel eiufmodi alia deſcendunt. nihil autem repugnat animalcula interdum quardam in nubibus gigni ex putri uapore, & exhalatione eodem proportionaliter modo, quo in terra, uel aqua: lapides, & metalla, ut ſupra dixim⁹ de lapide, qui cum fulmine interdum excutitur: cineres, & ſimilia ſicca, terreſtrium exhalationum aduſione: ſanguinem deniq; & lac, ſeu potius ſanguinis, & lactis colore tinctam pluuiam ex uaria ſicci terreſtris cum humido aqueo temperatione.

320 Nix eſt nubes congelata, antequam in aquæ guttas reſolueretur. eius itaque materia eſt nubes, & quidem ſatis rara, atque diſperſa: Forma ſubſtantialis quidem ex prædominio aquea, multam tamē admixtam habens exhalationem: accidentalis verò congelatio: efficiens frigus extrinſecum a terra, & aqua propagatum: Finis terræ ſecunditas, cui & per ſe, ſeu ratione ſuz ſubſtantiz, quam Ariſtot. 2. de Gene. An. cap. 1. rectè docet ſpūm aquam quandam eſſe ratione cuius, cum reſoluitur, terræ eſt miſcetur, & per accidens, quatenus calorē terræ uſceribus incluſum cohibet, per quā utilis eſt.

Magnitudo niuis nunc maior, nunc minor ea ſeū proportionaliter cauſas habet, quas in pluuia ſupra memorauimus. figura floccum lanæ reſert ob raritatem nubis, quæ congelatur, mollities ab eadem raritate, & humiditate, & conſequenter minori ſicci terreſtri admixtione, quam ſit in gradine, aut

præna: albedo tum à raritate materiæ, tum à vehementi frigoris in humidum, tum præcipue ab aeris intercepti admittione provenit. Non ita nix læcet, ut glacies, quia est rarior, quàm glacies. Descensum habet partim rectum, partim circulearem, rectum ob gravitatem, circulearem ob admittam leuitatem: quæ sit, ut non commode medium, hoc est aerem, dividere possit: sed partim vincat eius resistentiã, partim ab ea vincatur, atque ita circulariter deorsum feratur. Antequam pluat, & dum nigrit cum tepidior, & mitior est aer, tum nec cernitur figuræ, nec tonitru auditur: illud ob callidas exhalationes, quas nubes in niuem congelanda in se continet, & etiam congelata secum defert: hoc ob eundem nubis raritatem.

321 Colores apparentes, qui non dicuntur apparentes, quia nullo modo sunt veri, seu nullo modo à parte rei reperiuntur: sed quia non sunt fixi, & stables, & alijs alijs apparentibus: ita ex lucis, & opacitatis conjunctione, seu mixtione oriri intelligendi sunt, ut non sit aliquid à luce, & opacitate inter se conjunctis, seu mixtis distinctum. Opacitatis autem nomine intelligenda hic necessariò est, aliquando quidem omnimodò ad sensum opacitas, aliquando autem talis, quæ aliquando etiam habet diaphaneitatis, seu transparentie, ratione cuius aliquo modo possit lucem introrsum admittere, seu cum luce misceri. Atque huiusmodi colores, tum in pavimentis, in quæ lux per vitra colorata propagatur, & in alijs pluribus, tum in exhalationibus, & vaporibus, ac nubibus luce permissa, sæpe cernuntur, præsertim in Iride, & Halone, & alijs, quæ ut alijs corporis, ita nunc mentis oculis ad se conuertunt.

322 Iris, quæ inter omnes meteorologicæ impressiones nulla speciosior, nulla vulgò admirabilior est, ut propterea Thaumantis filia ex Platone in Theæteto sit dicta, nulla ad cuius contemplationem maiori nos verborum apparatus sacre ipsæ litteræ hortentur, quorum illa vox est Ecclesiæ. 3. Vide arcum, & benedic eum, qui fecit illum. Valde speciosus est in decore suo: gyravit Cælum in circuitu gloriæ suæ: manus excelsi aperuerunt illum: nihil aliud est, quàm arcus multicolor in nube vorante solaribus radijs effectus. Quamvis enim Iris fiat non modo à Sole, sed etiam à Luna, rarò tamen ex Aristot. lib. 3. fum. 2. c. 7 & circa lucernas hinc tante Austro ob aeris humiditatem ex eodem ibidem ca. 3 licet hæc non tam Iris, quàm Halon sit, & à remis, qui è mari attol-

luntur, & si quis aquam in aere soli exposita aërius ipse à sole umbram versus retrotrans effundat ex eodem ibidem, & in vaporibus monti, oppositis paulò quidem crassioribus, nubis tamen nomen haud quaquàm merentibus, & in vitro aut chryſtallo triangulari: Nos tamen hic de solari tantum Iride de nubibus impressa loquimur, quia hæc est omnium pulcherrima, maximeq; admiranda, & quæ de hac dicuntur, ad alia etiam transferrî proportionè facillè poterunt. Materia igitur Iridis est nubes non quæcunque, sed ex qua tanquàm è speculo fieri possit radiorum reflexio, quæ efficitur Iris, ut infra, cuiusmodi est ea tantum, quæ tenuibus guttulis rotat; atq; hinc est, quod Iris non cernitur, nisi, vel paulò ante pluviam, & tunc signum est pluvie mox secuturæ, vel, quod frequentius est, paulò post pluviam, nubes nondum omnino resoluta. sed adhuc minube, velut rorem stillante, & tunc signum est secuturæ serenitatis. Foror loco sunt figura, & colores, de quibus infra. Efficaciens est sol non per radios directos, neque per reflectos, ut Iris, quæ in vitro triangulari conspicitur sed per reflexos, non solum ex anteriori prædictarum roscedæ nubis guttularum superficie convexa: sed etiam ex eorundem crassitie, & fundo soli opposito, præcedente aliqua directorum solis radiorum refractione, atq; adeò aggregatione, ac multiplicatione, præsertim in prædicto guttularum fundo, & ultra illud, quæ cavata est, ut ex illo, & alijs ultra illud constitutis guttulis, ad quas prædicta refractione, aggregatio, & multiplicatio pertingit, intensiores ad nos radij reflectantur.

323 Figuram Iris habet circulearem, quia non apparet nisi per æquales angulos reflexionis, seu per reflexionem radiorum sub æqualibus angulis, qui non nisi circulariter dispositi esse possunt. Ex quo necessariò consequitur tria centra solis, oculi aspicientis Iridem, & Iridis ipsius semper esse in eadè recta linea, nec plures homines simul eandem inquam Iridem videre: fed vnumquèq; suam. Proinde concipiendi sunt duo radiorum conii, vnius intra alterum, quorum communis basis sit superficies, quædam re ipsa aspera, & inæqualis, ad sensum tamen plana, & æqualis ex roscedæ nubis guttulis coagmetata, vertex autem vnius quidem sit in centro solis, alterius vero in centro oculi, tunc eo perpeſtiorum principio, quod ad determinatum punctum non reflectantur nisi determinati radij, & consequenter à determi-

32
Colori
apparentes,

33
Iris.

nato puncto, statendum à nube rosca ad centrum oculi nullum alium reflecti posse radiam præter eos, qui reflectuntur à circulo ferentia basis prædicti conij, cuius vertex est in ipso centro oculi, & sunt tantum illi, qui sunt inter se æquales, & consequenter cum perpendiculari conij prædicti efficiunt angulos inter se æquales habentes vertexem in centro oculi, atque ita necessarium fuit circulariter dispositi, ut essent plures lineæ, quæ ex eadem circumferentia æquales inter se angulos constituentes ad idem punctum ducerentur.

324 Dixi supra communem prædictorum eorum basis esse superficiem quandam in ipsa asperam, & inæqualem, ad sensum tamen planam, & æqualem: hic addo causam, cur prædicta superficies non possit esse plana, & æqualis, esse; quia tunc radii illi æquales inter se angulos constituentes, non reflecterentur ad oculum, cuius centrum esset in axi contra illuminationis, sed extra totum illuminationis conum fererentur, ex duobus illis perfectiorum principijs. Reflexio semper fit versus maiorem angulum, & Reflexionis angulus semper æqualis est angulo incidentij. Est igitur prædicta superficies ad sensum quidem plana, et æqualis ob guttularum congeriem, paritatem, atque distantiam: re ipsa tamen aspera, & inæqualis, quippe guttulis prædictis consistans, quæ quoniam ferè sphericæ sunt, singulæ radios vndiq; in orbem reflectunt, ex quibus aliqui necessariò feruntur ad oculum situm, ubi diximus. atque hi sunt, qui æquales inter se angulos efficiunt, & necessario circulariter dispositi sunt.

Non apparent tamen Iridis zonæ linearum infra sine vlla latitudine, ut reflexionis natura postulare videtur, sed cum aliqua semper latitudine: tum quia reflexio ad oculum nostrum, præcedente refractione supra explicata, non fit tantum ex vno puncto mathematico vnius guttuli, sed ex pluribus cum aliqua inter se latitudine, immo ex multis multarum guttularum non valde inter se distantium, quia guttæ sunt ferè sphericæ: proprium autem est corporis sphericæ radios vadequaue diffunderes: ex quo fit, ut multi radii multarum guttularum possint ad eundem oculum pervenire, ut supra indicatum est: tum quia radii solares non progrediuntur ab vno tantum puncto solis indivisibili, sed à toto corpore solari nubem respiciente, corpus autem solare est quantum, & divisibile etiam ad sensum, &

si ob magnam distantiam non valde magnam appareat.

325 Dupliciter autem Iris conspici potest, vel in plano, vel ex eminenti aliquo loco. priore modo necessario apparet, & æqualis semicirculo, vel minor, niquam autem maior, posteriore modo potest semicirculo maior apparere dupliciter: primo si quis ex altissimo aliquo monte spectet Iridem à sole in horizontem existentem factam: secundo si quis in edito loco situs nubem rosicidam infra se habeat, solem autem satis elevatum. Atque Iris quidem semicircularis horizonti insitit ad angulos rectos, minor autem semicirculo propendit in alteram partem soli, & nobis opposita, ut ita cum plano horizontis efficiat angulum obtusum, cetera verò maior semicirculo, si horizontem attingat, propendit versus nos, ita ut cum plano horizontis efficiat angulum acutum.

Cur verò Iris, quæ apparet sole in horizontem existentem, etiam si fit maior pars circuli, quam sit illa, quæ apparet sole supra horizontem elevatum, sit tamen pars circuli minoris, quem nodum proposuit Aristoteles, sed aliis solvendum reliquit, non ea est ratio; quòd radii solis in horizontem existentes, aut equam perveniant ad guttulas, in quibus fit Iris, ac rario ribus vaporibus circa horizontem collectis multum refringantur, & ad lineam perpendicularem cogantur, atque ita basis conij, in qua Iris apparet, diminuat: sed ea quòd sole prope horizontem existente crassior est vapor, quàm sole altius elevato, cuius calore vapor multis partibus dissipatis, aut resolutis tenuior redditur: crassior autem vapor magis ex propinquo visum terminat, Iridem quæ reflectit, quam tenuior: at Iris quia sub æquali semper angulo cernitur, necessario eo minor apparet, quo niagis ex propinquo, & eo maior, quo magis ex longinquo reflectitur.

Altitudo semidiometri Iridis, & si quoniam a maiori, aut minori distantia, & crassitie vaporum pendet, non est omnino determinata, est tamen ferme dimidium anguli recti, hoc est ferè 45. graduum.

326 Colores verò eiusdem ex Aristotele, supra, c. 1. & 3 tres nec plures nec pauciores sunt, hoc est in superiori parte puniceus; quem alii croceum, alii etiam citrinum dicunt, alii media viridis, in infima purpureus, quem alii alurgum, alii caruleum, alii vio-

puceum, seu vt vulgo loquuntur, paona-
ceum appellat.

Quæ sententia est vera de coloribus in
Iride magis apparentibus. Cæterum nega-
ri non potest prædictos colores in confinio
non nihil variari, vt non immerito Poeta
licuerit illius de Iride canere.

cen nubibus arcus

*Mille trabis varios aduerso sole colo-
res.*

Certè inter puiceum, & viridem, cum I-
ris ob maiore nubis opacitatem illustrior,
& expressior est, satis perspicuè apparet col-
or illauius, seu xanthus, esto puiceus ipse
seu croceus iuxta viridem positus videat-
ur flauus, idest aliqua ratione accedens
ad album, vt Aristot. supra cap 3 variis ex-
emplis explicat. Sed cur res tantum ferè
in Iride colores magis apparent, sic Aris-
toteo citato explicat, ut dicat hos colores,
vt, & alia multa ternario perfici, quasi di-
cat ternarium numerum esse perfectum,
vt dicitur initio primi de celo.

Aliter tamen responderi potest quia toti-
dem sunt magis insignes lucis, & opacita-
tis nubes, ex quibus hi colores oriun-
tur. Sicut enim lux sine vlla ferè opacitate
facit album, opacitas sine vlla ferè luce
nigrum, quæ sunt extreme colorum spe-
cies: ita varia lucis, & opacitatis mistio ef-
ficat medios colores, lux enim cum modica
opacitate colorum puiceum, cum ali-
quanto maiori opacitate viridem, cum ali-
quanto etiam maiori purpureum seu ceru-
leum, ex medijs vltimum, qui si paulo eua-
dat intensior in nigrum definit.

327. Ordinis, seu dispositionis colorum
in Iride causam refert Aristot. supra in ma-
iorem, maioremque vni-
colorum reflexorum, supponit enim ex Perspectiuis radi-
um perpendiculararem ad nubem dela-
tum esse omnium validissimum, & maxi-
mè penetrare nubem, sed minime reflecti,
seu esse in reflexione infimissimum, alios
verò non perpendiculares, quo magis a per-
pendiculari recedunt, eò minus validos esse,
minusque penetrare, sed magis reflecti,
seu esse in reflexione validiores, & hinc
colligit radios a perpendiculari remotiores,
& consequenter in reflexione validiores,
facere colorem a perpendiculari remo-
tiorem, i. puiceum, qui ex tribus prædi-
ctis maxime lumine abundat: minus remo-
tos, & consequenter in reflexione minus ua-

lidos, facere colorem a perpendiculari mi-
nus remotum, idest viridem, qui minus ab-
undat lumine: minus adhuc remotos, &
consequenter minus adhuc in reflexione
validos, facere colorem a perpendiculari
minus adhuc remotum, idest purpureum,
qui minus adhuc lumine abundat. Quæ ta-
men causa duas præcipuè habet difficul-
tates: altera est, quòd in tam paruo spatio,
quam est latitudo Iridis, non apparet, qui
tantopere variari adiorum vis possit: alte-
ra est, quòd supponit vaporem, seu nubem
in qua sit Iris, esse superficiem planam, ad
quam non nisi unus radius perpendicu-
laris ferri possit, cum tamen guttularum cõ-
geriè consistet quarum singulas suas radius
perpendicularis a sole propagari pos-
set.

328. Alia igitur eiusdem ordinis, seu
dispositionis colorum in Iride afferri ex
perspectiuis haud paulo congruentior cau-
sa potest, quia scilicet a sole illuminantur
non solum guttur illa, quæ soli opponun-
tur in anteriori nubis superficie, sed etiam
alia intra nubem, ad quandam vsque il-
lius profunditatem, ad quam radii facile
penetrare possunt. Ex quo sequitur, vt
anterior nubis pars, quæ maiori fouet
luce, & a qua consequenter minori cõ-
opacitate reflectuntur radii, habeat colo-
rem puiceum: Secunda verò paulo inter-
rior, quæ minorem habet lucem, & a qua
consequenter magis opacati radii ad nos
reflectuntur, habeat viridem: tertia ad-
huc vltior, quæ adhuc minorem lucem
participat, & a qua consequenter magis
adhuc opacati radii (quippe per primi-
mam etiam, & secundam nubis par-
tem transeuntes) reflectuntur, habeat
purpureum. Et quia planorum oculo sub-
limiorum, quæ remotiora sunt, depressio-
ra apparent, ideo color purpureus siccæ
a parte sit altior, quia tamen est remotior,
apparet depressior: supra illum verò im-
mediate apparet viridis, quia minus remo-
tus: & supra hunc puiceus, quia minus
adhuc remotus. Angustior verò, & debi-
lior plerumque apparet Iris in summo,
quam in imo, quia nubes in summo ple-
rumque tenuior est, ideoque facilius pene-
tratur a radiis, qui proinde debilius refle-
ctuntur, interdum verò illi uertex, inter-
dum alterum brachium deest defectu nu-
bis.

329. Insequentem fugere, fugietem ue-
rò nec qui videtur interdum Iris, quia, cū

nubes morans non in anteriori tantum, sed etiam in interiori parte ad quandam viciniam profunditatem, & quidem aliquando satis magnam, solaribus radiis illustratur, & consequenter Iridem referre possit, prout quisque ad nubem illam accedit, seruata tamen debita semper distantia, ita videt Iridem reflexam ex parte nubis interiori, & remotiori: prout vero a nube recedit seruata tamen semper debita distantia, ita videt Iridem reflexam ex parte nubis anteriori, & propinquiore: Quo fit, vt Iris insequentem fugere, fugientem vero insequi videatur, cum tamen non moueatur, sed alia, atque alia semper Iris, modo in remotiore, modo in propinquiore parte nubis appareat. Quod autem autem arbores, quibus Iris incubuerit reddi odoratas, id ex Arist. sect. 12. proble. 3. non semper, nec respectu omnium arborum, sed quarundam tantum modo euenit; & causam Arist. ipse recte tribuit humiditati rosicida nubis, quæ a quibusdam arboribus recepta, & natu calore concocta euaporat, & bene olet.

330. Fit Iris, vt plurimum, in media aeris regione, quia ibi, vt plurimum est nubes rosicida, eius tamen brachia sæpè in terram vsque dimittuntur, quando nubes rosicida cõsueque pertingit. Fit verò maxime ad orientem, vel occidentem, quia ita solis semper opponi debet, vt inter solem, & ipsam oculum intercipiatur, siquidem uideri debet: quæ causa est, vt nunquam nobis Iris ad meridiem appareat. Ad Septentrionem autem, etsi per hyemem, cum Sol èt meridians supra horizontem, non nimium nobis eleuatur, effici possit; ob segmenti tamen paruitatem, & nimiam inclinationem in partem solis, & nobis oppositam, vix appareat. Nihil etiam reputat interdum solis radios, directè ad nubem aliquam aquosam, ac desinat delatos, reflecti ad alias nubes rosicidas laterales, tam ad Septentrionem, quam ad Austrum, ibique Iridem efficere.

331. Nec rosicida, seu exterior Iris, quæ interdum apparet, fit per reflexionem primæ, seu interioris, sed immediatè per radios solis reflexos, ut prima, non tamen semel tantum, sed bis reflexos ita vt solis radii prius impingant in partem nubis rosicidæ, in qua est prima Iris, & inde alii reflectantur ad nos, illi. scilicet qui efficiunt primam Iridem, alii reflectantur ad partem superiorem eiusdem, vel alterius vicinæ nubis, a

qua iterum reflectantur ad nos, atque ita ibi efficiant secundam Iridem, eodem modo, quo illi inferiores ad nos reflexi efficiunt primam & consequenter secunda Iris non fit in eadè superficie, in qua est prima, sed in diuersa, & uersus nos inclinata, ut infra.

332. Inuerti sunt colores secundæ Iridis, hoc est in infima parte puniceus, in media uiridis, in supra purpureus; tunc quia radii ex infima parte fortius, ex media debilius, ex supra multo adhuc debilius, vt pote uertius protenti reflectuntur: tunc quia ipsi radii minus in infima parte nubis, magis in media, & adhuc magis in supra, quippe oium maxime interiori, opacitè, & pæua in infima efficiunt colore paniceu, in media uiridè, in supra purpureu. Color tunc purpureus in prima Iride apparet in infima parte licet a parte rei sit in supra, quia in eodè plano est remotior, idè: vt sub angulo inferiori. In secundâ autem apparet in supra, quia re uera est in supra, sed magis uersus nos inclinata, quam sit media aut infima, & consequenter vt sub angulo superiori. Color uerò uiridis in secundâ non mutatur, sed mediè sed occupat, quia oritur ex mixtione lucis, & opacitatis media inter eam, ex qua oritur paniceus, qui plus lucis, & eadè, ex qua oritur purpureus, qui plus opacitatis requirit, mistio autem media reperitur inter extremas.

333. Maior est secunda Iris, quam prima, quia reflectitur a nube, seu parte nubis superiori. Inter primam autem, & secundam Iridem idcirco nullus apparet color, quia reflexio non fit nisi a determinato puncto ad determinatum punctum.

Observauit tamen vitello libe. 10. propos. 71. non ita semper inter primam, & secundam relinqui spatium, ut duæ interdum iuter se contigux non appareant, quando superficies uitius non est admodum remota a superficie alterius, & una ante alteram; unde est, vt sub eodem angulo, & coloribus non contrario, sed eodem ordine dispositis uideantur. Idcirco uerò secunda Iris semper est concentrica primæ, quia secunda Iris fit per radios reflexos a loco primæ Iridis ad partem superiorem, vt dictum est, iuter hos autem illi tantum possunt facere secundam Iridem, qui a prima ad secundam transeunt eam qualitate angularum: ex quo necessè fit sequitur, ut secunda æquidistet, & sit concentrica primæ.

Ac licet Ariſtoci. ſupra cap. 1. neget pluſquam duas Irides ſimul conſpici: id tamen ita limitandum eſt, vt plerunque, non autem, vt ſemper, etiam in concentricis, verum fit. Eſt cum tertia (vt alias interim vltimiores mitta interdum viſas) fit (eodẽ autem proportionaliter modo fit, quo ſecũda) coloribus ob reflexionis debilitatem propemodum euaneſcentibus, vix apparet.

35
Lunæ iris

334 Lunæ iris non habet illam colorum diſtinctionem, tum ob radiorum Lunæ debilitatem, tum quia, vt inquit Ariſt. ſupra cap. 1. colores in tenebris latent, atq; ita candidiſſis tantum quidam fulgor apparet. Rarius etiam multo apparet, quàm ſolis, tum ob luminis Lunæ debilitatem, tum quia fit noctũ, quo tpe minus obſeruatur; ſic verò tantũ in plenilunio ex Ariſtotele, vel certè circa plenilunium ſaltem, vt plurimum ex aliis; ob eandem luminis Lunæ debilitatem, quæ quoniam in aliis aſtris adhuc maior eſt, idcirco nulla in illis fit Iris.

36
Hæ. 99.

335 Halon à Græcis id eſt area dicitur, quæ aptius à Latinis corona vocatur, & nihil aliud eſt, quàm lucidus quidam circulus apparens circa Solem, aut Lunam, aut aliquod aliud aſtrum ex fulgidioribus, cuiusmodi ſunt reliqui planetæ, & ſtelle primæ magnitudinis. Materia itaque Halonis eſt eadem ſerè, quæ Iridis, hoc eſt nubes roſcida, ſed interſperſa, & aſtrum conſtituta, quæ nec nimis denſa eſſe debet, ne aſtrum occultet, nec nimis rara, vt apparentia circa aſtrum fieri poſſit.

Efficiens eiuſdem eſt tonnen illius aſtri, circa quod apparet, non tamen per incorporationem, vt quidam loquuntur, ſeu miſtionem luminis aſtri cum vapore ad eum modum, quo in nubibus ſunt interdum colores albi, nigri, ſanguinei, &c. nec per refractionem luminis aſtri in prædictum colorem impingentis: Sed per reflexionem, vt fit Iris, cum hoc tamen diſcrimine: quod in Iride debet oculus eſſe inter aſtrum, & vaporem: in Halone verò debet vapor eſſe inter aſtrum, & oculum. Non apparent in Halone colores Iridis, quia lux non ita cum opacitate miſceatur, & ad nos refleſcitur in Halone, vt in Iride. Fieri tamen poteſt, vt in Halone ſolis ex parte ſuperiori concurrant omnes cauſæ Iridis, & conſequenter eſt formetur Iris, quàm perfectè circulaſem videret, qui inter vaporem, & Solem eſſet conſtitutus; quemadmodum cõtra fieri poteſt,

vt quando nobis apparet Iris in eodem vapore, aliis poſt illum conſtitutis Halone, vel ſegmentum Halonis appareat, non repræſentatur autem in Halone ima go, ſed tantũ ſplendor aſtri ob exiguitatem turrularum, quæ vicem ſpeculi gerunt, vt fit etiam in Iride.

336 Virgæ dicuntur zonæ quædam perpendiculariter deſcendentes, quæ ad latera ſolis nunc puniceæ, nunc viridies, nunc purpureæ, nunc duobus ſimul, aut etiam tribus diſtinctè coloribus pro varia nubis diſpoſitione apparent, & virgarum ſimilitudinem referunt. Parelii à Græcis quaſi iuxta Solem, dicuntur imagines ſolis, quæ in nube ad ſolis ipſius latera interdum apparent. Sicut Paraſelini ab ipſidem, quaſi iuxta Lunam dicuntur, quæ in nube ad Lunæ ipſius latera non nunquam conſpiciuntur. Quorum omnium materia eſt nubes roſcida, quæ tamen inæqualis quoad denſitatem, & raritatem eſſe debet, vt in ea appareant virgæ: æquabilis autem, & denſa inſtar magni cuiuſdam ſpeculi, vt in ea conſpiciantur Parelii, aut Paraſelini. Eſſiciens Virgarum, & Pareliorum eſt ſol, Paraſelinorum Luna per radios reflexos, vt proportionaliter de Iride, & Halone diximus, etiã de virgis maior aliqua videtur eſſe difficultas: ex his alia quædam de virgis Pareliis, & Paraſelini quaſitiones facile ſolui poſſunt. Atque hæc de impreſſionibus aqueis.

337 Superſunt impreſſiones terræ, quæ ſunt terræ motus, venti, Procella, vortex, & Preſter. Terræ motus quid fit, ex nomine ipſo patet. Sed diſcultas eſt de illius cauſa efficiente. Admittenda tamen non eſt Anaxagoræ Clazomeniſis ſententia, qui terræ motum ab æthere propter inſitam leuitatem ſurſum nitentis, & terram concutientis fieri dixit, ſive per ætherem intellexerit ignem, ſive quod probabilius eſt, ætherem, quo terram ob ſuam latitudinem ſineri putaret: nec Democriti, qui ab aqua intra incluſa effici voluit, licet eius ſententia alii aliter referant: nec Anaximenes Mileſis, qui ab ipſa terra, dum aliqui illius partes, vel ob ſiccitatem, vel ob humiditatem nimiam abruptæ in fundum cœternarum decidunt, excitari conſeuit: nec eorum, inter quos Thales Mileſis referunt, qui terram aquæ innatare, ac proinde, cum aqua temperatibus, ac procellis ſub ipſa agitur, concuti, atque huiuſmodi concuſionem terræ motum eſſe affirmant.

37
Virgæ Pa-
rely Pa-
raſelini.

38
Terræ motus
100.

runt: nec Epicuri, qui ab aere intra terram incluso, & in eius cauitates impingente eueni exilitimauit: nec eorum, qui ab ignibus subterraneis, vel per copiosam nactis materiam, vel per antiperistaltam coarctatis, ideoque exitum per terrae cauitates quarrentibus: nec aliorum, qui a vëtis se in terram insinuantibus, ibique in angustiis tumultuantibus originem docere asseruerunt; licet enim his duobus postremis modis terrae motus interdum fieri possit, ordinariè tamen efficitur, ut Aristotel. lib. 2. sum. 3. cap. 1. & Peripat. docent, ab exhalatione calidis, & siccis in magna copia, intra terram inclusis, & foras erumpere conantibus; nec tamen exitum inuenientibus; quo fit, vt crebrò, magnoque impetu ad terrae cauitates allisa illam quate faciant.

338 Dnas terrae motus species distinguunt Aristoteles supra, alteram tremori, alteram pulsui similem Prior fit, quando exhalatio intra terram inclusa latius, quam profundius extenditur, & terram modo in hanc, modo in illam partem tremulo motu agitatur: Posterior fit, quando exhalatio profundius, quam latius diffunditur, & sursum nitens terram attollit, rursumque pondere victa remittit, atque ita sursum, deorsum mouet. Quarum specierum prior facilius, sed minus periculosa, posterior difficilius, sed periculosior est. Alii addunt alias duas species; quarum alteram uocant inclinationem, cum terra in vnam partem, ut nauigium vento à latere impulsum inclinat: alteram variationem, cum terrae contrariis motibus quatitur: sed haec species, & aliae, quae ex effectibus terrae motus à quibusdam distinguuntur, ad species ab Aristotele assignatas facile reuocantur.

339 Idcirco autem ibi pluri, & maxima terra motus cientur, ubi mare fluit, & regio fungosa, laxa, cauernosa, & moderate calida est, & vere, atque autumnus, itemque in pluuibus, & siccitatibus, & aere tranquillo, atque a ventis non agitato ex Aristoteli supra, & alijs; quia ubi mare fluit, quod maxime in locis angustijs fit, exhalatio è terra exire prohibetur, ideoque illam concutit: ubi verò regio fungosa, laxa, cauernosa, & moderate calida est, plurimum exhalationum est capax, quibus magis concuti potest, praesertim si in partibus superioribus humidior, ideoque inclusis exhalationibus minus perula fit. Vere autem,

& Autumno, alijsque praedictis temporibus, status, seu exhalationes, quae terrae motum efficiunt, magis abundant Varij sunt terrae motus effectus, sed noti, illud tantum nouerim varijs interdum ab illo educti non per varietate exhalationis, & locorum, ad quae alliditur: interdum etiam in foenum sine agitatione ferri, cum exhalatio debiliore est. Varia etiam eius signa asseruntur, vt aquarum in puteis turbatio, vel ebullitio, maris tumor, nullis flantibus ventis, & alia, sed pieraque ualde incerta.

340 Ventus non est, vt quibusdam antiquorum ex 2. Meteor. sum. 1. cap. 1. placuit, aer motus, sed vt Aristot. alijque conuincunt Philosophi censent, exhalationes ex praedominio heca circa terram agitatae. Quare illius materia est exhalatio ex praedominio sicca, cui proinde vaporis aliquid admixtum esse nil verat: forma circa terram agitatio. Efficiens eiusdem duplex est, alterum quoad incohesionem, & hoc docet Aristot. esse solem suo calore: eleuantem exhalationes: alterum quoad perfectionem, seu agitationem praedictam, & de hoc magna est controuersia. Dicendum tamen videtur, ventum non excitari, quia exhalatio iam eleuata à caeli, & aeris conuersione moueatur: nec quia exhalatio ascendens a motu aeris supra montium: ita in gyrum caelestis motus vi aëis repellitur: nec quia exhalatio ascendens, occurrensque vaporibus, & exhalationibus siue factis, & descendentibus, ab illis respersa oblique feratur: nec quia exhalatio calida, & sicca, ubi ad media regionem peruenerit, illius frigore repulsa, oblique ferri cogatur: nec denique quia caetera semper syderum coniunctiones, oppositiones, aspectus, ortus occasus, certis modis exhalationes circa terram incitent: quibus tamen omnibus opinionibus inuenti patroni sunt.

341 Vera igitur causa ventum proxime excitans, seu agitationem praedictam efficiens, tam subtiliter, quam breuiter indicata videtur ab Aristoteli. sect. 2. 6. probl. 50. ubi docet, vëtrum in latum moueri; quia cum duplex habeat principium motus, alterum sursum, alterum deorsum tendens, & neutrum alterum superet, nec fieri possit, vt maneat, oblique feratur: necesse est, vt de syderibus uolantibus, & fulmine diximus.

Per duplex autem praedictum principium venti, seu exhalationis praedictae, vt

telligit Ar. calorem, & frigiditatem, seu leuitatem ex calore, & grauitatem ex frigiditate procedentem, quibus, ad æqualitatem, ac velut libramentum redactis, exhalatio incipit obliquè moueri. Rectè autem Aristot. l. 1. summ. 2 cap. 1. monet, Quemadmodum ad generationem fluminum multæ guttæ hinc inde eocunt, donec efficiant fontes iuxta eiuſdem Aristoſtel. ſententiam ſupra explicatam, ex quibus deinde manant flumina: ſic ad generationem uentorum multas modicas exhalationes ad libramentum, quod diximus, redactas vnum in locum confluere, donec venti quaſi fontem efficiant. Et ſicut flumina in decurſu multas hinc inde aquas accipiunt, quibus augentur: ita etiam ventos in progreſſu multas alias ſimiles exhalationes ſibi adiungere, quibus maiores, & validioresque ſiunt; locum verò, ubi prædictum principium, ac ueluti ſons uentorum conſtituitur; eſſe medium aeris regionem ex Arift. loco proxime citato colligitur, & rationi, atque experientie conſentaneum eſt.

342 Quod ſi quaeratur, cur exhalatio etiam ad æquilibrium, quod diximus, redacta in hanc potius, quam in aliam partem moueatur: reſpondetur non vnam eandemque ſemper, ſed varias huius determinationis cauſam eſſe. Interdum enim nimium eſt frigus ab vna parte, ut ad Septentrionem: interdum nimius calor, ut ad Auſtrum: exhalatio autem, qua conſtat ventus, vtpote temperata, ut diximus, tam nimium frigus, quam nimium calorem reſugiens tendit in partem oppoſitam.

Interdum etiam ab vna parte ſunt pluuiæ, quas exhalatio ſicca fugiens, aliam in partem vertitur. Interdum obſtant montes, in quos impingens exhalatio aliorum repellitur: interdum nubes: interdum alia exhalatio iam cepta moueri, aut etiam uapor aſcendens, aut deſcendens: Quodlibet autem horum ſufficit ad exhalationem huc potius, quam illuc incitandam: Interdum denique exhalatio, qua conſtat ventus, è nube, qua continebatur, violenter egreditur, ut infra, & ipſo egrediendi modo, ipſaque nubis ſuiſione ad motum in hanc potius partem, quam in aliam determinatur.

343 Mora, ut dictum eſt, exhalatio, mox conſequenter aerem natura ſua maxime agitabilem, qui rem impellentem præcurrit, & ei quodammodo vehiculum fit, quo in eam partem deferatur, in quam

aer ipſe impellitur ad eum modum, quo nauis in flumine deferretur ad motu aque. Poſteriores tamen, & ſubinde ſuccedentes exhalationes velocius mouentur, quàm priores, quia patefactam iam viam, & diuſam aerem, eandemque in partem etiam a lateribus incitatur inueniunt. Ex quo fit, ut vêtus vehemèrior ſit in medio, quam in principio, ubi oritur, aut in fine, ubi deſinit.

Atque ita ſatis explicata videtur cæ uentorum efficiens. Finis eorundem multiplex eſt. Ordinatur enim vêtus nunc ad nubes, & pluuias huc illuc deferendas, nunc ad ſerenitatem inducendam, nunc ad refrigerandum aerem, nunc è contrario ad calcificandum, nunc ad humectandum, nunc ad exſiccandum. Ex locis enim frigidis, per quæ tranſit, aerem frigidum, & exhalationes, vaporesque frigidos ex calidis calidum, &c. ſecum deſert. Præterea aeris, & aquas præcipuè magis agitado ſeruat a putrefactione, faciet nauigationibus, & varios alios habet effectus pro varietate locorum, a quibus, & per quæ ſpirat.

344 A qualibet peripheriæ horiontis cuiuslibet parte ſiunt venti, vt certus eorum numerus iniri non poſſit. Quattuor tamen principales a quattuor præcipuis mundi partibus, hoc eſt a Septentrione, a meridie, ab Oriente, & ab Occidente ſpirantes diſtinguuntur, inter quos alii quattuor collaterales ſatis communiter notati conſtituuntur. Primus igitur eſt Boreas, ſive Aquilo, ſive Aparctias, Italicè Tra montana, qui ſpirat a Septentrione. Secundus illi oppoſitus (intellige ſemper per diametrum) Notus, ſive Auſter, Italicè Oſtro, è Mezo giorno. Tertius Apeliotes, id eſt ſubſolanus Italicè Leuante, qui ſtat ab ortu æquinoctiali. Quartus illi oppoſitus Zephyrus, ſeu Fauonius, Italicè Ponète, qui ſpirat ab occaſu æquinoctiali. Primus autem collateralium eſt Cæcias, Italicè Græco Leuante, qui ſtat ab ortu æſtivali. Secundus illi oppoſitus Lybs, ſive Africus, Italicè Garbino, qui ſpirat ab ortu hyemali. Tertius Eurus, ſeu Vulturnus, Italicè Sirocco, qui ſpirat ab ortu æſtivali. Quartus illi oppoſitus Argeſtes, ſeu Sciron, & ſecondus alios Corus, Italicè Maefiro, qui ſtat ab occaſu æſtivali. His addit Ariftot. tres alios item collaterales, ſed mitius præcipuos; quorum primus eſt Traſcias, inter Boream, & Argeſtem. Secundus illi oppoſitus Phœnicias, qui ab aliis dicitur Euroauſter inter Auſtrum, & Eurum. Tertius Meſes inter Bo-

redam, & Circiam, quibus non ab Arist. sed ab aliis adiumentur quartus Mesi oppositus, qui dicitur Lybonotus, vel Auster Africanus, Italicè Lebecchio, inter Austrum, & Africum Ex quo patet Aristotel. vendicim tantum numerasse ventos, & plures à Septentrione, quàm à meridie, cum nauæ in vsu nauigationis duos, & triginta distinguere soleant.

345 Nominauit nihilominus Aristot. sup. cap. 2. quattuor ventos Etesias, Prodomos, Leuconotos, & Ormithias, sed à prædictis nomine tantum differentes. Etesia dicitur annui vèti, qui vt plurimum spirare incipiunt trigesima die post æstiuam versionem, sole ingrediente Leonem; quo tempore, & canis oritur, & secundum Aristot. venti Boreales, quod dicitur verum esse in Ponto; in Hispania autem, & Asia dicuntur esse orientales, alibi meridionales ex aliis. Prodomi dicuntur venti, qui octo circiter diebus præcurrunt Etesijs debilius flantes. Leuconoti dicuntur noti quidam afferentes serenitatem, & spirare incipientes post hibernam versionem. Ormithia dicuntur, qui septuagesima circiter die post hyemalem versionem incipiunt, quos Aristoteles uocat Etesias debiles, & spirant ab Austro, suoque statu calido, & humido auium procreationi cõferunt. Præter prædictos autem vètos, quorum distributio accommodata est orbi nostro, alij quidè sunt, qui prouinciales, hoc est quarundam Prouinciarum proprii dicuntur, cuiusmodi est in Prouincia Narbonensi Circius nulli violentia inferior: qui ventis ex peculiari locorum habitudine, syluis, montib. niuib. alijque id genus causis, quæ exhalationum materiam copiose subministrare possunt, oriuntur.

346 Causa verò, cur venti quidam, vt supra dicti Etesia stas ferè temporibus incipiant, & desinât, est: quia ventus incipit, cum exhalatio redacta est ad æquilibrium caloris, & frigoris, & consequenter leuitatis, & grauitatis, quod diximus; desinit verò, cum æquilibrium illud tollitur; ad hoc autem confert præcipuè Sol, qui suo accessu, & recessu, maiorique, aut minori calore illud in exhalatione æquilibrium nunc inducit, nunc tollit. Ex quo facile intelligas, cur Sole, vel oriente, vel occidente insurgeat, & inualescere, in eclypsi Solis, aut Lunæ, itemque in pluuijs, cessare, aut minui, vt plurimum venti soleant, &c. A vento non nisi accidentaliter differunt, Procella,

Vortex, & Pæster, quæ nihil aliud sunt, quam exhalatio, vel per antiperistasisim, vel per attritionem calefacta, & rarefacta ideoque è nube magno impetu erumpens, quæ si non voluatur, sed recta feratur, licet non perpendiculariter, sed in latum, dicitur Procella, & Ecnephas, quæ si è nube: si vero in gyrum acta rotetur, dicitur Vortex, Turbo, & Typhon: si denique flammam concipiat, ita vt non tantum flatum, sed etiam ignem secum deferat, dicitur Pæster, quæsi incensio, seu incensus turbo. Ac Vortex quidem in gyrum mouetur, vel quia per tortuosos anfractus exhalatio è nube prorumpit: vel quia in alia impingit nubem, atque ita in se reflectitur, & circumuoluitur: vel quia etiam si è nube recta descendat, prima tamen eius pars, quæ in terram impingit, ab ea repellitur, atque reflectitur, idemque facit alia, atq; alia pars sequens, ita vt tota exhalatio in gyrum agatur, vt sæpe facit aqua in fluminibus, cum saxum, aliumuè obicem inuenit. Pæster autem catenus inter ventos numeratur, quatenus constat exhalatione non accensa: quæ tenus

ve-
ro adiunctum habet ignem, refertur inter impressiones ignitas: differet tamen à fulmine, non solum, quod plus flammam, quam fulmen habet, fulmen ve-
rò è contrario: sed etiam, quod accenditur prope terram, fulmen verò in nubibus, vt supra dictum est.



Vortex,
Pæster:

Mista perfecta inanima-
ta.

Cap. XVI.

347



Mistis imperfectis, de quibus capite superiori, proximus gradus est ad mista perfecta, & quidē inanimata. Porro mistio, vnde mista dicuntur, dupliciter sumitur. Primo latē pro quacunque iuxta positionē plurium, præsertim aliquo modo diuersorum, Secundo præse pro vnione plurium natura diuersorum non quacūque, sed tali, vt ex illis pluribus resultet alia natura ab illis omnibus diuersa, vel solum accidentaliter, vt accidit in mistis imperfectis, vt sunt grando, nix, & alia, de quibus cap. superiori, vel substantialiter, vt accidit in mistis perfectis, vt sunt lapides, metalla, &c. & mistio in hac secunda acceptione, quam dari constat, recte ab Aristot. in fine libri primi de Generatione definitur miscibilium alteratorum vnio.

In qua definitione vnio ponitur loco generis, miscibilium alteratorum, loco differentie, nomine autem vnionis non intelligitur quælibet vnio, sed vna forma substantialis ex miscibilibus alteratis resultans. nomine verò miscibilium, quæ Aristot. ante allatam definitiōem explicauerat, intelliguntur elementa, quæ miscentur, & in vna misti naturam coalescunt: nomine deniq; alteratorum significatur mutua elementorum inter se alteratio, ad misionem, hoc est ad hoc, vt elementa in vnam misti naturam coalescant prærequisita: sine per huiusmodi alterationem corruptantur omnino quoad suam substantiam, sine non, de quo infra.

348 Non ideo tamen nomine miscibilium, in allata definitione intelligitur elementa, quia omnis præse nichil mistio fiat ex elementis, cum in se etiam ex mistis vnio, vel mistio fit, sed quia Aristot. eam definitionem non generatim definiuit, quæ sit ex elementis, sed quæ sit a natura naturaliter est prima, & secundum ab aliis, quæ sunt inme-

diatē ex mistis. Conditiones autem miscibilium, quæ ex Aristote. lib. 1. de Generat. colliguntur, sunt primò ex text. 83. vt miscibilia sint substantia. Secundo ex text. 87. vt sint inuicem actiua, & passiuæ, & conuenienter in materia conueniant: Tertio ex text. 88. vt sint diuisibilia in tenues partes. Quarto ex text. 88. 89. & 90. vt non se valde excedant, sed habeant aliquam æqualitatem, seu conuenientiam in secundum magnitudinem. Quinto ex text. 86. vt vnaquæque pars misti sit mista, sen habeat intra se omnia miscibilia. Sexto ex text. 84. vt miscibilia ex mixto separari, idest facile generari possint.

350 Generatio verò misti recte ab eodem Aristot. definitur 4. Meteor. sum. 1. c. 2. illis verbis: est autem simplex, & naturalis generatio (intellige misti) transmutatio (intellige totius in totum, &c. ut dictū est cap. 12 in definitione generationis substantialis in communi, seu abstractis ad generationem substantialis elementorum, & mistorum) ab his virtutibus (idest a calore, & frigore, quorum ante meminerat) cū habeant rationē ex subiecta materia vnicuique naturæ: idest quādo habuerint prædictæ virtutes actiue, vel calor, & frigus, eam proportionem ad alias duas qualitates passiuas, circa quas, vt circa materiam agunt, quam postulat natura cuiusque misti: Ita vt sensus sit, generatiōem misti esse transmutationem, (intellige non formaliter, sed concomitanter, vt dictum est in definitione Generationis in communi) totius in totum factam a qualitatibus actiuis, calore scilicet, & frigore, cum ita dominantur humido, & sicco, vt requirunt ad formam cuiusque misti producendam; sunt autem mistio, & generatio misti realiter idem, sed formaliter, seu virtualiter differunt, ita ut eadem productio formæ misti spectata in ordine ad miscibilia, ex quibus resultat, dicatur mistio, spectata verò in ordine ad mistum, quod per illam generatur, dicatur generatio misti.

351 Elementa in misto non manent, vt Stoicis placuisse serunt, tam secundum suas formas substantiales integras, aut refractas se inuicē penetrantes, ita ut in qua libet particula misti sint omnia quatuor elementa, quæ iterum separari possint: nec, vt aliis vnium est, secundum formas substantiales integras, aut etiam refractas, diuisa tamen in partes minutas, vel simpliciter, vel ad sensum, & iuxta posita: nec de

3
Genera-
tionis mi-
sti defini-
tio.

1
Mistio
u. p. 1000.

3
Quomodo
elementa
in misto
sint.

denique multas opiniones paucis complectar, vilo modo secundum formas substantiales integras, aut refractas, sine illi dicitur superuenire alia forma misti ab illis omnibus distincta, sine non: sed omnino corrumpuntur, & manent tantum quoad materiam, & qualitates refractas, seu, quod pro eodem accipimus, non manent actu, sed tantum potentia, seu virtute, hoc est secundum materiam, & qualitates, refractas tamen, & castigatas. Quare mistum perfectum, seu substantiale, non ideo dicitur, mistum perfectum, seu substantiale, & distinguitur a corpore simplici, quia actu in sua substantia includat plures entitates realiter inter se distinctas, quam includat corpus simplex: cum tam corpus mistum, vt lapis, aliudue tale inanimatum (de his enim hic loquimur) quam corpus simplex saltem elementare, vt terra, aut aqua, consistat vnica materia, & vnica forma substantiali quarum vtraque simplex est, seu non composita ex pluribus materiis, pluribusue formis: sed quia tali constat forma substantiali misti propria, quae & virtute continet formas omnium elementorum, quatenus participat vt sibi naturaliter debitas qualitates omnium elementorum, refractas tamen, & non in gradu connaturali elementis, ratione quarum facile ex illo generari possunt elementa, praesertim illud; cuius qualitates in illo praedominantur, quod non conuenit vlli elemento; & est principium aliarum plurium proprietatum, quam sit quodlibet elementum: quod propterea recte, non corpus mistum, sed simplex appellatur.

352 Neque vero necesse est, aut fieri naturaliter potest, vt ad omnem missionem, loquendo etiam de illa, quae fit immediate ex elementis, concurrant oia elementa secundum suam substantiam. Terra tamen, aquam, & aerem, seu exhalationem terrae, vaporem aequum, & aerem, ad pleraque mista concurrere secundum suam substantiam non est difficile. Atque aliquorum quidem mistorum inanimatorum imperfectiorum causa efficiens principalis sunt elementa per suas virtutes ad illa concurrentia: aliorum vero perfectiorum sunt tum elementa, quae ad illa per suas virtutes concurrunt, tum etiam Sol, & astra per suum calorem; aliorum denique praeter elementa Solem, & astra est mistum eiusdem speciei per virtutem mineralium.

353 Misti temperamentum, seu complexio, nihil aliud est, quam aggregatum qualitarum cuiusque misti propriarum. Sed hoc aggregatum, & consequenter temperamentum, seu complexio cuiusque misti propria tripliciter sumi potest. Primo pro aggregato primarum qualitarum, secundum pro aggregato secundarum qualitarum cuiusque misti propriarum. Tertio pro aggregato primarum simul, & secundarum qualitarum cuiusque misti propriarum. Vnde colligas hoc temperamentum, non solum non esse puram relationem, licet primo modo sumptum desinri etiam soleat primarum qualitarum symmetria, seu proportio cuiusque misti propria; quae si dicas esse ipsas primas qualitates certa inter se proportione permixtas cuiusque misti propriae: quomodo inuoluit etiam relationem proportionis primarum qualitarum inter se: verum nec esse vnam simplicem qualitatem, sed multiplicem, seu aggregatum, vt diximus multarum. Iam multiplex est species, & numerus misti temperamentum, seu complexio, quot species, & numero sunt mista. In vniuersum tamen primo modo supradicto sumptum duplex distingui solet, vniforme, & disforme. Vniforme dicitur, in quo omnes qualitates pariter intentae reperiuntur: disforme in quo vna, vel duae primae qualitates alias in intentione superant mistumque denominant. Et hoc rursus in simplex, & compositum diuiditur. Simplex dicitur, quando vna tantum compositum, quando duae primae qualitates alias superant, mistumque denominant. extenduntur tamen haec diuisiones ad temperamentum etiam sumptum aliis duobus modis supradictis, & praecipue secundum qualitates motrices. Solet autem temperamentum vniforme, seu omnino aequale, omniumque temperatissimi mudi temperamentum ad pondus, quasi aequo pondere libratum: temperamentum vero disforme, seu inaequale, temperamentum ad iustitiam (intellige distributivam) quod a natura cuiusque misto, diuersum quidem pro eius naturae diuersitate, sed iusta tamen, eique convenienti portione distribuat. Et hoc quidem secundum naturam dari constat. de primo autem est difficultas.

354 Ac primum non constat, an in natura deur in toto aliquo misto homogeneo temperamentum ad pondus in qualitatibus alteratricibus, non est tamen im-

Misti
propriae;
simp.

Concur-
sus elemi-
torum ad
mista.

Mistum
efficiens.

poſſibile dari. In toto autem aliquo miſto heterogeneo, cuiuſmodi eſt animatum, temperamentum ad pondus, ſive illi miſto conueniens, ſive diſſentaneum in qualitatibus alteratricibus dari naturaliter non poſteſt, licet in aliqua illius parte in ſuo ſtatū omnino naturali, & perfectō conſtituta, ut in interiori manus, & præſerim extremo digitorum cute, dari probabile ſit: ſicut etiam probabile videtur in aliquo etiam viuente reperiri naturaliter, aut certè ab extrinſeco agente in illo produci poſſe temperamentum ad pondus in qualitatibus alteratricibus hoc modo acceptam, ut etiam ſi una pars ſit calidior, altera frigidior, &c. in toto tamen viuente tantum ſit calor, & quantum frigoris, &c. nec item conſtat, an in natura detur de factō in vilo miſto temperamentum ad pondus in qualitatibus motricibus; nulla tamen apparet repugnantiā, quin in aliquo miſto homogeneo dari poſſit. Denique nec conſtat, an in natura detur in illo miſto temperamentum ad pondus in qualitatibus motricibus, & alteratricibus ſimul: nulla tamen apparet repugnantiā, quin in aliquo miſto homogeneo dari poſſit. Et ſicut in genere illud eſt omnium præſantiſſimum temperamentum, quo temperatur materia inſeruiens formæ omnium præſantiſſimæ, vnde conſequitur humani corporis temperamentum eſſe omnium exquisitiſſimum, & optimū: ita in vnaquaque ſpecie illud, quo ita temperatur materia, ut illius ſpeciei formæ maximè conuenit.

7
Cæterum
corpus præ
morum
qualitatiū
ad miſtū

355 Cum autem temperatura primarium qualitatum, quæ in materia inducitur actiue ad productionem mixti concurrit, ſecundum omnes quidem qualitates in ſe incluſas, ſed præcipue ſecundum calorem concurrit. Ac licet frigus, quatenus ad productionem miſti concurrit temperando calorem, non concurrat per ſe, ſed per accidens: ad miſtum tamen iam productum indurandum, & ſolidandum, ut ei conuenit, concurrit per ſe: immo ad ipſam etiam miſti productionem per ſe concurrit, tum actione præuiā, quatenus materiam ita condeuſat, ut ad miſti generationem opus eſt, tum etiam actione immediata, quatenus illius aliarumque trium primarum qualitatum tanquam adequati inſtrumenti ſi exiſtit ipſa generatio ſubſtan-

tialis miſti. Quam ob rem quod dicitur frigus eſſe naturæ inimicum, non eſt intelligendum de quolibet frigore, ſed de valde intenso, nec de quolibet natura, ſed tantum de perſiſtente. Quod etiam dicitur, frigus non ingredi opus naturæ, ſeu quod idem eſt, non concurrere per ſe ad opus naturæ, non eſt intelligendum de quolibet opere naturæ, ſed de opere, ſeu operatione vitali, nec de hac tamen vniuerſaliter, ſed tantum, ut plurimum.

356 Generationi miſti rectè docet Ariſtotel quarto Meteor. Summ. 1. cap. ſecundo, tanquam contrarium maxime commune opponi putrefactionem, ſeu putredinem, quam ibidem in hunc modum definit. Putrefactio eſt corruptio eius, quæ in vnoquoque humido proprie, & ſecundum naturam caliditatis ab aliena caliditate; hæc autem eſt, quæ ambientis: in qua definitione, quæ optima eſt, explicatur, non ſolum eſſentia putrefactionis, quæ conſiſtit in corruptione caloris proprii, & naturalis, qui eſt in vno quoque humido, facta medijs partibus humidis, quæ extrahitur, ut mox dicitur, ſed etiam cauſa efficiens, quæ eſt calor alienus exiſtens in ambiente, ſive ambiens ſit aer, ſive aliud quodcunque corpus, & ſive calor in corpore ambiente exiſtens, ſit illi naturalis, ſive aduentitius: Qui cum calidior eſt quam calor humidus, quod ambiatur, in humidum illud agit calefaciendo, rarefaciendo, reddendo leuiorem, & eleuando partes humidiores, & facilius ab alijs ſeparabiles, & conſequenter eleuat, & ſeparat etiam calorem proprium, & naturalem in illis partibus inſidentem, & reliquit ſolum partes craſſiores, & ſicciores. Quare prædicta caloris proprii, & naturalis corruptio, reuera quædam eſt ipſius in partibus humidioribus inſidentis ſeparatio ab eo, cuius dicebatur eſſe proprius, & naturalis, reſpectu cuius proinde rectè dicitur corruptio, licet ſecundum ſe in partibus illis humidioribus ſeparatis remanere diu poſſit.

357 Ex his multa ad putrefactionem pertinentia problemata facile ſoluas, ut cur humida putrefeſcant ſicca ut ignis, & cinis, non putrefeſcant: cur Medici cum apoſtoma, aut aliquid aliud deducere ad putredinem volunt cataplaſmata, & medicamenta, adhibeant humectantia, & calefacientia: Cur concreta, & dura minus putre-

Putrefactio
Bio.

scant, quàm liquida : cur glacies, & alia per frigida non putrescant: Cur hiberno tēpore, præsertim sereno cælo, & fiante Boreâ minus, quàm æstiuo res putrescant : Cur quæ putrescunt initio humidiora, in fine sicciora fiant: Cur quæ feruent, aut valde calida sunt, non putrescant : cur quæ flunt, vt flumina, minus putredini obnoxia sint, quàm quæ manent, vt aquæ stagnantes, & palustres. Cur maiora, & densiora difficilior, minora, & minorâ facilius putrescant : Cur in vniuersum humida, & calida tantum putredinem contrahant.

358 Sed duplex distinguenda est putrefactio. Vna præse dicta, & perfecta supra ab Aristote definita, quæ extractione humidæ calidi naturalis substantialiter tādē rem mutat: altera latè dicta, & imperfecta, quæ dupliciter adhuc sumi potest, vel pro putrefactione præse dicta, nō dum tamen absoluta, sed tendēte ad suam perfectionem, seu vt magis propriè loquamur, pro alteratione præuia putrefactioni præse dictæ: vel pro alteratione, non quidem præuia putrefactioni præse dictæ, seu non habente ex se consequentem putrefactionem præse dictam, remouente tamen aliquo modo rema suo statu naturali. Ac putrefactio, quidein præse dicta, vel etiam latè dicta sumpta primo modo conuenit tantum mistis: non autem elementis puris, aut impuris: putrefactio autem latè dicta sumpta secundo modo conuenit etiam elementis, sed impuris, vno tamē excepto igne.

359 Explicata generatione, & corruptione misti in communi rectè Aristot. 4. Meteor. sum. 1. c. 3. incipit explicare passiones quasdam, quæ misto in suo esse iam constituto conueniunt: ac primùm illas, quæ a duabus qualitatibus actiuis, concoctione scilicet, quæ a calore, & concoctionem, quæ a frigore proueniunt. Concoctio rectè ibidem definitur, perfectio à naturali, & proprio calido ex oppositis passiuis, hæc autē sunt propria vnicuique materia: Dicitur (perfectio) vt significetur ea, quæ concoquantur omnia aliquo modo perfici, vel in se, vel saltem in ordine ad aliquid aliud: hoc adhuc dupliciter, vel accidentaliter, scilicet substantialiter; sicut duplex est concoctio: altera, quæ res mutantur tantum accidentaliter altera, quæ substantialiter. Df de inde (a proprio, & naturali calido) vt intelligamus ad concoctionem efficiendam, eū

per accidens concurrere possint multa, per se concurrere non solum calorē, & quidem propriū, & naturalem, vel rei quæ concoquitur, vt accidit in fructibus, qui a propria forma, & calore illâ consequente paulatim gducuntur ad maturitatem vel eius, ad quod res, quæ cōcoquitur, pertinet, vt aliquid ipsius, & quidē intrinsicū, vt accidit in viventibus, & animalibus, in quibus alimentum intra ipsa susceptum, & in ipsorum substantiâ per nutritionem vertendum cōcoquitur a calore ipsorum proprio, & naturali: & si vtroque modo simul cum calore proprio, & naturali cōcurrere etiam potest calor extrinsecus intrinsicum adiuuans si quis tamen illa uerba (a proprio, & naturali calido) quod non incommodè potest, ita intelligat, vt non efficientem, sed formalem concoctionis causam importent, & sensus sit, concoctionem esse perfectionem, quæ ut à forma constituitur à proprio, & naturali calido, vt a materia verò ab oppositis passiuis, de quibus mox; consequenter per calorem proprium, & naturalem, intelligat oportet semper proprium, & naturalem rei, quæ concoquitur: licet in concoctionibus substantialibus hæc forma accidentalis calor is sumenda sit radicaliter pro ipsa forma substantiali, vnde huiusmodi calor naturaliter prouenit. Dicitur denique (ex oppositis passiuis) quæ Aristot. ipse declarat esse propriam vnicuique (materie, cui conueniat concoctio) materiam, hoc est frigidum, humidum, & siccum, ad quæ, vt ad materiam se habet concoquens calor.

360 Sic intellecta concoctionis definitio, conuenit omni concoctioni non artificiali, sed naturali siue accidentali, siue substantiali, quam cōcoctionis diuisionem explicat Aristot. cum docet aliquibus concoctionibus sine esse naturam, quam diuimus formam, & substantiam malis autem sine esse, ut humidum tale, ac tantum fiat, hoc est accidentaliter tantum mutetur secundum qualitatē, & quantitatem, cum autem ibidem addit, quæ concoquantur crassiora, & calidiora reddi, per (crassius) non intelligitur maius, aut solius, seu durius, sed spissius, ac velut pinguis ex eo proueniens, quod humidum cum sicco melius temperatum, & permixtum, ideoque partes magis homogeneas hēt: per (calidius) verò, non quod virtualiter est calidius, sed quod actualiter, & quidem calore proprio, idque per se loquēdo, Conuenit autē concoctio

iam explicata, tum miſtis, & quidem maxime proprie vimentibus, in quibus evidenti calor concoquens reperitur tum elementis, ſed impuris, ſeu permiſtis, non autem puris.

361 Ex his intelligitur etiam quid ſit inconcoctio concoctiſi oppoſita, quæ ab Ariſt. loco citato rectè deſinitur eſſe imperfectio propter indigentiam propriæ caliditatis, quam imperfectiſonem explicat ſtatim eſſe oppoſitorum paſſiuorum, quæ ſunt vnicuique (intellige cui conveniat in concoctio,) natura materia, hoc eſt calidum, humidum, & ſiccum. Indigentiam autem propriæ caliditatis explicat eſſe frigiditatem, quam ob imperfectiſonem appellat nomine privatiuo, licet ſit quid poſitiuum vt alio loco diximus.

362 Concoctiſiſonem tres ab Ariſt. ſpecies 4. Meteor. c. 3. ſupra citato, rectè conſtituuntur, Maturatio, Elixatio, Aſſatio: Incoctiſiſonem item, tres, Cruditas, Inquinatio, Toſſio: quarum omnium nomina non eodem modo, id eſt non vnicuique, ſed analogice iſis, quibus tribuuntur, convenire dicuntur: tum concoctiſiſonem, & inconcoctiſiſonem ſpecies omnes cap. 4. rectè deſiniuntur. Maturatio, quæ eſt prima concoctiſiſonem ſpecies, deſinitur concoctio ad menti in his, quæ circa fructum: per fructum autem nõ intelligit Ariſt. id, quod Latini communiter fructum appellant, nempe quod à plantis ad eſum accommodatum produci tur, & ſemen intra ſe continet: ſed intelligit ſemen in illo contentum: per id verò, quod eſt circa fructum, quod ipſe vocat, intelligit id, quod ad eſum aptum eſt: & intra ſe ſemen complectitur. Rectè deinde monet, primò tunc fructus eſſe perfectè maturos, cum ſemina in iſis incluſa poſſunt efficere tale alteri, quæ ſunt ipſi fructus tum translatione, id eſt analogia quadam etiam alia dici matura nempe tubercula, pituita, & huiusmodi. Eſt autem, inquit, tuberculorum, & pituitæ, & talium maturatio a naturali calido inexiſtentiſonem humidum concoctio. Denique ex ſpirituofis, ſeu ſtatuofis, & aeris aquæ, & ex aquis terrea, & ex tenuibus ſemper craſſiora. (intellige modo ſupra explicato) fieri per maturatiſonem.

363 Cruditas, quæ prima eſt inconcoctiſiſonem ſpecies maturatiſonem oppoſita, deſinitur inconcoctio alimenti in eo, quod circa fructum, quam Ariſtote. rectè ait convenire

ſpirituofis, aut aquæ, aut ex utriſque conſtat, & oriri ex caloris naturalis defectu, & incommeſuratione ad humidum maturandum. Aduertit tamen nullum humidum poſſe ſine ſeco maturari, quæ cauſa eſt, vt aqua non increaſſetur. Sed extremum monet etiam cruditate, ſicut, & maturationem dici multis modis, hoc eſt analogicè, & conſequerenter etiam vrinæ, egeſtiſonem, deſtillationes crude dici, cum non ſunt victæ a calore, neque conſiſunt. Immo addit longè procedentibus. hoc eſt magis adhuc late, cruda dici ſictile, lac & alia, quæ cum a calore immutari, & conſiſtentia reddi poſſunt, id paſſa non ſunt.

364 Elixatio, quæ ſecunda eſt concoctiſiſonem ſpecies deſinitur concoctio a naturali caliditate humida inexiſtentiſonem interminati in humido: id eſt concoctio humoris interminati in humido exiſtentiſonem protentia à calore humido: quam rectè Ariſt. docet convenire ſpirituofis, aut aquoſis, rectè etiam notat elixa eſſe ſictiora, quam aſſa, & humida tantum elixari, & quidem humida non quacunque humiditate, ſed tali, quæ vinci, id eſt extrahi, a calido humido poſſit. ouo ſit, vt nec lapides, nec ſigna quæ minus aliquid habeant humiditatis, elixentur. Analogicè tamen non ſolum aurum, & lignum, & alia cuiusmodi elixari dicuntur, aurum quidem, quatenus ab eo Scorria, lignum autem quatenus ab eo humiditas calore ſeparatur, ſed etiam humida quædam, vt lac, & muſtum, quatenus eorū ſapor a calore extrinſeco mutatur in alia forma, id eſt in alium ſaporem.

365 Inquinatio, ſeu imperfecta elixatio, Græcè *καθαίρισις*, quæ eſt ſecunda inconcoctiſiſonem ſpecies oppoſita elixatiſonem deſinitur, inconcoctio eius interminati, hoc eſt humidum, quod eſt in corpore propter defectum caliditatis, quæ in humido, quæ circū

Quem defectum rectè Ariſtote. ait eſſe cum frigiditate, a qua per alium motum, qui ſcilicet non eſt caleſcitiſonem, ſed frigeſcitiſonem, ſeu remiſſio caloris, docet repelli calorem, qui deberet concoquere, ſed non poſteſt, vel propter exceſſum frigoris in eo humido, in quo ipſe eſt, vel propter exceſſum, qui eſt in eo, quod concoquendum eſt: intellige, huc hic exceſſus ſit frigoris, ſiue humiditatis, quæ a calore extrahi non poſſit. rectè etiam docet inquinata, ſeu imperfectè elixa duriora eſſe, quam elixa.

11
Matura-
tio.

12
Cruditas

13
Elixatio.

13
Elixatio.

14
Inquinatio.

366. *Affatio*, quæ tertia est concoctionis species definitur concoctio a caliditate sicca, & aliena. In qua definitione Arist. vel definitur tanquam notiore affationem tantum artificialem, quæ sine dubio fit a caliditate: vel definitur quidem affationem naturalem: sed per caliditatem alienam, significavit caliditatem efficienstem affationis, quam idcirco alienam dixit: quia est aliena, & non propria eius, quod affatur, licet sit propria, & non aliena ei, quod affat affatione naturali: verbi gratia, animal. rectè etiam Arist. ibidem docet affationem, & elixationem esse operationes artis, ips tamen similes alias, sed innominatas fieri a natura, & in exemplum elixationis naturalis affert concoctionem alimentii: in corpore animalis: nec minus rectè in exemplum affationis naturalis affert alii concoctionem alimentii factam in ijs, qui calore sicco abundant, ut sunt valde biliosi; alij concoctionem, quæ fit ab ætate iuuenili, & senescente; alij concoctionem, qua nutriuntur, & restaurantur ossa, nervi, alique partes siccores.

367. *Tossio*, seu imperfecta affatio Græcè *συσπασσις*, quæ est tertia inconcoctionis species opposita affationi, non aliter ibidem, definitur, quam per causas. dicitur enim accidere, aut propter paucitatem exterioris ignis, aut propter multitudinem aquæ (idest humidæ, & aquosæ substantiæ) quæ in ea est, quod affatur. Itaque intelligenda est esse inconcoctio ex causis alatis.

Non solum autem concoctiones, & consequenter etiam inconcoctiones substantiales ab accidentalibus, sed etiam tam substantiales inter se, quando sunt ad diversas specie substantiarum, quam accidentales inter se, si sumantur: formaliter, ut sunt a tali efficiente, & ad talem terminum accidentalem, qui est causa accidentalis diversorum specie accidentium, ut saporum, odorum, &c. differunt essentialiter: licet accidentales sumptæ secundum se, ut solum dicunt talem complexionem primarum qualitatum, differant tantum secundum magis, & minus.

368. His quæ ad concoctionem, & inconcoctionem pertinent explicatis, transit Arist. eodem 4 Meteor. ad explicandas alias misti iam in suo esse constituto rationes a qualitatibus passivis, humiditate scilicet, & siccitate provenientes, quas quo-

niam hic persequi longum esset, videre qui volet apud Arist. ipsum, & interpretes poterit. Illud hic omittendum non videtur mista perfecta inanitate omnia rectè ab Arist. 3 Meteor. cap. ultimo reocari ad fossilia, & metallica, quæ licet sub fossilibus aliquando comprehendantur, quatenus ipsa etiam è terra fodiendo eruuntur, ibi tamen a fossilibus distinguuntur: ab aliis verò ad quatuor genera, hoc est terram, succum, concretum lapidem, & metalla. Terra appellatur non simplex terra elementum, sed mistum fossile, quod Arist. per pulverem coloratum significavit, & cuius proprium est, ut aqua madefactum molliatur, & manu perinde, ac lutum subigatur. Differunt autem hæc terra inter se coloribus, odoribus, saporibus, alijque differentijs: & celebres inter eas sunt Lemnia, & Samia. Succus concretus vocatur fossile, quod madefactum non molliatur, sed liqueat, aut si molliatur, valde tamè a terra differat, vel pinguedine, vel materia, qua constat: & vel est macer, ut Salnitrum, alumen, chrysocolla, atramentum futurium; vel pingue, ut sulphur, bitumen auripigmentum, sandaracha, & similia; quibus communiter convenit, ut sint sicca, & subdura. Lapides dicuntur, qui sunt illicquabiles, qui enim ob materia metallica, quam continent, liquabiles sunt, ad metalla potius, quam ad lapides pertinent. Sunt autem lapidum quatuor genera, quidam proprium nomen habent, sed tamen communi lapidis nomine appellantur, ut magnes, ætites, hæmatites; alij pretiosiores dicuntur gemmæ, alij marmora, alij saxa communia. Metalla denique, etiam interdum latè sumptæ extendantur etiam ad fossilia supradicta, ab Aristotel. tamen loco citato appellantur ea tantum fossilia, quæ, vel fusilia, vel ductilia sunt.

369. Metallii species quot sint, non satis constat. Alij sex numerant, aurum, argentum, æs, ferum, plumbum album, & plumbum nigrum: reijciunt autem ab enumeratione primò argentum vivum, seu hydrargyrum, quod inter succos concretos reputant. Secundò stannum tanquam mistum quoddam ex argento, & plumbum nigrum. Tertio electrum, quod certum est esse mistum ex auro, & argento. Quartò plumbum cinereum, quod sub nigro, & albo compræhendunt. Quintò orichalcum, quod narium se fir, necne, ignoratur, cum non nisi

17
Fossilia,
& metalla,
licet, mol
terra, succ
cus con
cretus, la
pides, &
metalla.

16
Tossio.

18
Misti
species.

ſactitium, ex ære ſcilicet, vitri puluere, & calaminaris lapidis tinctura conſtatum reperiatur. Alij addunt argentum viuum, & plumbum cinereum. Alij vnica ponunt plumbi ſpeciem, ſed addunt argentum viuum, & ſtannum; atque ita ſeptem voſit eſſe metalli ſpecies, quas Aſtologi quidã, inter quos etiam Tycho in epistoſis dicit ſeptem planetis, & ſeptem præcipuis humani corporis membris reſpondere: aurum Soli, & cordi; argentum Lunã, & cerebro: æs, ſeu cuprum Veneri, & renibus: ferrum Marti, & ſelli: plumbum Saturno, & Spleni: argentum viuum Mercurio, & pulmone: Stannum Ioui, & tectori: ſed hæc plus ſubtilitatis habent, quàm veritatis. Illud verò proci: omnino a veritate abeſt, quod quidam dixerunt, metalla omnia accidentaliter tantum inter ſe diſſerre, aliaq; omnia niſi prius eruantur, aut aliter impediatur, in aurum tandem mutari, atque ita vnica eſſe metalli ſpeciem.

370 Cæterum ſiquis metallorum diuifionem ab Ariſt. allatam in ſuſilia, & ductilia, ſimulque ſeptem metalli ſpecies ſupra enumeratas, inter quas eſt argentum viuum, quod nec ſuſile proprie, nec ductile eſt, tueri velit, ſuſilia late accipiat oportet, vt ad ea etiam extendantur, quæ in exhalationes calore ſolui, & rursus frigore in propria forma reduci poſſunt, quod argento etiam viuo conuenit. Eadem autẽ ab Ariſt. facta metallorum diuiſio ita intelligenda eſt; vt ſuſilia dicantur illa, quæ facilius fundi, quàm duci, ſeu percuffa dilatari; ductilia verò illa, quæ facilius duci, ſeu percuffa dilatari, quàm fundi poſſunt. Illa autem facilius funduntur, quàm ducuntur que ſunt magis terrea, vt ferrum; quod licet in mediocrem ignem comòdum facile molleſcat, & in omnem formam ducatur, nõ poteſt tamẽ in tenuiſſimas braſteolas duci, at fundi vehementiſſimo igne poteſt. Illa verò facilius ducuntur, quàm funduntur, quæ magis aquea ſunt, ſed ita, vt humor Lentorem quandam, & firmam cũ ſiccõ temperationem obtineat, vt aurum, quod quoniã hæc maxime habet, maxime in Laminas, braſteolas, folia, & fila tenuiſſima ductibile eſt, poſt aurum verò argentum, deinde, æs, & ferrum, tum plumbum, & ſtannum.

371 Materiam horum miſtorum rectè docet Ariſt. 3. Meteor. c. vlt. ſupra citato eſſe exhalationem, & vaporem, exhalationem quidem ſoſilium, vaporem verò me-

talorum, intellige ex prædominio, nec ab Ariſt. ſententia diſſerre cenſendi ſunt alij, qui metallorum materia ajunt eſſe terram aqua permiſtam. Alchimiftæ autẽ, qui metallorum materia contendunt eſſe ſulphur, & argentum viuum, audiendi non ſunt. locus eorumdem miſtorum generationi deſtinatus eſt terræ gremium, aliquando quidem prope ſuperficiem, a liquã do autem infra quingentos, aut etiam multo plures paſſus, vt certa profunditatis meſura ſtatui non poſſit. Forma eorumdem nõ eſt anima, neque enim ſoſilia, aut metalla vlla viuunt, ſed quæ dicitur forma miſti. eſſiciens quod fit ſatis ſupra explicatum eſt, vbi de concurſu elementorum ad miſta ſiſtis coincidit cum eorum viſibus, eſſeſtibus, & proprietatibus, inter quas omnibus his miſtis conueniens eſt granitas ob materia aqueam, & terream, quæ quanto ſpiſſior, & compactior eſt, tanto maiorem habet gravitatem: atque hæc cauſa eſt, vt aurum ſit

inter omnia metalla grauiffimum. non omnibus autem his miſtis, ſed plerique conueniens eſt ſoſilitas ob

ſiccum terreum prædominans, ſicut quædam liquida ſunt ob humidum aqueum prædominans. ſolis verò metallis conueniens

eſt, quod ſimul ſint, & ſuſilia, & ductilia modo, ſupra explicata

to ob cauſas ibidem allatas.



19
Fufilia
& ductilia.

20
Miſtura
perſoſita
vno.

*Corpus animatum, &
Anima in Com-
muni.*

Cap. XVII.

372



Scientia de corpore animato comprehendit in Aristotel. decem libros de historia, quattuor de partibus, vnum de incessu, alterum de motu, quinque de generatione item animalium, duos de plantis, tres de anima, & libellos, qui parua naturalia dicuntur. Libri tamen de historia historico ferè, vt in scripto indicat, non autem scientifico modo procedunt, ad alios tamen scientificos de animalibus libros disponunt, ac preparant. Sic autem hi de corpore animato libri secundum doctrinam ordinem sunt disponendi, vt primò notatur libri de historia. Secundo libri de partibus Tertio libellus de incessu. Quarto libri de anima. Quinto parua naturalia ad quæ pertinet etiam libellus de motu animalium. Sexto libri de Generatione animalium. Septimo libri de plantis cuiuscumque sint. itaque secundum doctrinæ ordinem prius de corpore animato, seu organico, quam de anima, cuius est organum, nobis etiam hic breuiter agendum est. Nò est tamen animus omnia, quæ de partibus corporis organici dici possent, & ab anatomicis in corpore humano suse tractantur, hic persequi: sed eas tantum eius partes, quæ maiore aliqua indigere videntur explicatione, breuissimè attingere, idque in corpore humano; ex quo, quæ de aliorum corporum organicozum partibus dici possent, proportionaliter erunt intelligenda.

373 Corpus igitur organicum dicitur, quod pluribus inter se diuersis partibus organici, seu instrumenti rationem habentibus constat: & aliquid ita sumitur, vt includat, aliquando ita, vt non includat animam, vt infra. Nomen autem partis corporis organici, interdum latius accipitur, & significat quidquid aliquo modo seipso compo-

nit huiusmodi corpus, atque ita etiam comprehendit sanguinem, & alios humores, de quibus infra: aliquando vero pressius, & sic rectè definitur corpus toti coherens, cuius vita coniunctum ad illius functionem, vsu que comparatum. Et diuiditur in partem homogeneam, seu dissimilarem, vt sunt manus, pes, &c nomine tñ partiu homogenearum comprehenditur interdum aliquæ vera heterogeneæ, quæ tamè, quia non valde dissimilibus partibus constant, primo sensuum aspectu videntur homogeneæ, cuius modi sunt nerui, venæ, &c. In eo autem a parte distinguitur organum, vt instrumentum, & membrum, quod pars vtrolibet ditorum modorum sumpta respicit totum: organum autem, & membrum respicit operationem; Et organum quidem propriè dicitur pars, quæ operationem aliquam propriam, & integram edit, siue sit pars homogenea siue heterogenea, membrum verò dicitur tantum pars heterogenea propria item, & integram habens operationem: quod quadruplex est, vñ ex solis homogeneis inter se tñ diuersis partibus constitutum, ut musculus alterum ex primis coalescens, ut digitus tertium ex secundis, vt manus: quartum ex tertijs, vt brachium.

374 Partes homogeneæ magis principales decem numerari solent, ossa, cartilaginea, ligamenta, membranz, villi, caro, venæ, arteriæ, nerui, tendones, quibus cur humores oculi committeri non adnuerentur, infra suo loco exponetur. Ossa totius corporis quasi bases, & sulcra sunt, & terra naturam obtinent, multiplicem habent vsum. primus est ad carnes aliasque molliores partes sustinendas: secundus ad aliquarum partium, & totius corporis conformationem, seu figuram: tertius ad motum, in quo pars aliqua stabilis, & immota esse debet, circa quam motus fiat: quartus ad partes quasdam contendas, & muniendas. Ac maiora quidem ossa caua ferè sunt, tum vt ne nimis graui sint, tum vt medullam, qua nutriuntur, a maiore contineant: minora verò solida sunt, ne si caua essent, nimis debilia redderentur: meatus tamen, & cauernulas habent, quibus alimentum suscipiunt. In calidioribus, & fortioribus animalibus durioribus, & solidioribus sunt, vt in quibusdam animalibus, nullam habere medullam videntur, quia exigua habent, vt de Leonibus docet Aristotel. 3. de histor. cap. 7. Atque vt triplex distinguitur in ossibus saltem gran-

1
Scientia
de corpore
animato.

3
Inferius
partes
principales.

3
Corpus
organicum.

diatribis pars, prima, quæ, & media, & præcipua est, & totius ossis nomen obtinet: Secunda, quæ huic videtur ad nasci, & epiphysis dicitur: Tertia, quæ tuberculi instar ex osse procedit, & apophysis, seu processus appellatur: ita sui sunt singularum usus De multitudine ossium humani corporis, quæ alij 307. aut 317. alij multò plura esse contendunt, certius pronuntiabit, qui incerta non dixerit. non in omnibus tamen animalibus sunt ossa, sed in quibusdam ossium loco sunt spinæ, in aliis aliud aliquid proportionale.

5
Cartilago
21.

375 Cartilago ossi perquam similis est, ita vt ossium extremitas in cartilagine ferè desinere videatur, minus tamen est frigida, sicca, & dura quam os. Illius usus primus est ossa, & partes quasdam coniungere: secundus facilitatem, fortioresq; motum reddere: tertius prohibere, ne partes teneriores ossium duritia lædantur: quartus ofa etiam ipsa cedendo, & extrinsecum impetum eludendo tueri: quintus ossium munere alicubi fungi, vt peculiare interim multarum cartilaginum usus, quarum alij audicioni, alij odoratiui, alij respiracioni, alij deglutioni, alij prehensioni, alij incessui, &cæt. inferiunt, omittantur.

6
Ligamentum
sum.

376 Ligamentum, seu vinculum, quod quoad substantiam ita se habet ad cartilagineum, vt cartilago ad os, ita est cartilagine mollior, vt cartilago ipsa mollior est osse. Eius præcipuus usus est, quem nomen ipsum indicat, alligare, & vincire ossa cartilaginibus, ossa ossibus, & cartilagine cartilaginibus, & consequenter iuuare facilitatem, firmitatemque motus, quasdam etiam partes discriminare, alias continere, & tueri.

7
Membrana
sum.

377 Membrana, seu tunica frigida itè, & sicca est, sed lara, & densa, contractionè tamen, & extensionem facile admittens: cuius usus est subditas sibi partes conuestire, vt duntaxat, interdum etiam panniculi, & telæ nomen habet. Præcipuè membranæ, seu meningæ sunt duæ illæ, quibus cerebrum obducitur: altera crassior, & durior, quæ cranio; immediatè subest, & dicitur dura mater: altera tenuior, & mollior, quæ cerebrum immediatè complectitur, & pia mater appellatur. tum illa quæ cor continetur, & alia, quæ intestina, & peritonæum vocant. Sed membrana, quæ cum corpore membranoso, hoc est membranæ affini, confundenda non est, dupliciter su-

mitur, vel præse pro specie iam explicata, vel latè, vt est genus sub se complexè partes quascunq; corporis ad tegendum institutas, & consequenter tum membranam præse dictam iam explicatam, tum cuticulam, & cutim.

8
Cuticula

Cuticula, seu summa cutis dicitur, quæ tenuioribus caparum pelliculis similibus subiectam sibi cutim, & simul vniuersum corpus ambit. In fetu nondum perfectò non apparet: & densior est quam cutis, vnde est, vt humores aquei, qui a partibus in terioribus ad exteriores pelluntur, cuticulæ aliquando adhærescant, & in papulas, seu pustulas, &cæt. coalescant. eius usus est cutim tegere, ac fouere, nimium sudorem impedire, totumque corpus ornare.

9
Cutis

Cutis est, quæ cuticulæ immediatè subest, & totum item reliquum corpus contingit: substantia inter carneam, & nerueam media est etiam cutis, sicut & cuticula aliquo modo transparens, vnde est, vt humorum, quibus imbuitur, colores referat, & pallente bilioso, nigrescent melancholici, rubescant sanguinei, albescant phlegmatici, & prout variè animus gaudio, metu, verecundia, ira, alijsque perturbationibus afficitur, ita variè immutetur.

10
Villi

378 Villi, seu fibræ exilium filamentorum instar frigida, sicca, & solida, & oblonga sunt, quarum primus, & præcipuus usus est iuuare motum tum vitalem cordis, & arteriarum, tum animale, seu voluntarium, & spontaneum musculorum tum naturalem attractionis, quæ rectis, retentionis, quæ obliquis, & expulsionis, quæ transuersis fibris efficitur: secundus est carnem firmare.

11
Caro

379 Carnis quattuor distinguuntur genera. Prima est caro præse dicta, quæ sanguinea, ideoque rubicunda, & calida est, cuiusmodi est caro musculorum. Secunda est caro viscerum cordis, pulmonis, iecoris, lienis, renum, spinalis medullæ, & quorum omnium caro *mezzana*, hoc est transfusa, seu affuso dicitur, quod ex affuso quasi sanguine coaliisse videatur. Tertia est caro glandulosa, vt mamillarum, &cæt.

Quarta est caro quibusdam partibus peculiaris, quæ proprium nomen non habet, sed carnosa substantia dicitur, & villos infarcit in ventriculo, in intestinis, & alijs partibus Carnis vius sunt a frigore, & æstu, alijsque extrinsecus incurstantibus ali quas partes defendere, animalia molliore

sub-

substerni, inanitates replere, ornatumque addere: carnis verò musculorum, etiam in totum inferuire.

390 Vena, quæ primo tantùm sensuum in aspectu homogenea est, quod de alijs etiam sequentibus partibus, de arteria scilicet, nervo, tendone dicendum est, frigida, & sicca est, & præter communem tunicam, qua singulæ partes conteguntur, & qua ipsa etiam ubi maximè indiget, obvoluitur, propriam habet simplicem, & tennem tunicam, qua constat, fistulæ modo excavatam, rectis instructam viliis ad attrahendum, obliquis ad retinendum, transversis ad propellendum sanguinem in totius corporis alimentum, atque hic est præcipuus venarum usus, quamquam ipsæ tribuntur etiam aliqua vis perficiendi sanguinè, & venis mesenterij vis disponendi chyli, quem attrahunt, ad sanguinem.

391 Arteria, quæ venæ vbiq; ferè sub sternitur, eiusdem est temperamenti, & figuræ, cuius venæ, sed ab ea differt: tum quod præter communem tunicam, qua ipsa etiam ubi magis indiget, tegitur, duas alias habet proprias, alteram externam rectis, & obliquis quibusdam villis constantem, alteram internam quintuplo ferè crassiorem paucis rectis, & obliquis, plurimis verò transversis intertextam: tum quod arteria ad spiritum vitalem deferendum est instituta, quæ causa est, ut eius interior tunica tanto crassior ad spiritum vitalem melius continendum, & tam multis transversis villis instructa sit ad faciliorem eiusdem transmissionem, quæ maximè necessaria erat: tum denique quod arteria pulsatur, vena non item, licet Aristot. interdum venæ nomen extendens, venam pulsare dicat, sicut alibi arteriam nervum pulsatilem appellat.

392 Nervus, qui frigidus item, & siccus, oblongus, & rotundus est, ut vena, & arteria, sed ferè solidus, ad spiritum animale deferendum in sensus, & motus gratiam in situus est. Eius duo distinguuntur genera qui enim ad sensum destinatur molliores, & breviores sunt: molliores quidem, tum, ut maiorem spiritus animalis copiam ad sensationes necessariam facilius admittent, & deferent: tum ut facilius, quod ad sensationes opus erant pati possent: breviores verò, ne molles cum sint, si longius procederent, facile rumperentur, aut contunderentur. Itaque ex anteriore cerebro ad organa tantùm sensuum nobiliorum in ca-

pite sita, ad oculos scilicet, aures, nares, & linguam perueniunt. Qui autem ad motum referuntur, duriores sunt, & longiores, quippe a medulla spinali per totum corpus diffusis. sensus tamen tactus omnium maximè materialis vtriusque generis nervus vritur. Constat autem vtrumque nervi genus triplici parte; externa, quæ duræ; media, quæ molli eiusdem cerebri membrana; & intima, quæ eiusdem cerebri substantiæ respõdet: ut non immeritò nervus paruum cerebrum à quibusdã appellatur videatur. atque, ut septem nervorum varia seu conjugationes ex cerebro, tria aliæ tripartita præcipue, & in quibusdam etiam animalibus plures ex spinali medulla extra cranium prodeunti emergentes numerantur, quas meum non puto hic describere.

393 Tendo, siue ex ligamento, & nervo constat, siue a ligamento assueti tantùm carnis permissione, & vtu differat, quod ligamentum tantum vinciat, tendo etiam moveat, siue sit diversè ab vtriusque naturæ: certè à nervo magis quam a ligamento differt, & vt chorda, quo etiam nomine à quibusdam appellatur, musculos cum ossibus, & inter se ossa colligat: atque ut musculi, quibus utrinque inseritur ossa, quæque ossibus coniuncta sunt, moveat, iuvet, & sensus scõdit, & extendit membra, unde tendonis, seu tendinis nomen putari inuenisse. Est autem musculus, seu lacertus (ut hoc obiter hic indicetur) pars heterogenea, tendone, fibris, carne, uenis, arteriis, nervis contexta ad spontaneum motum eundem instituta; cuiusmodi partes partim similes, partim dissimiles formæ in corpore humano ab alijs 405. ab alijs 529. numerantur: ab alijs non sine causa certò non merari non posse dicuntur.

394 Partes verò minus principales sũt sanguis, sava bilis, atra bilis, pituita, spiritus, adeps, medulla, lac, semen, pili, ungues, dentes, &c. & excrementa. Sanguis dupliciter sumitur. Primò pro toto illo corpore fluido, quod venis deferitur, & quatuor primariis humoribus, hoc est sanguine sava bili, atra bili, & pituita constat. Secundo pro humore, qui in prædicta quattuor humorum venis contentorũ enumeratione sanguinis nomen retinet. Quotiq; autem sumatur natura humidus est, & in corpore calidus; sed primo modo acceptus extra corpus spiritibus, & tenuioribus partibus, quæ evaporant, destitutus

11
Vena33
Arteria.14
Nervus.25
Tendo.16
Corporis
organis
partes mi-
nus prin-
cipales.
17
Sanguis.

ſpicidus eſt . & ſic intelligendus videtur Ariſtoteles ſecundo de part. Animal. cap. ſecundo.

18
F. ana
bilis.

Flava bilis, calida, & ſicca eſt, colore ru-
beo, ſed ſuaſcitome, vnde, & nomen habet,
interdum tamen admiffione ſeroſe humi-
ditatis luteo, & pallido, ſapore amaro,
propter nimiam coctionem, & triplex di-
ſtinguitur . Prima dicitur alimentitia, &
ſanguinis priori modo ſupra dicto accepti
pars eſt. Secunda dicitur excrementitia na-
turalis, & eſt illa, quæ a iecore ſecernitur
ad folliculum fellis, & hæc vtraque
ſuos habet viſus . Tertia dicitur excre-
mentitia innaturalis, & in vitellinam
porraceam, & ruginofam, & cæruleam diui-
ditur .

19
Atra
bilis.

Atra bilis, ſeu melancholia, quæ frigida,
& ſicca eſt craſſa, & grauis, atrii coloris. ex
quo nomen accepit, ſaporis acris, & acidi,
triplex item diſtinguitur : quarum prima
dicitur alimentitia, quæ per venas ſanguini
miſta fertur. Secunda dicitur excrementi-
tia naturalis, quæ ex iecore, ad ſplenem
traicitur, & hæc vtraque ad multa viſus
eſt . Tertia eſt excrementitia innaturalis,
quæ in multas à Medicis diſtingui-
tur .

20
Pituita.

Pituita frigida humida, & viſcoſa eſt,
frigidoque, & humido maximè tempore
abundat, colore albo eſt, ſapore ſerè inſi-
pido, ob frigus, humoremque nimium, &
imperfectè concoctum, quæ item triplex
eſt . Prima eſt alimentitia venis una cum
ſanguine ſeptena . Secunda innaturalis,
quæ in venis ex prima gignitur : & duplex
eſt altera acida, quæ ex prima, modicum,
quo prædicta eſt, calorem amittente; altera
aſſa, quæ ex prima putrefcente oritur .
Tertia eſt excrementitia extra venas, &
 præcipue in cerebro, & ventriculo confi-
ſtens, & à Medicis in multas ſpecies diſtri-
buitur .

21
Prædi-
cibus
vtrius
que
compara-
tio.

395 Reclè autem dicuntur prædicti
quatuor humores elementis, anni tempo-
ribus, ætatibus, & regionibus reſpondere. re-
clè etiam quatuor temperationum, ſeu cõ-
plexionum, & quatuor prima morborum
genera juxta eõdem quatuor humores
conſtituuntur. Non reclè tamen ſanitas ſin-
ſola proportione, ſeu debita temperatione
morbus verò in ſola improportione, ſeu in-
temperie prædictorum humorum conſiſte-
re dicitur . Eſt autem ſanitas in communi
(vt huc quæ de illa nobis dicenda ſunt ex-
peditur) temperatio, & conſtitutio debi-

ta, & naturalis partium omnium animalis
neceſſaria ad proprias operationes perfe-
ctè exercendas: morbus verò intemperies,
aut cõſtitutio indebita, & innaturalis partium,
vel partis aliquius eiuſdem, quæ ſis,
vt proprias operationes exercere non poſ-
ſit, aut non niſi imperfectè poſſit. Hinc tri-
plex diſtinguitur morborum genus tem-
perationis, conſtitutionis, unitatis. Tem-
perationis morbi pertinent ad partes homo-
geneas, & in vnius, aut ad duarum primarum
qualitatum ſuper alias exceſſu, aut defe-
ctu conſiſtunt. Et ſic quatuor diſtinguuntur
genera morborum, ſimplicium ex u-
nius primæ qualitatis exceſſu, aut defe-
ctu, & quatuor conſtitutorum ex duarum
primarum qualitatum exceſſu aut defe-
ctu. Conſtitutionis morbi ſpeſtant ad par-
tes heterogeneas, & in quatuor ſpecies di-
uiduntur, quarum prima pertinet ad ſig-
uram, altera ad quantitatem, tertia ad nu-
merum, quarta ad ſitum membrorum, &
partium homogenearum in quibus omni-
bus, & ſingulis, poteſt eſſe exceſſus, aut de-
fectus. Vnitatis denique morbi in ſola con-
tinui diſſolutione conſiſtunt, vt in inſiſ-
ſione nerui, fractione oſſis, & c. Diſpoſitio au-
tem inter ſanitatem, & morbum media,
quæ a quibusdam neutra dicitur, ſub di-
uerſa ratione admitti, & reiſci po-
teſt .

396 Spiritus, de quo hic loquimur, cor-
pus eſt tenuiſſimum uapori perſimile,
oculorum ob tutum eſſugens, non nature
caeleſtis, vt quidam ex Ariſt. 3. de Gene-
ratione Animal. c. 13. male deducunt, ſed
ex defecato ſanguine genitum, ad acti-
ones vitales corporeas aptiſſimum inſtru-
mentum, & diuidi ſolet in innatum, & in-
fluentem; ſpiritus innatus, qui etiam inſi-
tus, ingentus, & complanatus dici ſolet,
appellatur ille, qui in vnaquaque parte vi-
uente in ipſa eius generatione a generan-
te producitur; ſine quo pars huiusmodi ani-
mari, & aptum animæ inſtrumentum eſſe
non poſſet. Sed hic potius eſt calor, quæ ſpi-
ritus ſupra dictus. Spiritus influens, ſeu ad-
uentitius dicitur, qui a præcipuo aliquo
membro in reliquis corporis partes ad ſpi-
ritum innati conſeruationem, & perfectionem,
& ad actum vitalium exercitacione
aſſidue inſiſtit: atque adæquatè diuiditur
in vitalem, & animaleam . Vitalis dicitur,
qui in corde gignitur, & ab eius ſiniſtro ſi-
nu per arterias in totum corpus diſſundi-
tur Animalis dicitur, qui in cerebro con-

tinctur,

tinetur; & inde per nervos in totum corpus deducitur, ut operationibus animalibus: hoc est sensationibus, & motui locali animalium, unde spiritus animalis vocatur, inferiatur. Conveniunt autem spiritus vitalis, & animalis, substantialiter, sed differunt accidentaliter: non quod ut ille in corde, ita hic in cerebro, in ratione spiritus generetur: sed quod spiritus animalis nihil aliud sit, quam quædam spiritus vitalis portio, quæ ad cerebrum delata, & ab ipso refrigerata, æque ita ad operationes animales, quas divi, aptior reddita, novum induit nomen spiritus animalis.

Nec præter hos alius datur spiritus naturalis, qui a quibusdam inducitur, & ab hepate diffusus animæ vegetatiæ, quam naturalem appellant, famulari dicitur.

397 Adipis, seu pinguedo, quæ nihil aliud est, quam pinguis, & tenuior sanguis ex venis exsudans, & à frigore densatus, in prima hæc formatione non adest, sed postea accedit, cum major felicitas est sanguinis copia, & ubi nimium abundantia signum est frigidi temperamenti, & causa brevioris vitæ, ac sterilitatis. Moderata tamen adipis, seu pinguedinis, quæ duo communiter confunduntur, sicut, & seui, quod ab adipe, seu pinguedine in hoc distinguitur, quod ex crassiori, corpulentiorique sanguine generatur in animalibus altera tantum parte dentatis, & comigeris, multi sunt usus, sed præcipue subiectas partes, & naturam calorem, ne evaporet tueri, interdum etiam per inediaa cedere in alimentum.

Medulla adipis, & seui affinis, duplex est, altera crassior, & alba, quæ in osium cavitatibus altera liquidior, & sub rubea, quæ in eorundem cavernulis, seu poris continetur: & utraque ex sanguine, utraque ofsum est alimentum. atque ab utraque valde differt medulla spinalis, quæ inter partes præcipuas iure censetur.

398 Lac, quod ab Aristotele quarto de Generatione Animal. cap. 8. rectè dicitur sanguis concoctus, non corruptus, ab eodem ibidem ætatem tantum dicitur excrementum, quatenus animalis, in quo est, supervacaneum est, & ex superabundantia alimento genitum, quod idem proportionaliter dicendum est de semine, & sanguine menstruo, cum ab eodem ibidem excre-

menta appellantur. Generatur verò lac in mamillis, ubi sanguis tum glandulose mammillarum substantiæ vi, cum cordis præcipue calore concoquitur, & albescit. Ab illis tantum animalibus ordinariè generatur, quæ factum intra se gignunt, & tunc ferè generari incipit, cum fetus iam formatus est, quod antea sanguis in lac vertendus in fetus formationem absumatur. Interdum tamen etiam virginibus grandioribus, immo, & viris lac provenit. Tres autem in lacte insunt substantiæ permixtæ, butyri magis acra, & pinguis, casei magis terrea, & levi magis aquæ.

399 Semen, quod item ex sanguine in proprio organo eodem proportionaliter modo generatur, & albescit, quo lac, dum licet parte constat, altera crassiori, tenuiori altera.

400 Pili ex viscoso, & fuliginoso vitæ concoctionis excremento formantur; quod dum per cutis spiracula, seu poros a natura extrahitur, & à calore siccat, longum, & molle evadit: Colorem diversum habet, pro humoris prædominantis, caloris maioris, & naturæ cutis ipsius diversitate: atque albedo quidem ex humore pituitoso, vel caloris defectu: Flavedo ex humore iten pituitoso paulo magis concocto, & calore moderato; rubedo ex humore bilioli, & calore paulo vehementiori: nigredo ex humore melancholico, aut calore adurentem ortum habet, rectè sunt propter rectitudinem pororum, aut humoris nimiam duritiem, aut defectum caloris: viriditas verò, aut crepitatio propter obliquitatem pororum, sed præcipue propter calorem adurentem: rigidi autem, aut molles iuxta maiorem, aut minorem calorem, & iuxta humoris, & cutis duritiem, aut molliem. Vfus sunt omnes in exhaurienda materia excrementitia: quidam etiam ad tutelam.

Vngues dentes, & in quibusdam animalibus ungula, & cornua, in aliis crusta, in avibus rostra, & pinna, in piscibus squama, & pinna, ex crassioribus materiæ excrementitiæ partibus efficiuntur: & cum varietatem per magna, tum usus habent omnibus manifestos.

401 Excrementa alia sunt prius concoctionis, quæ sic in alimentis, & in partibus alicuius, & in dures feces, quæ ex chylo in

23
Adip.24
Medulla.25
Lac.26
Semen.27
Pili.28
Vngues
dentes
pinnae29
Feces

intestinis separantur, tenuiori, & pu-
niori chyli parte in iecur attracta: alia se-
cundæ concoctionis, quæ fit in iecore, nem-
pe serosa humiditas, quæ ex iecore ad re-
nes, & inde ad vrinæ vesicam fertur: item-
que flava bilis, quæ ad folliculum fellis, &
atra, quæ ad splenem deuchitur: alia tertiæ
concoctionis, quæ fit, ubi sanguis, vel per ve-
narum poros, exsudans, vel per extremita-
tes venarum, quæ villares dicuntur, ela-
bens, in partium viuentium poros attractus
concrefcit, illisq; paulatim agglutinatur,
& per substantialem conuerfionem assimi-
latur: cuiusmodi excrementa sunt, tum pi-
llyngues, & alia cum illis supra enumerata;
tum vapores, qui per cutis poros exhalant,
& sudores, qui naturaliter per cutim efs-
sunt ex aqua sanguinis parte; tum alia
quæ per aures, oculos, aliasque corporis
partes erumpunt. Pituita tamen, quæ ex ce-
rebro effluit, tum ex prima, tum ex secun-
da, & tertiâ concoctione delatis ad cere-
brum fumis, vaporibusque generari pos-
test.

402. Aliarum corporis organici, hoc est
animæ quasi domicili partium, heteroge-
nearum scilicet, quæ in caput, thoracem,
ventrem, & artus, quibus brachia, & ma-
nus, crura, & pedes continentur, commode
diuiduntur, explicatione, partim anatomi-
cis relicta, partim etiam infra suis locis, si-
cubi opus erit, quâto m opus erit indicata,
ad animæ ipsius contemplationem acceda-
mus. De anima scripti, & inscripti sunt ce-
leberri mi Aristot. libri, quorum subiectum
attributionis, cum alij corpus animatum
in communi, alij anima tum in communi,
tum in particulari secundum suas spe-
cies esse velint, ita conciliari possunt, vt vri-
que sub diuersa ratione rectè sentiant, mo-
do auctores primæ sententiæ loquantur de
subiecto attributionis eorû librorum ad-
quato sumpto suppositione simplicij, nõ au-
tem absoluta: auctores vero posterioris sen-
tentiæ loquantur de subiecto attributionis
eorum librorum ad equato, sumpto suppo-
sitione absoluta includente non omnes om-
nino species animæ atomas, sed tantum
vegetatiuam, sensitiuam, & ratiõna-
lem.

403. Et si autem omnis anima fit vita,
& omne animatum fit viuens, non tamen e-
conuerso, omnis vita est anima, nec omne
viuens est animatum. Anima propriè dicitur
id, quod animata primò, & præcipuè dif-
ferunt ab inanimatis, vel vt loquitur S. Th.

p. p. q. 75. art. 1. primum principium vitæ im-
p. is, quæ apud nos viuunt. Animatum vero
dicitur compositum ex corpore, & anima.
Vita propriè, & præse dicitur principium
primum, & consequenter substantiale ope-
rationum vitalium, quæ ex 2. de Anima t. 1.
13. sunt quadruplicis generis, primum est
intelligere, sub quo comprehenditur etiam
velle: secundum sentire: tertium mouere se
motu locali: quartum vt i alimento (intelli-
ge propriè dicto (itemque recipere augmen-
tum, & decrementum, (intelligere item
propriè dictum) latius, & minus propriè su-
mitur interdum vitæ nomen pro ipsi operati-
onibus vitalibus. Interdum pro durati-
one, & permanentia principij operationû
vitalium, quod fit in anima, in corpore: in-
terdum etiam pro principio extrinseco in-
dite, aut conseruante vitam quocunque ex
prædictis modis sumptam. Viuens autem
in tota sua amplitudine dicitur, quod ha-
bet vitam, & completitur sub se plantas,
animalia, Angelos, & Deum. Quod si vita
fit anima, erit viuens præse acceptum,
quod in prædicamento substantiæ post sub-
stantiam, & corpus collocatur, & nihil aliud
est, quàm corpus animatum. Solent vero ani-
mata, & viuentia omnia ab inanimatis,
& non viuentibus in eo communiter distin-
guis: quod animata, & viuentia possunt mo-
uere se ipsa: inanimata, & non viuentia non
item. Sed vt hoc discrimen verum sit, ita in-
telligendum est, vt animata, & viuentia in
suo statu naturali constituta possint mouere
se ipsa ad suum bonum, & quidem motu
latissimè sumpto, vt comprehendit sub se
quacumque etiam operationem immen-
tentem, quàm res in suo statu naturali con-
stituta elicere possit, siue huiusmodi opera-
tio distinguatur realiter, seu a parte rei a
potentia, & primo principio, seu vita sub-
stantialiter sumpta, a qua elicitar: siue
non distinguatur realiter, seu a parte
rei, sed formaliter, seu virtualiter tan-
tùm.

404. Ex Aristotel. 2. de anima quinque
colliguntur animæ definitiones. Prima ex
tex. 4. anima est substantia sicut forma cor-
poris naturalis potentia vitam habentis.
Secunda ex tex. 6. anima est actus primus
corporis naturalis potentia vitam habentis.
cui definitioni aliqui addunt etiam ver-
ba sequentia, tale autem quod vtique fit
instrumentale, quæ rectè, nec non addunt,
infra patebit. Tertia ex text. 7. anima est
primus actus corporis naturalis instrumē-

30
Liberum
de anima
subiectum.

31
Anima,
& anima
inanimata
& anima

32
Animæ
subiectum.

ralis. Quarta ex text. 18 anima est principium vegetandi, sentiendi, cogitandi, & mouendi. Quinta ex text. 4. anima est id, quo viuimus, & sentimus, & mouemur, & intelligimus primò. Atque in tribus primis, quæ tamen ad vnam reducuntur explicatur tantum ratio animæ in communibus duabus, autem posteris, quæ item ad vnam reuocatur, explicantur rationes propriæ animalium aliquo modo in particulari. In prima igitur definitione anima dicitur forma Græcè *ψυχή* seu actus, Græcè *ἐν τῷ αἵματι* quarum vocum priorè vius est Aristo text. 4. posteriorè text. sequentibus, non sine causa, sed quia vidit, vocem *ἐν τῷ αἵματι* quæ propriè significat perfectionem, seu complementum intrinsecum rei, aptiorem esse ad experendam naturam animæ, quæ est perfectio, & complementum intrinsecum, & essentielle animatæ, quàm vocem *ψυχή* quæ à veteribus vsurpabatur etiam ad significandas formas abstractas, & ideas, quæ sunt ideato extrinsecæ, absolute tamen et formæ nomen animæ couenit. Dicitur deinde (primus) vt significetur, animam non esse actum secundum, qui est operatio, sed primum simpliciter, qui est substantia, vnde tanquàm à primo principio, & radice prouenit actus secundus, seu operatio. Denique dicitur (corporis naturalis potentia vitam habentis, vel organici, seu instrumentalis) vt intelligatur, animam non esse actum primum quemcunq; sed tale, qui sit actus corporis naturalis, &c. particula tamen (naturalis) non est simpliciter necessaria, licet faciat ad maiorem aliquam explanationem: particula verò (potentia vitam habentis) tripliciter sumi potest. Primò pro corpore vltimo disposito ad formam, quæ fit vita substantialis, hoc est principium, & radix prima operationum vitalium, quæ tamen nondum habeat: secundo pro corpore habente actum vitam substantialem, & vltimo disposito ad vitam, accidentalem, seu operationem vitalem, quæ tamen nondum habeat: tertio pro corpore habente actum vitam tum substantialem, tum accidentalem, & consequenter potentiam ad vtrâque, non tamen priuatam suo actu. Et iisdem in tribus ac præcipuè duobus prioribus modis sumi etiam potest particula (organici, seu instrumentalis) quod quid sit supra dictum est, melius tamen sumitur secundo modo. Vtrilibet autem prædictarum particularium, hoc est (potentia vitam habentis) vel (organici, seu instrumentalis), suffi-

cit ad definitionem, quæ non solum bona, sed essentialis est, modo particula (primus) sumatur specificatiuè: nec negandum est per secundam probari aliquo modo primum.

405 In qua, quod dicitur animam esse actum primum corporis organici, ita intelligendum est; vt omnis anima sit secundum suam substantiam actus totius corporis organici, seu omnium partium exercentium aliquam operationem vitalem, non autem aliquis tantum determinatæ partis: licet nulla anima sit in singulis corporis organici partibus secundum omnes suas operationes, secundum id, quod dicitur ex parte corporis, sed in omnibus quæ primò operantur; sed sit aliqua pars præcipua, a qua cæteræ pendunt in operando; & in hoc sensu dici possit, animam residere præcipuè in aliqua determinata parte. Dixi supra; seu omnium partium exercentium aliquam operationem vitalem, quia aliarum animarum non est actus, & consequenter aliz non sunt animatæ. Ac partes quidem principales supra enumeratæ, hoc est ossa, cartilagine, ligamenta, membrana, fibra, caro, vena, arteria, nerui, & tendones sunt animatæ, ossa tamen, quorum nomine hic dentes non comprehendimus, non sentiant. Inter cartilagine quædam tantum, vt palpebrarum, inter ligamenta etiam quædam tantum, vt frenum linguæ sensu prædita videtur. Inter membranas cutis sentit, cuticula nec sentit, nec viuunt. Inter carnes cerebrum, & ferè etiam, hepar, lien, pulmones sensu destituuntur. Vena, & arteria exilius nerui omnes, licet alii motorij, alij sensorij potius sint, & tendones plenius, & exquisitius sentiunt. Inter partes autem minus principales, nec sanguis alijque humores, aut spiritus, nec adeps, nec medulla, nec excepta spinali, nec lac, aut semen vt semen (nam semen plantarum quamdiu ijs coheret, viuunt non vt semen, sed vt fructus) nec pili, aut vngues annuunt. Idem satis certum videtur de vngulis, comibus, rostris, crustis animalium quorundam, & squamis piscium. De dentibus incerta res videtur probabile tamen est eos viuere, sed non sentire: sicut etiam probabile est eos ad ossibus specificè non differre, licet ob quædam discrimina ossium, numero sæpè non comprehendantur. Auium quoque pennas, & piscium pinnas satis probabile videtur viuere. Excrementa denique non viuere certum est.

331
Quomo-
do animus
sit actus
partis cor-
poris
gen. 101

394
Qua parti-
es animus
est, quom-
odo an-
nuunt.

38
Cereus
principalis.

406 Inter omnes autem animalis perfecti partes, quorum anima est actus, cor absolute loquendo principatum obtinet. Quod tamen dici solet, cor primum omnium partium formatum, non ita intelligendum est, quasi cordis formatio penitus abfolvatur antequam reliqua membra inchoentur: sed ita ut primum inchoetur ex Arist. & aliorum autoritate, quatenus neque hoc factis certum sit, & valde probabile videatur, cor, hepar, & cerebrum in tribus illis bullis, quæ primis conceptionis diebus in genitura observantur, imo, & reliquas saltem præcipuas partes in filamentis, quæ per eodem dies simul cum bullis illis apparent, initium simul capere; tamen si improbabile non sit prius perfici cor, quam alias partes. Quod item dicitur, cor primum vivere, & vltimum mori, non ita accipiendum est; quasi cor a liquando solum ab anima informetur, cum reliqua membra nondum, aut non a se plus informantur: sed ita ut cor primum vivat vita accidentali, id est vitaliter operetur, quod manifestè est de operationibus animalis, quæ sunt dependentes a spiritibus in eius corde generatis, ut sunt omnes operationes fetus paulo postquam editus: de operationibus autem fetus in utero non ita constat, an verum sit, & si non sit improbabile post animationem illud præter excellentem calorem primum omnium incipere in se convertere alimentum, & nutriti, atque augeri: & vltimum mori ante morte opposita vitæ accidentali prædictæ, id est desinat vitaliter operari.

36
Partes
corporis
organici
quales.

407 Debent autem partes omnes corporis organici, cuius anima est actus, esse mixta, & continere inter se ratione naturæ, saltem ex aliqua parte: quædam etiam heterogeneæ substantialiter, ita ut quavis in nullo composito substantiali, & consequenter nec in animato tot dentur formæ substantiales, quot sunt prædicata illius essentialia, quorum unumquodque formatur ab una forma substantiali distincta ab aliis: in composito tamen animato præter animam, quæ est forma totalis, seu informans subiectum totale, dentur etiam aliæ formæ substantiales particulares essentialiter inter se diversæ, cuiusmodi sunt forma carnis, forma ossis, &c. Non tamen anima ipsa in partibus corporis heterogeneis est heterogenea, sed unius, eiusdemque rationis essentialis, quamvis aliquam diuersitatem accidentalem, non eius

37
Forma
substantiales
partiales.

dem tamen in omnibus animabus rationis possit admittere.

408 Eadem anima in communi tametsi se ad diuiditur in vegetatiuam, sensitiuam, & rationalem: rectè tamen etiam, & in plura, & in pauciora membra diuidi potest. Nec in vno, eodemque animato datur simul, aut successiuè plusquam vna anima. Atque ut omnis anima materialis, seu educta de potentia materiæ est diuisibilis, tamen si non semper ita, ut partes diuisæ diuisi superesse possint, ut in insectis: ita anima rationalis est indiuisibilis, ac tota in toto corpore, & tota in qualibet eius parte viuente.

409 Potentiæ animæ in communi sumptæ pro omni eo, sine quo anima non potest exire in actum secundum, distinguuntur ab anima realiter incompletè, tanquam includens ab inclusio. Sumptæ autem pro eo præcisè, quod dicuntur in anima, nec inter se, nec ab anima distinguuntur, nisi formaliter, seu virtualiter: specificantur vero, seu essentialiter constituuntur, & distinguuntur immediate per ordinem ad actus, mediatè per ordinem ad obiecta, non tamen per accidentia, aut materialia, sed per se, & formalia, & quidem non inadæquate, sed adæquate, si sermo sit de potentiis non inadæquate, sed adæquate sumptis. Illud autem obiectum per se formale, & adæquatè alicuius potentiæ, quod est per se attingibile ab actu illius potentiæ, & medio actu a potentiâ, seu quod est per se terminatiuum actus illius potentiæ, & medio actu potentiæ, ita ut in illud totum actus illius potentiæ, & medio actu potentiæ ferri possit, extra illud non possit. Verum illa ratio secundum quod obiectum dicitur per se attingibile, seu terminatiuum modo dicto, v. g. ratio colorati, & lucidi, quæ est per se attingibilis a visione, & media visione a potentia visiva, seu terminatiua visionis, & media visione potentiæ visivæ modo dicto, sunt potest dupliciter. Primò ut ratio colorati, & lucidi est: hæc ratio licet possit dici formalis, quatenus illam formaliter attingit, per ordinem ad illam distinguuntur potentia visiva a multis alijs potentiis, quæ ratione colorati, & lucidi formaliter attingere non possunt: tunc ratio formalis quæ, non sub qua, & consequenter per ordinem ad illam non distinguuntur potentia visiva ab omnibus alijs. Secundò, ut ratio per se attingibilis, seu terminatiua potentiæ visivæ modo dicto, & sic est ratio formalis sub qua, seu per ordinem ad quod distinguuntur

38
Anima
diuisio
39
Eiusdem
in natura
mali
tali

40
Eiusdem
diuisio
in
du
sub
tui.

41
Potentiæ
animæ
ant
ma
disting
tui.

42
Eiusdem
specificar
tui.

potentia visiva ab omnibus aliis. Idemque proportionaliter dico de aliis.

410 Hinc rectè deducas, nec potentias animæ vegetatiuæ in nobis esse eiusdem speciei, cum potentijs, animæ vegetatiuæ in plantis, aut brutis, nec potentias sensitivas cum sensitivis in brutis. Idemque rectè consequenter inferas de actibus harum potentiarum in homine immanentibus præse dictis comparatis cum actibus immanentibus præse dictis earumdem potentiarum in brutis, si huiusmodi actus su-

niantur secundum id præcisè, quod dicunt in anima: si autem sermo sit, vel de actibus earumdem potentiarum immanentibus præse dictis sumptis secundum id, quod dicunt, seu supponunt in corpore, vel de actibus immanentibus latè dictis, vel denique de actibus transcurrentibus spectatis non formaliter, vt sunt a tali, vel tali potentia, sed materialiter,

vt res quardam sunt, aliqui sunt eiusdem, aliqui diuerse speciei in nobis, & in alijs animatis. Denique actus potentiarum

organicarum, si quidem sint immanentes præse dicti, cuiusmodi sunt sensationes omnes sumptæ formaliter, recipiuntur in anima, si immanentes latè dicti, recipiuntur in corpore.



Anima vegetatiua.

Cap. XVIII.



411 Anima vegetatiua rectè ab Aristot. definitur 2. de Anima. tex. 48. illis verbis. Quare huiusmodi animæ principium potentia est talis, vt cõferuet habens ipsam, se-

cundum quod est huiusmodi. In qua definitione per animæ principium, hoc est animam omnium primam, intelligit animam vegetatiuam, quam expressè appellat primam tex 34 quod tamen non ita intelligendum est, quasi anima vegetatiua secundum suam substantiam præcedat sensitiuam, & rationalem: sed ita vt præcedat secundum operationes. At deinde illam esse potentiam, quo nomine illam appellat etiam textu proxime citato, quia considerat illam non præcisè, vt dat corpori esse animatum, sed vt dat illi tale esse, quod sit principium operationum vitalium, quæ in animato anima vegetatiua cernuntur. Et hanc potentiam docet esse talem vt cõseruet habens ipsam, id est animatum, quatenus huiusmodi, id est quatenus animatum: quod facit anima vegetatiua per nutritionem, per quam alimentum in substantiam animati conuertens, eiusdemque substantiæ partes deperditas reparans, vt infra, illud conseruat. Clarius anima vegetatiua definiri potest, quæ est principium primæ nutritionis, & augmentationis.

412 Huius animæ tres communiter, & rectè distinguuntur potentie principales, nutritiua, augmentatiua, & generatiua: motu tamen sumatur, non vt anima vegetatiua præcisè est, sed secundum omnem gradum, quem dicit supra species infimas, vt sæpè sumi solet: quattuor vero ministrantes, quæ illi, vt anima vegetatiua præcisè est, cõferunt, attractiua, quæ præter alia ex parte corporis includit etiam qualitatem singulis partibus insitam, qua alimentum in intimos partis a tendæ poros attrahatur, retentiua, concoctiua, & expulsiua. ad quas alij omnes ministrantes, quæ præterea distinguui possunt, reuocantur.

Anima vegetatiua definitio.

Eiusdem potentia principia.

3
Potentia
aeralis.

Potentia autem, quæ a Medicis vitalis dicitur, quod ad vitam cōseruandam ordinatur, non est distincta a potentia cōfectrice, & distributrice spirituum, quibus pulsus cordis, arteriarum, & cerebri efficitur, & potentia motiua aliorum membrorum, quæ ad respirationem concurrunt: ac proinde non est vna potentia in corde residens, cuius actus sit cōfectio, & distributio spirituum, pulsus cordis, arteriarum, & cerebri, & respiratio, sed multiplex: tantumque abest, vt inter præcipuas animæ vegetatiuæ potentias numeranda sit, vt nec pertinet ad animam vegetatiuam, vt vegetatiua est: sed tantum ad vegetatiuam talem, hoc est nobiliorem, quam sit anima plantarum & identificatam cum anima sensitua non quacunque, sed perfectiore, aut etiam cum rationali: & consequenter non inferuiat tantum operationibus animæ vegetatiuæ, qua cum identificatur, hoc est nutritioni, & sed etiam sensationibus, motui locali, & in nobis etiam intellectiōni, &c.

3
Pulsus.

413 Sed locus postulat, vt de pulsu, & respiratione, quorum facta mentio est, aliquid dicatur. Pulsus dicitur duplex: motus tum cordis, tum arteriarum, tum etiam cerebri in prioribus finibus, & non nihil in medio, quoruam vnus dicitur diastole, seu dilatatio, & eleuatio, alter systole, seu restrictio, & depressio. cuius causa efficiens non est potentia vitalis supra resutata, sed principalis quidem est anima, instrumentalis autem eleuationis quidem est spiritus vitalis, qui naturo feruore rarefens, & intumescens eleuat, & dilatat cor, arterias, & cerebrum in ijs, quos dixi finibus: depressio autem, motus ipse cordis, arteriarum, & cerebri ad suum statum, & situm naturalem redeuntium, ac proinde inclusum spiritum ad eleuantium, & restringentiū perpetua quadam vicissitudine. Talis autem est inter cordis, & arteriarum pulsus cōsentio, vt dum cor deprimitur, & consequenter sinistri illius sinus officium, seu spiritus vitalis in arterias effunditur, aperitur, arteria eleuantur, ad quod etiam moles ipsa, & copia spiritus in fluentis aliquid, præsertim prope cor, conseruit: contra dum cor eleuatur, & officium illud occluditur, arterie concidunt, sequæ ad suum statum, & situm naturalem redeunt. Falsum tamē est dilatato corde spiritum in arteriis contentum, reuerti in cor, compresso vero relaxari arterias. Falsum etiam spiritum nutriti aeris, nec probabile videtur aerem sensibi-

li vilo ductu in cor ingredi, aut villo ex corde fumosos, fuliginososque vapores vna cum aere reiiciendo generari. Finis pulsus quod ad motum dilatationis astinet, in corde est, spiritus vitalis in arterias effusio: in arteriis, & cerebro est tum noui spiritus facilitior admissio, tum spiritus ipsius melior cōseruatio, & in corpus partim per vasorum poros, partim per arteriarum capillarum extremitates diffusio. Est autem pulsus motus omnino naturalis, non voluntarius.

6
Respiratio.

414 Respiratio dicitur motus item duplex ex inspiratione, qua accipitur aer, & expiratione, qua redditur, cōflans. In eo autē respiratio, quam Græci ἀναπνοία vocant, a perspiratione, seu transpiratione, quam idem ἀναπνοία appellant, distinguitur, quod illa fit, cum aer per os, aut nares, hæc cum per corporis poros admittitur, & emittitur: Ac respiratio quidem ea indiget animalia, quorum vehementior perspiratione autem quædam contenta sunt, quomum languidior est calor. Efficientes inspirationis causa principalis est anima, instrumentalis multa cōplectitur, præcipue pulmones, qui spiritu in hiatu asperæ arteriæ ramos, quibus scatent, deducant, & aerem ad impediendum vacuum attrahunt, rursusque ad statum, & situm suum naturalem redeunt, attractum aerem extrudunt, vtrumque motum diaphragmate quoque adiuant. Finis respirationis est refrigeratio caloris præsertim cordis ad calorem ipsum, vitamque cōseruandam necessaria. Est autem respiratio motus partim naturalis, partim voluntarius, quatenus pro arbitrio variari potest. neque illud hic inter pulsus, & respirationem discrimen tacendum est, quod in fetu, dum ab huius matris vtero cōiungitur, pulsus aliquis est, saltem in arteriis, & si nō spiritum genero in corde factus ipsius, qui nō nisi paulo postq̄ est editus, spiritum in corde gignit: sed a matre per vmbilicales arterias accepto. respiratio omnino nulla est.

415 Sed vt ad animæ vegetatiuæ potentias reuertamur, earum omnium obiectum, sub diuersa tamen ratione, est alimentum. quod vt substantia in partem viuentis conuertenda, ad nutritiuam: vt quantum quod viuenti additum reddit illud maius, ad augmentatiuam: vt materia diuise seminis, ad generatiuam pertinet. Sed præsertim sumptum, vt ad solam nutritiuam spectat, recte definitur esse, quod potest in viuentis substantiam ab ipsomet viuente conuer-

5
Potentia
rum anima
negatiua ob
iectū, seu
alimentū

ri, et indeque partes substantiales deperditas restaurare. Et sic sumptum alimentum est eiusmodi, ut eo victuta omnia, que sunt animata, & mortalia indigeant, & necessarii debeat esse suis intia, non tñ simplex, & purum elementum, sed aliquo tandem modo perfectè, aut imperfectè mistum. non quodlibet tamen mistum potest esse alimentum, sed illud tantum, cuius qualitates a viventis qualitatibus vini- ci, & substantia in viventis substantiam transmutari possit. cuiusmodi autè etiam aliquid in perexigua ramenta, & pulve- res redactum posse esse verosimile est. Nec repugnat idem respectu diversorum simul esse venenum, alimentum, & me- dicamentum: nec animalimento, alia, quam per os, via, accepto, ad aliquid tempus sustentari. Ac licet solus sanguis sumptus pro tota massa venis contenta primario ordinatus sit a natura ad nutriendum, non tamen solus sanguis siue sumptus, vt dictum est, siue sumptus, ut ab aliis tribus primariis humoribus in prædicta massa permixtis distinguitur, est nutrimentum omnium partium animalium sanguineo- rum.

416. Præcipuum potentia nutritioz or- ganum in animalibus sanguineis non rectè dicitur esse illud, quod est organum ge- nerandi sanguinis: neq; hoc rectè illud esse dicitur, quod est principium venarum per quas sanguis deferitur. Generatur igitur sanguis vnosus in hepate, sed a corde perficitur. vena tamen neque ab hepate, ne- que a corde, neq; ab ulla alia corporis parte ducunt primam originem tamquam à materia ex qua, aut ab efficiente: sicut rectè dicuntur habere principium, non quidem primæ originis, seu formationis, sed perfectionis a corde, tum ut ab efficiente, tñ vt a sue recte etiam vena, que sanguinè ex hepate ad alias corporis partes deferunt, dici possint oriri ex hepate, vt ex termino à quo, sicut illa, que chylum ex ventriculo, & intestinis ad hepar deferunt, dici possunt oriri ex illis partibus, ut in eam à termino à quo: Si quæ autem sunt, quæ, & chylum ad hepar, & sanguinem ex hepate ad alias par- tes deuehant, non potius hinc, quam inde, sed sub diuersa ratione, & hinc, & inde, vt a termino à quo, dici possunt originem ducere. Atque hoc idem, quod de vena dictum est, intelligi proportionaliter debet de arte- riis, quæ a corde, & vniuersi, qui a cerebro, aut corde oriri dici solent. Præcipuum au-

tem potentia nutritioz organum, si quod assignandum sit, cor potius, quam hepar, aliudue membrum assignandum est.

417. Verùm non potest potentia nutritio per vllum organum in alimentum age- re, nisi illud habeat præsens, ad quod ordina- tur: sicut fames, & sitis, quibus viuent ad que- rendum alimentum incitatur. Fames rectè ab Arist. 2. de Anima text. 28. dicitur appetitus calidus, & siccis: siquidè calor natura- lis qui ad cibum in ventriculo concoquen- dà ab oib; circûpositis ventriculo partibus concurrit, eñ nò habet cibum, in què agat, in ipsam ventriculū agit, illūq; cibi qualitati- bus minimè tēperatū, ac picipue illius os, vehemēter calefacit, exsiccat, astringit, & corrugat: vnde tristis illa oritur sensio, seu molestia, & dolor, quo famelicivixtantur: ad què tñ illud et concurrir, qđ ventriculū cibo, & chylo vacui partes in le cōdicat, & constringit, & a venis chyli exsurgentib; conuellantur, ex prædicto aut dolore cōsē- quitur cibi, qui moderatè calidus, et siccus esse dēta appetitus, in quo cōsistit fames na- turalis: de qua Arist. loquitur præterq; aliz quatuor distinguuntur fames innaturales: quarū prima dī fames imaginaria, seu gulo- sa, q non est appetitus alimentis, sed iapo- ris. Seda dī fames artificialis, & est appe- titus ortus ex edulisy acetosis, quæ sua acrimonia ventriculū mordicantes, molestia il- lud afficiunt, & incitant ad appetitū cibi, quo hmoi molestia sedetur: & dī artificialis, quia imitatur naturalem, vt ars naturam. Tertia dī canina, & vulgo lupa transla- to a voracissimis animalibus nomine, qua quis sp̄ ferè cibi vehemēter appetit: siue ob humorè malignum vehemēter acidū vētriculo tenaciter adherentē, eius villicū tē atq; adstringentē: siue ob debilitatē vir- tutis retentiuæ secundū dispositionē, q̄ re- quirir ex parte ventriculū: siue ob laxatū, & humiditatem fundi ventriculū, & omniū intestinorum, siue ob nimium calorem ali- mentum breui temporis spatio resolutū. Quarta dī pica, seu malacia, & est appetit- us prauus, ac vitiosus cibi ortus ex prauis, & vitiosis humorib; qui ventriculū tancis in- fidentis, eiusque longa adhaesione suas qua- litates communicantes ad similia praua, & vitiosa appetenda excitat: qua fame pec- culari ratione feminæ grauidæ ob corrupto- rum mensurorū reduciendā ad sed m que- cipue, tertioque mensem verari solent. Est autē fames formaliter quædam sumpta, ut ap- petitus, in anima, casualiter verò sumpta,

9
 de
 generatio
 & nutritio
 alimentis; et
 vitiosum
 & nutritio
 enim origo

7
 Fames

vt triftis quædam ſenſio, in eadem anima, vt calefactio, exſiccatio, adſtriçtio, corrugatio, vellicatio in ventriculo.

418 Siſis ab eodem Ariſtoteleſibidem rectè deſinitur appetitus humidi, & frigidi. Per humidum autem intelligendum eſt humidum poculentum, fluxile, & roſcidum, ad differentiã alterius, quod dicitur humidum eſculentum, conſiſtens, & ſolidum: & per frigidum, moderatè frigidum. Non eſt tamen ſiſis appetitus humidi, & frigidi eodè modo, ſed primariò humidi, ſecundariò frigidi. Ac licet ad cibi attritionem, tranſmiſſionem, liquationem, permiſſionem, & concoctionem, atque ad ſecretionem, & extractionem viſiſſimum chyli partium ad hepar deferendarum, magis conferat humidum calidum, quàm humidum frigidum: ad ſiccitatis tamen membrorum temperationem, & ad refrigerationem viſcerum, aliarumque corporis partium, magis conducit humidum frigidum, quàm humidum calidum. Diſtinguitur autem etiam ſiſis in naturalem idè deſinitam, & innaturalem: quæ duplex eſt, altera gulofa, per quam ſolus ſapor in potu appetitur, altera morboſa ex variis ortu morbis, de quibus medicij. Atque vt fortius appetitus, & cauſaliter, ſenſatio quædam eſt, etiam ipſa eſt in anima: ſecundum materiale tamen, quod dicit in corpore, hoc eſt ſecundum calefactionem, exſiccationem, contraçtionemque partium non eſt tantum in ventriculo, ſed etiam in oſophago, faucibus, palato, lingua, aliſque oris partibus, immo, & in pulmonibus. Ex quibus facite intelligas, cur difficilius ſiſim, quàm famem ſeramus: Cur timentes, & tormenta ſubirent, & Epiſta, morbo ſcilicet frigido, laborantes, & hydropici ſiſiant.

Cur pueri magis famem, quàm ſiſim ſentiant: iuuenes plus ſiſiant, quàm pueri: ſenes ſerè plinquant iuuenes bibant: Cur aqua magis, quàm vinum præferim generoſum ſiſim extinguat: Cur ſiſis in febre aliquando potu ledetur, aliquando ſecus, &c.

419 Actus potentie nutritiue eſt nutritio præſè, & propriè dicta, duplex enim eſt nutritio, altera latè, & improprie dicta quæ nihil aliud eſt, quàm actio, quæ ægros inanimatum producens ſibi ſimile, illud quæ ſibi continens conſeruat: quo modo ignis nutriti dicitur ex ligno, aliaue materia, quam in ignem conuertit, eam ſibi adiungendo: altera præſè, & propriè di-

cta, quæ vt concomitantè ſub una ratione eſt mutatio, ſub alia paſſio: Ita forniſſiter eſt actio, quæ viuens alimentum intra ſe ſuſceptum, concoctum, diſtributum, & ſibi agglutinatum, in ſua ſubſtantia conuertit, & partes eiſdem ſue ſubſtantie deperditas reparat, quæ muſ abſtrahendo etiam ab hac reparatione conſequentè, ad quæ nutritionis eſſentia conſtat, quæ tamen neceſſariò attingit etiam animam, vt vnitur materiæ. Ad eam multæ requirunt præcedentes actiones, ſed inſigniores in animalibus perfectis ſunt octo. Prima in ore vbi cibus atteritur. Secunda in oſophago, ſeu gula, quæ cibus motu linguæ deuiſus in ventriculum trahitur. Tertia in ventriculo, vbi cibus concoquitur, & in chylium conuertitur. Quarta in inteſtinis, in quibus puriores chyli partes a craſſioribus, & facibus ſeparantur: ſex autem inteſtina numerantur, cum ventriculo tamen, & inter ſe vno ductu continua, exortus ſeu duodenũ, ieiunum, ileon, cæcum, colon, & rectum, ſeu alius ex quibus tria priora, quæ graciliora ſunt, maiore chyli partem, tria poſteriora, quæ craſſiora ſunt, æces ſerè tantum continent. Quinta in venis meſaricis, ſeu meſentericis, per quas tenuiores, & puriores chyli partes ad hepar feruntur. Sexta in hepate, ubi ex prædictis chyli partibus gignitur ſanguis, vt ſupra dictum eſt. Septima in trunco, & ramis venæ cæuæ, in quibus ſanguis ſpirituum vitalium in corde, & arteriis contentorum calore magis etiam purificatur: Octaua in extremitatibus, venarum, quæ dicuntur capillares, & ad poros membrorum, ubi ex ſanguine ſunt, quæ dicuntur ſecundæ humiditates, & quattuor diſtinguntur: quarum prima ſanguinis ruborè in candorem uertens commune ſecundæ humiditatis retinet nomen, altera ros, tertia cambrium, vltima gluten appellatur. Ex his tamen octo, duæ tantum ſunt mutatio-nes ſubſtantiales: una, quæ in ventriculo, altera quæ in hepate fit, quibus accedit in membrorum poris (qui licet ſenſibiles nõ ſint, negari tamen non poſſunt) tertia, quæ eſt ipſa nutritio.

420 Altera ex principalibus animæ uergeratiue potentijſis eſt augmentatiua, de cuius obiecto, & organis, quæ dici poſſunt, ex dictis de obiecto, & organis potentie nutritiue patet. Eius actus eſt augmentatio præſè, & propriè dicta, duplex enim eſt augmentatio, altera latè, & improprie dicta, quæ nihil aliud eſt, quàm additio rei

quantæ

Siu.

Nutritio.

10
Potentia
augmentatiua
augmentatiua
ratio

quantē inanimatę præferim si sit eiusdem rationis cum illa, cui additur: quo modo aquam alia addita aqua augeti dicimus: altera præse, & propriè dicta, quæ non secus ac nutritio concomitantur sub vna ratione est mutatio, sub alia passio: formaliter autem est actio, quæ viuens per alimentum intra se susceptum, concoctum, distributum, sibi agglutinatum, & in suam substantiam conuertitur, reddit suam quantitatem maiorem, quam esset, vt mutatio, seu motus definitur ab Aristotele 5. Physicorum text. 15. tum augmentatio, tum diminutio illis verbis: qui verò (motus scilicet) secundum quantitatem est, secundum commune quidem inuocatus est, secundum autem vtrumque augmentatio, & diminutio: is quidem, qui in perfectam magnitudinem (intellige acquirendam a viuento modo supra dicto) augmentatio: qui verò ex hac, diminutio definitur etiam potest augmentatio quidem, mutatio viuens à minori ad maiorem quantitatem facta ab ipso viuento modo supra dicto: diminutio verò mutatio viuens à maiori ad maiorem quantitatem facta non ab ipso viuento per se loquendo, sed a calore siue intrinseco, siue extrinseco partes quantas resolvente. Vt actio definitur item tum augmentatio tum diminutio ab eodem Aristotele primo de Generatione text. 3. in hunc modum: augmentatio est extensio magnitudinis addita mentum: (intelligitur factam a viuento modo supra dicto) diminutio autem minoramentum, (intelligitur item factum modo supra explicato) & definitur etiam potest augmentatio eodem actio, quæ maior, diminutio verò quæ minor redditur quantitas viuens, quàm esset, modis supra explanatis. Vnde patet etiam tuomodo vtraque definitur potest, vt passio. Atque ex his colligere licet augmentationem quomodocumque sumptam in suo esse non includere distationem pororum viuens factam ad recipiendum alimentum maius, quàm fuerit substantia deperdita, nec additionem alimenti, seu substantiæ factam viuento, nec extensionem alijam distinctam ab extensione quantitatis, quæ viuens sit maius, quam esset.

421 Cum autem quaeritur, an augmentatio sit cōtinua, multiplex esse potest quæstionis sensus. Primo an sit perpetua, & sic negatur. Secundo an duret per totam vitam, & sic etiam negatur, rectè scilicet tribus in tota vita distinctis ætatibus, incrementi, consistentiæ, & decrementi. Tertio an sit si-

ne interruptione saltem per totam ætatem incrementi, & sic etiam negatur. denique an quando sit continua, id est successiua, & non interrupta, & sic affirmatur, licet non semper sit vniuersalis. Sed præter continuitatem rectè Aristot. 1. de Generatione text. 25. ad 43. tres afferit præcipuas augmentationis conditiones: quarum prima est, vt eius, quod augetur, quæcunque pars augetur. vbi nomine partes intelligenda est pars sensibilis ex eiusdem Aristotelis doctrina ibid. text. 35. secunda est, vt augetur adueniente aliquo extrinseco, tertia vt id, quod augetur, maneat idem ante, & post auctiōnem; quæ conditio ita intelligenda est, vt non maneat ante, & post auctiōnem, (& idem proportionaliter dico de nutritione; de qua eadem esse potest difficultas) multoque minus per totam vitam idem numero viuens inuariatum: simpliciter tamen per totam vitam maneat idem numero viuens.

422 Atque vt per se loquendo partes viuents sensibiles omnes simul augetur: ita per accidens interdum fit, vt aliqua pars non crescat crescentibus aliis. ratio autem cur viuens magis in longum, quàm in latum, aut in profundum augetur, est partim, quæ initio formationis maiorem habet longitudinem, quàm latitudinem, aut profunditatem, ac deinceps proportionaliter augetur: partim quia calor quo nutritio, & augmentatio efficitur natura sua semper sursum potius quantum potest, quam aut in latum aut in profundum fertur. Quædam etiam videre est in locis haud arboris, vt in atris arboris parum in latum aut profundum diffusas natura duce in maximam se altitudinem tollere, quia frigus aeris ambientis refugium, & calorem solis superne tantum directè lucentis exquirunt. Fit tamen interdum, vt aliquod viuens in latum potius crescat, partim ob poros in latum potius directos, partim ob aliquod impedimentum, quod accretio in longum prohibetur: vt si partes superiores sicciore sint, &c.

423 De termino augmentacionis viuentium, atque adeo quantitatis rerum omnium naturalium, quæ licet diuersæ sint quæstiones, rectè tamen coniungi solent, & ad quarum explicationem rectè distinguuntur quatuor illi termini, maximum quod sic, maximum quod non, minimum quod sic, minimum quod non; quorum duo priores dicuntur termini magnitudinis, alter in-

¶
Terminus
augmentacionis
viuentium,
& quantitatis
vniuersalis
etiam ante
rationem.

inſecus alter extrinſecus: duo poſteriores paruitatis, alter item intrinſecus, alter extrinſecus, ita philoſophandum videtur: vt dicamus nullum quantum, vt quantum poſulare certum terminum magnitudinis aut paruitatis: imo reſpectu abſolute Dei potentia nullam rem naturalè habere certum terminum magnitudinis, aut paruitatis, & conſequenter nullam ex natura ſua, ſeu eſſentialiter poſulare certum terminum magnitudinis, aut paruitatis: de facto tamen nullam eſſe, quæ non habeat: dari etiã de facto inter omnia corpora vnum maximum poſitiuè, quod eſt cælum impyreum: & aliquod minimum ſaltem negatiuè, hoc eſt, quo non detur aliud minus, licet poſſit dari aliud illi æquale: ſed hoc eſſe inter animata, & inanimata diſcrimen: quod animata quidem omnia habent determinatam magnitudinem, & paruitatem, quam excedere naturaliter etiam quantumque appoſito, vel ſubducto alimentum non poſſunt, licet per abſolutam Dei potentiam poſſint: Inanimata vero, quæ non ſunt partes animatorum (nam de his loquimur, cum de aliis, quæ ſunt partes animatorum idem proportionaliter dicendum ſit, quod de ipſis animatis) non ita habent determinatam magnitudinem, aut paruitatem: vt tam perſe loquendo excedere naturaliter non poſſent, modo aliquid ſemper apponeretur, vel ſubduceretur illius, ex quo augetur, vel minui ſolent: quo ſenſu intelligendus eſt Ariſtoteles. 2. de Anima text. 43. & bi, ignis augmentum, inquit, in inſortum abit, quouſque fuerit coſuſſibile: cum tamen ſimpliciter etiam inanimata omnia habeant determinatam magnitudinem, & paruitatem, quam excedere naturaliter non poſſunt.

424. Ab augmentatione, & diminutione valde differunt rarefactio, & condenſatio: quarum illa eſt actio, quæ ad raritatem hæc actio, quæ ad denſitatem terminatur. Sed duplex eſt raritas, & denſitas: altera latè, & improprie: altera præſe, & proprie dicta. Raritas latè, & improprie dicta conſiſtit in maiori diſtancia, & partiali quadam diſcontinuatione partium inter ſe: cuius modi eſt, quæ in pumice, vel ſpongia, vel panno complicato cernitur: cui reſpondet rarefactio item latè, & improprie dicta. Denſitas latè, & improprie dicta conſiſtit in maiori propinquitate, & conſtipatione partium inter ſe ex aliqua tamen parte diſcontinuarum: cui reſpon-

det condenſatio item latè, & improprie dicta.

Raritas præſe, & proprie dicta nihil aliud eſt, quam maior laxitas, ſeu extenſio localis partium materiz, & formarum materialium: cui reſpondet rarefactio itè præſe, & proprie dicta Denſitas præſe, & proprie dicta nihil aliud eſt, quam maior laxitas, ſeu extenſio localis earumdem partium: cui reſpondet condenſatio præſe: itè item, & proprie dicta. Ac rarefactio qui dem latè, & improprie dicta ſit per dilationem: condenſatio vero illi oppoſita per conſtrictionem pororum, ſeu foraminum plenorum corpore a liquo tenui, quod facile recipi, & extrudi poſſit. At rarefactio præſe, & proprie dicta ſit interdum calore ſucceſſiuè inducto in partes materiales in illa exiſtentes magis explicante, & extendente in ordine ad locum, ſeu ſpatium: interdum etiam a motu locali partes quantas diſtrahente, & extendente item in ordine ad locum, ſeu ſpatium: ita ut rarefactio præſe, & proprie dicta formaliter ſit, vel calefactio, non vt calefactio præſe, ſed vt explicans, & extendens prædictas partes in ordine ad locum, ſeu ſpatium vel motus localis, non vt motus localis præſe, ſed ut diſtrahens, & extendens eaſdem partes item in ordine ad locum, ſeu ſpatium. Condenſatio vero illi oppoſita ſit interdum a frigore ſucceſſiuè inducto in partes materiz, illaſque, & conſequenter formas materiales in illa exiſtentes magis coſtipante, & reſtringente in ordine ad locum ſeu ſpatium: interdum etiam a motu locali partes quantas comprimente, & reſtringente item in ordine ad locum, ſeu ſpatium: ita ut condenſatio præſe, & proprie dicta formaliter ſit, vel frigefactio, non ut frigefactio præſe, ſed ut conſtipans, & reſtringens prædictas partes in ordine ad locum, ſeu ſpatium: vel motus localis, non ut motus localis præſe, ſed ut comprimens, & reſtringens eaſdem partes item in ordine ad locum, ſeu ſpatium. Atque in condenſatione, quo modocumque fiat, interuenit quædam neceſſariò penetratio quadam partium quantarum, non tamen illa, quæ naturaliter eſt impoſſibilis, hæc eſt, quæ duo, pluraue corpora, vel etiam duæ, pluresue partes vnus eiuſdemque corporis extenſe localiter, per ſolum motum localem æon comprimente partes quantas, & ſine præcedente alteratione ſufficiente ad condenſationem,

ponantur in eodem loco, seu spatio præcise: sed alia naturaliter possibilis, & necessaria, quæ dicitur plures partes quantæ extentæ localiter per condensationem alterutro ex dictis modis factâ ponuntur in minori loco, seu spatio, quam antea essent.

4.5. Ex quibus intelligere possis. Primò supposito, quod quantitas sit accidens physicum realiter distinctum ab omnibus aliis, de quo agendum est libro tertio, nec in rarefactione præse, & propriè dicta acquiri, nec in condensatione illi opposita deperdi quantitatem ullam, eamque esse naturaliter ingenerabilem, & incorruptibilem, & materiam coactam: supposito autem, quod quantitas non sit accidens physicum distinctum ab omnibus aliis, sed identificatum cum rebus quantis, de quo agendum est eodem libro, in rarefactione, præse, & propriè dicta per se acquiri quantitatem caloris, & deperdi frigus, quod fit per calorem, sed nihil per se acquiri, aut deperdi, quod fit per motum localem: In condensatione uero illi opposita est contrariò per se deperdi quantitatem caloris, & acquiri frigus, quod fit per frigus, sed nihil per se deperdi, aut acquiri, quod fit per motum localem, quicquid sit de distinctione, aut indistinctione reali quantitatis a rebus quantis, in rarefactione præse, & propriè dicta quocumque facta se acquiri maiorem impenetrabilitatem in condensatione uero illi opposita deperdi, & quid est successiuò ad successiuò rarefactionis, & condensationis: particularitatem materiam, & formatam materialitatem in materia existentem aque calore, uel frigore, aut motu locali affectatam determinationem, & quasi electionem ad hoc, et hæc potius, quam aliter distrahantur, aut conspiciantur, & consequenter acquirant, aut amittant impenetrabilitatem, uel è contrario, in solâ eam primam referri posses: sed in impenetrabilitate plura libro tertio, ubi de quantitate. Tertio rarefactionis, & condensationis præse, & propriè dictas fieri tantum secundum omnes partes sensibiles, ut proportionaliter sunt augmentatio, & diminutio: sicut in aliis illis ab his ualde distrahantur Quarto rarefactionis, & condensationis, & consequenter raritatis, & densitatis claris certis terminos qui naturaliter excedi non possint: licet per absolutam Dei potentiam possint. Quintò iuxta prædicta intelligendum esse Aristoteli in *Phisicis*. de qualitate ubi spiritus dicitur, eorumque partes suis ipsis propinquas sint; inquit, uero eorum quod dicitur a se inuicem, & 4. *Phisicis* text. 84. ubi magnitudo, inquit, & paruitas sensibilis motus non inuisper accipiente aliquid materia extenditur sed quia materia est potentia utriusque

quare est idem densum, & rarum, & una materia ipsorum est, & 8. *Phisicis* text. 55. Vbi densitas, & raritas, inquit, cõgregatio, & disgregatio Sexto iuxta prædicta intelligendum esse et illas raritatis, & densitatis definitiones, quæ tamquam ex text. 84. citato collectæ circumferuntur: raritas est multa quantitas cum pauca materia, seu parua materia sub magnis dimensionibus: contra uero densitas, pauca quantitas in multa materia seu magna materia sub paruis dimensionibus. ita ut nomine materiam, intelligatur tota entitas capax extensionis secundum locum nomine uero quantitas, & dimensionem extensio ipsa prædictæ entitatis secundum locum. Septimò rarum, & densum, ut rarum, & densum in omnibus corporibus. naturæ lib. siue sublunariis. siue celestibus. eiusdem esse rationis Octauò idem rarum, & densum sub diuersa ratione spectare ad diuersa prædicamenta. Non tamen ex ipsidem rectè inferas in Sanctissimo Eucharistie Sacramento accidentia supernaturaliter subiecto carètia non posse rareferri, & condensari, quocumque: ad id Deus concurrat, quod Theologorum est explicare.

426 Reliqua ad animam uergetatiùs modo supra explicatam pertinet est potentia generatiua, de cuius subiecto iam supra diximus. Instrumentum eius præcipuum est semen, a quo est generatio uiuentis præse, & propriè dicta, non tantum quocumque sed qua uiuens a uiuente per semen ab illo decedens producit, siue producat eiusdem speciei animæ, quæ est generatio perfectior, siue tantum eiusdem generis, quæ est generatio imperfectior. quæ utraque generatio, sed præcipue prior merito ab Aristoteli lib. de uita, & Morte ca. 14. definitur prima participatio cum calido nutritiuo animæ, & 2. de Anima text. 34. dicitur naturalissimum uiuentis opus, intellige, illis exceptis quibus idem in indiuisuo conseruatur, atque perficitur. Generatio autem uiuentis, quæ definitur, processio uiuentis a principio uiuente coniuncto in similitudinem naturæ siue numeris, siue specificæ, siue generis ex uij talis processionis, Phisicorum finis excedit: intra illos tamen continetur, si dicitur, processio uiuentis a principio uiuente coniuncto in similitudinem naturæ, uel specificæ, uel generis: non particula (coniunctio) intelligatur de coniunctio ne per semen, per quod a uiuente decedens, uiuens generatur. Sed ut hæc generatio propriè dicatur naturalitas, & generans, propriè dicatur pater, & genitum filius requiritur,

15
Potentia
generati-
ua, & ge-
neratio.

præterea, vt generans, & genitum sint copulationis, & amoris, siue sensitui, siue rationalis capacia. Aliter tamen etiam sumitur natiuitas pro partu, de quo, ut de conceptione cum antecedente supersedeo. Tantum addo viuientia, si quæ sint, quæ tantum ex putri generentur, specie differre ab ijs, quæ generantur ex semine: multa tamen ciuile specie generari, & ex putri, & ex semine.

T4
Vita.

427 Ad eandem animam vegetatiuam pertinent etiam vita, non quæcunque, sed eius folijs propria, & mors illi opposita. Vita enim in communi, nec habet mortem oppositam, nec ad illam animam pertinet, vt eius folijs propria. Vita verò in particulari sumpta pro vita animatorum tam multiplex specie, & numero est, quam multiplex est specie, & numero animarum: id quæ proportionaliter dico de morte illi opposita. Tribuitur nihilominus vita animatorum, & mors illi opposita potius animæ seu gradu vegetatiuo, quam aliis, quia hic est velut fundamentum aliorum: est nulla in eodem animato sit horum graduum distinctio plusquam formalis, seu virtualis. Et in hoc sensu rectè definitur vita ex Aristot. lib. de vita, & morte ca. 14. in hunc modum: Vita est permissio nutritiua animæ cum calido, & humido. In qua definitione duæ etiam indicantur causæ longitudo, & breuitatis vitæ, quæ sunt calidum tum calore insito, tum etiam calore insuete, in quibus calor insuens datur, sed præcipue calore insito, & humidum, tum radi cale, tum alimentitium, sed præcipue radi cale. Merito tamen idem Aristoteles libro de longitudine, & breuitate vitæ cap. 3. in humido distinguit quantum, & quale, intelligens per quantum copiam humidi præsertim radicalis, per quale verò temperiæ, & præcipue copiam caloris prædicto humido insiti, quo fiat, vt humidum non sit aqueum, & terreum, quod est facile exsiccabile, & congelabile, sed æreum, pingue, viscosum, tenax, quod non est facile exsiccabile, & congelabile: atque ex his duobus potius quale, quam quantum causam vult esse longioris vitæ. Vnde rationem facile reddas, cur animalia ex sanguia parum viuunt: Cur aquatilia communiter minus uiuant, quam terrestria: Cur plantæ longioris ferè sint vitæ, quam animalia: & alia ad longitudinem, & breuitatem vitæ spectantia problemata, vt, quæ corporis constitu-

tio, & temperies sit longior: Diutiusne in locis calidis, an in frigidis vita protrahatur, & similia dissoluas.

428 Mors, quæ formaliter sumpta est priuatio vitæ, intellige non consummque, sed, quæ præcesserit: seu, quod pro eodem accipitur, separatio animæ à corpore quod informaret, siue per huiusmodi separationem corrumpatur anima, siue non: casualiter sumpta, ab Aristoteli lib. de vita, & Morte cap. 14. in violentam, & naturalem diuiditur, & utraque definitur his verbis: Mors autem, & corruptio, violenta quiddè calidi extinctio, & marcor (corrumpitur enim utique propter ambas has causas) quæ autem secundum naturam, eiusdem huius marces factio propter temporis longitudinem facta, & perfectio. Vbi per calidum, intelligit implicitè etiam humidum, in quo calor inhaeret, & extinctio quidem refert ad calidum, marcorem verò ad humidum, seu calorem in humido: licet enim hæc duo interdum confundantur præse tamen, & propriè per extinctionem caloris mori dicitur viuens, quatenus eius calor ad uitam necessarius a contrario corrumpitur: per marcorem autem, quatenus humidum ad uitam necessarium absumitur, quo deficiente etiam calor illi insitus ita deficit, vt marcescere dicatur. Itaque paulo clarius mors naturalis dicitur, cum diuturnitate temporis tandem calidum, & humidum ad uitam necessarium deficit: quæ mortem animalibus facillimam, ac doloris expertem esse Aristoteles ibidem docet: violenta autem cum prædictum calidum, & humidum adhuc robustum, ac validum à contrario violentè

corrumpitur. quæ utraque, vt in animalibus mors, ita in plantis ariditas ex Aristoteli ibidem appellatur.



Anima Sensitivus.

Cap. XIX.

130



Nima sensitiva dicitur anima, quæ est principium primum sensus; dupliciter autem sumitur sensus ex Aristot. 2. de Anima tex. 53. vno modo pro actu sentiendi,

qui dicitur etiam sensitio, seu sensio, & sentire: altero modo pro potentia productiva huiusmodi actus; & utroque modo sumi potest in prædicta animæ sensitivæ definitione, modo sumitur in communi, seu ut sensus alterutro ex prædictis modis est præcisè. De sensibile tamen prius, quam de sensu agendum est. hoc autem ab Aristotele 2. de Anima tex. 63. 64. 65. triplex distinguitur, proprium, commune, & per accidens. Dico autem proprium, inquit Aristot. tex. 63. quod non contingit alio sensu sentiari, & circa quod non contingit decipi. Sensibile commune, & sensibile per accidens non definiuntur ibi ab Aristot. sed explicantur exemplis. communia autem inquit tex. 64. motus, quies, numerus, figura, magnitudo: huiusmodi enim nullus sunt propria: sed communia omnibus, &c. Secundum accidens autem, inquit tex. 65. dicitur sensibile, ut si album sit Diaris filius: secundum accidens enim hoc sentit, quonia in accidit albo hoc, quod sentit &c. Potest tamen hæc sensibilibus divisio reduci ad duo membra, hoc est ad sensibile per se, & sensibile per accidens: sensibile per se dicitur, quod per se terminare sensum, seu sentiari potest: & hoc tunc dicitur proprium, quando ab vno tantum sensu externo sentiari potest: tunc commune, quando ab omnibus, vel a pluribus. sic enim limitata est ex ipso etiam Aristot. lib. de sensu, & sensibili. cap. 4. quod idem Aristoteles supra docet, sensibilia communia esse communia omnibus sensibus. Sensibile verò per accidens dicitur quod non potest terminare visum, seu sentiari per se, sed tantum per accidens, hoc est per aliud, seu ratione alterius, cui contingitur. cu-

iusmodi sensibile est etiam substantia aliqua.

431 Quod tamen docet Aristoteles supra, circa sensibile proprium non contingere decipi, non ita accipiendam est, quasi nulla quæ omnino id contingat: sed ita, ut iuxta eiusdem Aristot. 2. de Anima tex. 161. sententiam, circa sensibile proprium raro admodum, & quidem circa rationem eius generica non nisi in illius applicatione ad hoc, vel illud subiectum, vel locum: circa sensibile per accidens, frequenter: circa sensibile commune, multo frequentius contingat error. Er quævis Aristoteles ad explicandum, quæ essent sensibilia communia, tantum in exemplum attulerit, non autem etiam statuerit sola esse prædicta quinque, videlicet motum quietem, numerum figuram, & magnitudinem: ad illa tamen, ut præcipua, & notiora reduci aliquo modo possunt reliqua omnia, quæ sunt multo plura sicut, & prædicta quinque reduci possunt ad multo pauciora. Neque vllum sensibile commune imprimis sensibus propriam speciem: sed solum modificat, seu determinat speciem sensibilibus propriis, si datur: vel si non datur, ut paulo post dicitur, modificat seu determinat ipsam sensibile proprium. Tã proprium autem, quam commune sensibile, loquendo de per se existente, seu separato, debet esse quantum: nec vllum dari potest tam parvum sensibile seorsum existens, quod nullo modo sentiari possit.

432 Peculiaris verò difficultas hic est an, & quo modo sensibilibus privationes, seu defectus debite eorum ad sensus applicationis cognoscantur. Cui respondendum breviter videtur, cognosci quidem sensibilibus privationes, seu defectus prædictos, non tamen ad sensu externo adærtere, ut quidam dicunt, se a sensibili non moveri, cum tamè moveri deberet, si sensibile esset præsens, seu debite applicatum in nobis, vel ab intellectu, cui semper tribuenda est huiusmodi cognitio, cum per rationationem habetur, ut sepe contingit: vel etiam a sensu communi, cum privationes, seu defectus prædicti sunt præterites eo modo, quo possunt esse præterites: vel denique ab aliis sensibus interioribus, cum privationes, seu defectus prædicti non sunt iam præterites: in brutis autem, vel a sensu communi, vel ab aliis sensibus interioribus, proportionaliter, ut in nobis.

Quonia tamen nec intellectus, nec sen-

1
Anima
prima
sensitiva.

2
Sensibile
proprium
commune
per acci
dens.

3
Sensibile
privatio
nis.

ſus communis percipiunt priuationes, ſeu defectus prædictos præſentes, niſi medio ſenſu exteriori, minime tamen moto, aut operante, quatenus cum intellectus, aut ſeſus communis aduerſit ſenſum externum non moueri, nec operari, conſequenter cognofcit non eſſe obiectum præſens, ſeu debite applicatum: Idcirco tribuitur huiusmodi cognitio etiam ſenſui exteriori, non quidem poſitiue, ſed priuatiue, vt explicatum eſt, concurrenti Et hoc modo intelligendum eſt Ariſto 2. de Anima tex. 13. ubi docet, nos viſu diſcernere, & tenebras, & lumen, ſed non ſimiliter, & text. 103. & 120. ubi docet, viſum eſſe viſibilis, & inuiſibilis, guſtum guſtabilis, & non guſtabilis, & ſic de aliis ſenſibus. quanquam ibidem explicat inuiſibile duobus accipi modis. Primo pro priuatiue obiecti viſibilis. Secundo pro ipſo obiecto viſibili quidem, ſed ægre, & non ſine aliqua organi læſione ob nimiam obiecti vehementiam, vel paruitatem. Magnum tamen diſcrimen eſt inter modum, quo intellectus, & modum, quo ſenſus etiam communis priuationes percipit, ut ex ijs quæ libro tertio, ubi de excitationis, dicenda ſunt, intelligitur. De ſenſu interim ſatis ſiſ dicere, illam non niſi conſaſe, & materialiter priuationes obiectorum percipere, quatenus percipit id, quod eſt abſens, & conſequenter non præſens, ſeu non debite applicatum atque adeo non mouens, vt mouet præſens, ſeu debite applicatum, vt contingit exempli cauſa cani alimentum, aut leporem quæreati.

433 Sed ſenſuum priuationibus reſiſtis, ſenſile ipſum poſitum, vt ſentiat, neceſſario aſe qua ratione vniri debet potentie ſenſitiue: nullum tam eſt, quod vnatur potentie ſenſitiue externa per ſpecies ſenſiles intentionales, vt uocant diſtinctas à realiſus qualitatibus luminis ſemi, &c quibus organa potentiæ ſenſitiuarum exteriorum aſfici debent, ut fiat ſenſatio: nulla enim dantur huiusmodi ſpecies reſpectu ſenſum exteriorum, vt ex ſingulorum explicatioe magis patebit. Itaque vnatur ſenſile potentie ſenſitiue externæ quidem, vel per ſe ipſum in immediatè, nihil obſtat: eſt illo axiomate: ſenſibile poſitum ſupra ſenſum nõ facit ſenſationem: de quo infra, vel mediante aliqua qualitate ſenſibili à ſe per medium propagata: internæ uero, vt infra explicabitur.

434 Quomodo cunque tamen ſenſibile

potentie ſenſitiue vnatur, potentia ſenſitiua reſpectu ſenſationis non eſt tantum actiua, aut tantum paſſiua; ſed & actiua quatenus elicit, & paſſiua quatenus recipit ſenſationem: reſpectu tamen qualitatis ſenſibilis, quam in ſenſorio exteriori recipit ab obiecto, eſt tantum paſſiua, modo qualitas huiusmodi ſumatur per modum vnatur, alioquin enim vnatur eius pars in una ſenſorii parte ſi recepta propagat aliam in alia, vt facit etiam extra ſenſorium. Sed hæc qualitas ſenſibilis, quæcumque ſit, nõ concutrit ad ſenſationem, neque vt principium partiale, ſed ſolum materialiter, ſeu diſpoſitiue, & tamquam conditio requiſita ex parte organi. An autem eodem modo proportionaliter philoſophandum ſit de phantasmate necne, infra intelligetur. Interim ex dictis colligi poteſt nullum dari ſenſi agentem ad producendas ſpecies ſenſiles intentionales, quas rone dari ſupra diximus: ſenſum uero producentem ſenſationes poſſe quidem dici agentem reſpectu ſenſationum, non eſſe tamen a parte rei diſtinctum a patiente, in quo recipitur ſenſationes.

De ſenſu comparato ad phantasmata quid dicendum ſit, infra exponetur. Hic de ſenſatione, de qua multa iam dicta ſunt duo tantum addiderim. Alterum eſt, nihil repugnare, vnum eundemque ſenſum multa obiecta, tum numero, tum etiam ſpecie diuerſa ad ſuum obiectum adæquatè ſpecificati ſimul ſentire ſenſationem, quæ ſub diuerſa rone, & una, & multiplex dici poteſt vna, & quidem, tum realiter, tum formaliter, ſeu virtualiter, ſi adæquate ſumatur multiplex, tum formaliter, ſeu virtualiter numero, vel ſpecie in ordine ad multa obiecta in adæquata numero, vel ſpecie, diſtincta, tum etiam realiter in ordine ad obiecta in adæquata ſpecie diſtincta, quorum vnum ſine alio natura ſua videri poſſit, ſi in adæquata ſumatur. Alterum eſt ſenſationes, non autem ſpecies illas intentionales eſſe illas, quas Ariſto 2. de Anima tex. 21. appellat formas ſine materia, & tex. 13. ſenſibile ſine materia, quatenus ſunt ſpecies quædam, ſeu imagines expreſſæ obiecti ſenſibilis, carentes tamen materia, & qualitatibus illis materialibus, quas obiectum ſenſibile in ſe habet. Atque hæc de ſenſibus tum externis, tum internis in communi: hæc de iſdem in particulari, ac prius de externis agamus.

435 Sensus externi rectè numerantur quinque, Visus, Auditus, Odoratus, Gustus, & Tactus Atque vt a visu omnium nobilissimo incipimus, eius obiectum formale est visibile, hoc est id, quod proximè terminatiuum est visionis, vt tale est, & sub se realiter comprehendit, tum lumen, tum colorem, & quidem vna cum omnibus sensibilibus communibus, quæ lumen, aut colorem modificat, & determinat, ut supra diximus: loquimur enim hic tantùm de visibili per se, non per accidens Aristot. rament. 2. de Anima tex. 66. in illa propositione, visibile enim, quod dicimus est color Græcè τὸ ἰσχύον τὸ λεγόμενόν ἐστὶν χεῖμα, in qua subiectum est (visibile) cui Græcè proponitur articulus, τὸ, qui reddit eam vniuersalem, perinde ac si diceretur, omne visibile, restringere videtur (visibile) ad colorem, sed verè extendit etiam ad lumen, tum noctu lucentium, tum aliorum omnium, quod nomine coloris latius accepto, vt sæpe alias comprehendit.

436 Pressius autem sumptus color, vt a puro lumine distinguitur, duplex est, alter permanens quem quidam perfectum colorem appellant quia non pendet ab extrinseco, sed a subiecto in quo est: alter non permanens, seu apparens, quem quidam imperfectum colorem uocant, quia pèdet ab extrinseco. Color permanens non est lumen extrinsecum à corpore opaco reflexum, vt quidam voluerunt nullos in tenebris colores esse perperam affirmantes: sed est qualitas diuersa à lumine naturæ, quæ ab Aristotele dupliciter definitur. Prior definitio est. 2. de Anima tex. 67. illis verbis: Omnis autem (sic enim ex Græco legendum est, non omnis enim) color motiuus est eius, quod est secundum actum, perspicui quæ definitio ab aliis sic affertur: Color est, quod mouet id, quod est actu perspicuum. Posterior est lib. de sensu, & sensil. cap. 3. illis verbis: color vtiq; erit perspicui in corpore determinati: extremitas quæ definitio ab aliis sic exprimitur: Color est extremitas perspicui terminati. Atque in priori quidè definitio per (actu perspicuum) intelligitur perspicuum illuminatū, hoc est corpus diaphanum, seu transparens habens in se lumen, per quod perspicuum constituitur in actu proximo perspicuum, seu diaphanum, & transparens, per quod scilicet tamquam per medium possunt alia videri:

sive sit perfectè, tale hoc est habeat tantū rationem mediij, per quod alia videantur, ipsum verò non sit visibile, vt aer: siue sit imperfectè tale, hoc est habeat rationem, tum mediij, per quod alia videantur, tum obiecti visibilis, ut aqua, chrystallus, vitrum, & similia. Dicitur uerò color motiuus perspicui in actu, id est, illuminati, ut diximus, non quia sit effectiue productiuus, & propagatiuus specierum visibilium intentionaliū per perspicuum prædictū, quas species iam supra exclusimus: sed quia non nisi per perspicuum prædictum est obiectū potentiz visuæ. Itaque intelligendum est color esse motiuus perspicui prædicti non effectiue, sed obiectiue: ut sicut dicitur obiectiue mouere potentiam visum, a qua videtur: ita dicatur obiectiue mouere medium, per quod videtur, quatenus non nisi medio illo est obiectum potentiz, a qua videtur. In posteriore autem definitione per (perspicuum terminatum) intelligitur perspicuum non simpliciter, sed secundum quod, & cum addito sic dictum, hoc est ita ex opacitatis aduisione opacatum, ut uel non possit habere rationem mediij, per quod alia uideantur, sed tantum obiecti, quod actū visionis terminet; vel certe ita sit medium, per quod alia videri possint, vt ipsum etiam actum visionis possit terminare. Et perspicui terminati sic explicati dicitur color esse extremitas, id est, superficies non formaliter, sed causaliter, & quidem in triplici genere causæ, hoc est materialiter, efficienter, & finaliter, quatenus color, qui hac definitione definitur, & non alius est, quam ille, qui accedente solo lumine, statim sit proximè visibilis, est in corpore perspicuo terminato, quod diximus, sumpto secundum superficiem, non autem secundum profundum, & ab eodem sic sumpto producitur, & ad idem item sic sumptum ordinatur. Vt tamen hac definitione comprehendatur etiam color, qui in profundo etiam quorundam corporum imperfectè transparentium cernitur, nomine extremitatis, seu superficiei intelligèda est non solum superficies actualis, seu formalis, sed etiam potentialis, seu virtualis, & æquivalens. Ex his patet vtramque prædictarū definitionem bonam esse, sed accidentalem, & quidem posteriorem causalem.

337 Idem color permanens in mixtis siue perfectis, siue imperfectis non oritur

ex admiffione elementorum , ut præciſe perſpicua, & opaca ſunt ; ſeu quod idem eſt, ex perſpicuo terminato, ſeu opacato, ut eſt eſt: nec ex admiffione elementorum , ut præciſe habent primas qualitates , ita ut uniuerſaliter conſequatur certum temperamentum primarum qualitatum: ſed in miſtis quidem perfectis, partim ex varia elementorum perſpicuorum , & opacorum inter ſe permiſſione imperfecta antecedente, ut materia , & alteratione, ut efficiente ; partim, & præcipue ipſa forma ſubſtantiali eorum propria : in miſtis verò imperfectis, in quorum aliquibus omnino concedendus eſt color permanens, ex varia elementorum perſpicuorum , & opacorum inter ſe permiſſione imperfecta, ut materia, & alteratione, ut efficiente, &c.

Sunt autè ex elementis perſpicua ignis, aer, & aqua ſecundum ſe ſpectata : per accidens enim ſape opacantur : opaca verò terra, quæ item per accidens ſape perſpicua ſit in exhalationibus . In elementis puris nullus eſt color . Nec idcirco tamen concedendum eſt terram puram illuminatam ſub aſpectum non cadere . caderet enim ratione luminis , & opacitatis illud terminantis . Quamvis, ſi penitus opaca eſſet ſine vlla perſpicuitate, non poſſet in ſe lumen recipere , ſed tantum in corpore contiguo, verbi gratia in aere, & conſequenter non poſſet dici illuminata intrinſecè, ſed tantum extrinſecè: ſi verò non penitus opaca eſſet, ſed aliquam licet per exiguam haberet perſpicuitatem, ut habent omnia miſta, etiam, quæ opaciſſima videntur, & ipſam quoque habere probabilis eſt, poſſet lumen in ſe, non quidem in ſola ſuperficie, ſed ad aliquam vſque profunditatem recipere . Quod ſi quæras, an poſſit quod terra altitudo corpus penitus opacum eſſet, & conſequenter lumen in medio tantum contiguo iuxta prædicta recipere, adhuc videri poſſit . reſponderetur poſſe . In aſtris, & ſi aliqua rebis appareat lucis diuerſitas , ut alibi diximus, tum ob corporum , in quibus recipitur, tum ob diſtantiam, tum ob gradum lucis ipſius varietatem : ea tamen non emittit vllum ijs permanentem in eſſe colorum . Neque a nobis hic eſſentibus diſiudicari certò poſſet, an vllus om-

nino in caeleſtibus corporibus ſit color permanentis . Color certè cæruleus, qui in celo ſereno conſpicitur, non permanens, ſed apparet eſt ex admiffione lucis , & aliqualis opacitatis, ſive aeris ſolius, ſive alterius etiam acri ſimilis in perſpicuitate corporis , magna ſuarum partium diſſuſione, & quaſi multiplicatione aliqua opacitatis rationem induentis . Sic autem colorem apparentem dici ex lucis, & opacitatis admiffione oriri, ut tamen nihil ſigæ luce, & opacitate ſimul ſumptis diſtinctum, diximus in Meteoris.

439 Ex his intelligi poſſet . Primò colorem permanentem non dici ſecundam qualitatem, quia ex primis oriatur uniuerſaliter, eſto aliquis etiam ex illis oriatur: ſed quia primas ſupponit . Secundò cum aſſignatur pro obiecto viſus viſibile complexens colorem, & lumen, nomine coloris comprehendendi non ſola in colore permanenti, ſed etiam apparatus; qui licet ex luminis, & opacitatis miſſione cõſter, ut diximus, ut viſi illis tamen habet rationem vnius ſimplicis qualitatis, quatenus per medium vnius videtur . Tertio perſpicuitatem, & opacitatem eſſe qualitates tertie ſpeciei, quorum illa deſiniri poſſet, qualitas reddens corpus in quo eſt, tale: ut per illud tanquam per medium, accedente tantum lumine, obiectum videri poſſet . hæc verò qualitas reddens corpus in quo eſt tale, ut non poſſit eſſe huiusmodi medium, quæquam vitæque, ut perfectæ vel imperfectæ eſt, ita perfectæ vel imperfectæ hoc præſtat . Nulla tamen eſt ratio dicendi eas eſſe qualitates phyſicas, ſeu diſtinctas a parte rei a rebus perſpicuis, & opacis, ſive ſubſtantialibus, ſive accidentalibus, immo eſt ratio aſſerendi non eſſe diſtinctas, ut proportionaliter diximus capite ſuperiori de raritate, & denſitate.

440 Lumen non eſt corpus, nec deſexus corpusculorum a corpore lucido, ſed accidens de genere qualitatis, nõ quidem ſpiritualis, & in corporeæ, ſed materialis, & corporeæ, quæ de potentia ſubiecti, ut alia qualitates corporeæ, & materiales, educitur . Vnde colligas, quod veteres aliqui philoſophi interdum dicunt, lumen eſſe qualitatem ſpiritualem, & immaterialem non eſſe proprie accipiendum, ſed improprie, ita, ut etatenus lumen ab ipſis ſpiritibus legè immateriale dicatur, quatenus in cõſeruari non a ſola materia, ut aliq̄ ſerè qua

TO
Perſpicui
ſat, & opacitas,

IT
Lumen;

sed etiam ab agente pendet: Quod etiam alii quidam, tum veteres, tum recentiores, dixerunt, lumen a corpore luminoso ita diffunditur, ut recipiatur, quidem in calido, non tamen de illius potentia educitur, sed illud idem numero, quod erat in corpore luminoso, ab illo diffusum recipitur. In subiecto, siue perspicuo, siue opaco, non tamen in illo producitur, nullo modo esse admittendum.

440. Desinitur autem lumen ab Aristotele 2. de Anima tex. 69 actus perspicui, secundum quod perspicuum est, & aliter, si quis, aut huiusmodi aliovis (lucidi scilicet corporis) presentia in perspicuo. Dicitur in priore definitione actus perspicui, ut perspicuum est; quia lumen in hoc differt, tum ab alijs omnibus qualitatibus, tum etiam a colore, de quo ante Aristotelis egerat, sed potest recipi in perspicuo per actionem totius in profunditatem, & reddendo illud perspicuum in actu, cum ante luminis susceptionem esset perspicuum solum in potentia, loquendo, ut loquitur Aristoteles, de perspicuo, quod proxime sit apertum medium, per quod alia uideri possunt.

In posteriore uero definitione dicitur presentia corporis illuminantis in perspicuo, non sumpta presentia pro relatione presentia formaliter, sed fundamentaliter, ita ut definitio sit non formalis, sed causalis; quia lumen est id, quod a corpore illuminante presentem corpori perspicuo, producitur in ipso perspicuo. Sic explicatæ ambæ definitiones bonæ sunt modo sumantur, ut sumende sunt in actu primo; non sunt tamen essentialiales, sed accidentales, & quidem posterior causalis, ut diximus. Iam uero lux, lumen, radius, & splendor sæpe confunduntur. Cum autem interdum distinguuntur: lux dicitur, ut est in proprio subiecto, lumen, ut est in alieno subiecto late effusum, radius, ut per lineam quasi propagatur, quomodo diuiditur in radium rectum, reflexum, & refractum; Splendor denique, seu fulgor, & iubar, ut ex corpore opaco, positum, ac terso, in quo recipitur, conspicuè resplendit.

441. Sicut ne omnia lumina eiusdem speciei, dubitari potest: sed adstruendum uideatur, tamen lumen cœlestis, & sublunare, non in eo differunt; quod illud magis, quam hoc manifestè calorem gignit, & calorem intentionem; tum in eo, quod il-

lud à calore, aut non gignitur, aut, an gignatur: non constat, hoc a calore non tamen quocumque, sed facit intentio; & in materia idonea, siue densa, ut in ferro candida, siue rara, ut in spiritibus aliquando uisus per tenebras gigni uideatur. Nulla uero (ut hoc obiter hic dicatur) est in hoc repugnancia, quod sicut in quibusdam substantiis una, ut causa principalis, producit aliam diuersæ speciei, per quam, ut instrumentum, ipsa rursus eadem in specie producitur, & e contrario: ita in quibusdam qualitatibus una, ut causa principalis, producat aliam diuersæ speciei, per quam, ut instrumentum ipsa rursus eadem in specie producitur, & e contrario. Sed utrum lumina a pluribus illuminantibus propria in eodem medio realiter inter se distinguantur, an in unum numero coalescant, controuersa, est; in quo tamen pars posterior omnino uidetur amplectenda.

Nec illi audiendi sunt, qui lumen in aere non realiter, ut est in ipsis corporibus illuminantibus, sed intentionaliter tantum esse docent: nec alij, qui lumen in medio tantum non item in termino, seu obiecto uisibili recipi uolunt: nec alij, qui corpora, quæ communiter habentur opaca, a sola superficie lumen recipere asserunt: nec alij, qui lumen ad uisionem ex parte obiecti tantum; nec alij, qui ex parte medijs tantum requiri contendunt: requiritur enim ex parte, tum obiecti, tum medijs, tum etiam oculi ipsius, & quidem ita, ut ab obiecto per medium ad intimam usque oculi partem, seu pupillam propagetur: nec denique alij, qui luminis quasi trepidationem, ac fluctuationem, quam scintillationem uocamus, & in astris presertim fixis, siue tamen etiam in plantis maxime Saturni inferioribus obseruamus, vel in solam obiecti distantiam, vel in solam interiectio uaporum agitationem referunt. Quæ uero causam prior per se nunquam, posterior sæpe quidem locum habet, mirum est uisibilis. Quare, uel ad aërem, quam nostratum uaporum interpositi corporis, uaporibus tamen, quoad raritatem, & densitatem, perspicuitatem, & opacitatem non absumis in aëthera regione, & præcipue supra Saturnum constituti agitatione, uel ad ceterum aliquam ipsorum corporum scintillantium in se conuersione, aut potius

trepidationem: vel etiam ad vitramque simul hanc causam: nec non ad interiectionum aliquando vaporum agitationem, qua scintillatio valde variari potest, recurrendum videtur. Sed hæc delumino atq; adeo de visibili satis.

442. Organum visus totale certum est esse oculum, cuius visus geminationem, siue situm, siue figuram, siue structuram, siue colorem, siue complexionem, siue usum speculæ egregium naturæ, Deique artificium suspicere non facis possis. Geminari, ut alia multa membra, ita oculos naturæ opifex voluit, tum ad utilitatem, tum ad ornatum: in edita & anteriori capitis parte collocavit, ut omnia longè præsertim a nostrorum, quo animal mouetur, prospicerent: in profundis cavitatibus, ac velut specubus repositi, tum ad tutelam, tum ad spiritus visui rationem, & visionem Perfectiorem: palpebris, cilijs, supercilijs, atque ossibus vndique communiuit; vs ad externis incurvis tiores essent figuram ijs tribuit rotandam: tum ad lumen directum uberius etiam ad obiectis non directe oppositis suscipiendum; tum ad motus facilitatem; tum ad iniurias extrinsecus incidentes facilius declinandas, oblongiorem tamen in parte posteriori, qua nervos visuos suscipiunt, & cerebro connectuntur: tribus verò, quattuor ve tunicis ex communi ori sententia, & tribus humoribus eos coagmentavit; in quibus subtilius describendis hic longior non eris: tantum dicam ex tunicis primam, quæ aduata, seu adhaerens, seu coniunctiva, & quæ transparentis est, cornea, seu dura dicitur, reliquas omnes tunicas, vna cum humoribus omnibus circumtegere, & sua pinguedine oculi humores fouere; ne frigore coelegantur, aut obrigescant, ex Aristot. lib. de sensu, & sensili caput 2. secundam, quæ secundam partem anteriorem vuae, secundum posteriorem secundina vocatur, sub cornea immediate contineri, & in parte anteriori habere foramen, quod vulgò pupilla dicitur; licet hæc alioquin sæpius sumatur pro humore crystallino, de quo paulo post: tertiam, quæ retina, seu reticularis, & retiformis appellatur, non totum oculum, sed posteriorem tantum eius partem complecti. vbi verò ad anteriorem crystallinam partem peruenit, colorem, & nomen mutare, si eadem est: vel inde incipere aliam tunicam, quæ quarta erit, & aranea dicitur, nota

pellucida: licet alij non solum retinam ab aranea, sed etiam ad natam & cornea distinguant, & aliam sextam addant, quam vitream vocant, quod vitremum humorem, de quo mox, ambiat, alij etiam septimam ex muscolum tendinibus conflaram adiungant: ex humoribus vero primum aequolum seu albuginem dictum, in anteriore; secundum crystallinum, seu glaciale, in media; tertium vitremum in posteriore oculi parte collocatum esse. Denique ex cerebro ad oculos ducti, tum duos nervos opticos, seu visorios; tum alios, quibus muscoli oculum mouentes indigent: & huiusmodi musculos sex, aut septem esse; nam septimum aliqui non nisi in quadrupedibus agnoscent.

443. De prædicto vuae foramine quæri hic primò potest, cur tam angustum formatum sit. Respondetur, tum vt, & luminis radij, & spiritus visui magis vniantur: tum etiam vt soli radij perpendiculares, quantum fieri potest, aut certe axi viciniores ad pupillam, seu humorem crystallinum perueniant, quod radij nimis obliqui confusam faciant visionem; quæ causa est, cur qui nimis amplum foramen hoc habent, confusè videant. Secundo, cur idem foramen dilatationis, & contractionis capax effectum sit. Respondetur, vt dilatari ad plura licet nimis distinde cernenda, contrahi verò ad acutius, & exactius perspicendam facile possit. Tertio, cur idem foramen, quo maior est in luce, eò magis contringat, in vmbra verò dilatur. Respondetur, tum quia lux calorem gignit, calor autem non nihil exficcare potest vucam, & consequenter eius contractione foramen dilatare: tum præcipue, quia lux paulo vehementior oculos hædit, ideoque illi aditum saltem ex parte natura conatur occludere. Quarto, cur altero clauso oculo alterius foramen magis dilatetur: vultu aperto ad pristinum situm redeat. Respondetur, quia altero clauso oculo spiritus visui, qui ob instum calorem posuit modo explicato foramen dilatare, ad alterum copiosiores transmittuntur: rursus aperto, eodem, quo antea modo, in vitremque oculum feruntur. De humoribus verò oculi quæstio est, an sint antiqui. Cui respondendum videtur affirmando, non solum de crystallino, de quo res est certior sed etiam de reliquis doctis, & præterea addendum, eorum unumquodque esse

12.
Organum
visus

homogeneum, quamvis inter homogeneas principales, & consequenter animatas corpora organici partes numerari non soleant, quia inter illas non numerantur, nisi quae per totum fere corpus fluuatur. Consequenter denique negandum est humorem crystallinum vitreo, aut aqueo, aut vtroque nutrir.

446 Maior verò quaestio est de coloribus oculorum: In qua dicendum videtur in orbiculo quidem, seu iride oculi minore, quae vulgò pupilla dicitur, nigrum, aut fere nigrum apparere colorem: quia lumen intra illud foramen in profundo receptum vt est perexiguum, quippe quod non nisi à luminoso directè, aut fere directè opposito propagari potest, respectu maioris luminis extrinseci rationem habet maiorum, & consequenter nigredinis maioris, aut minoris, prout profunditas, aut foramen est maius, aut minus. In orbiculo autem, seu Iride oculi maiore per corneam transparentem etiam colores permanentes vix, quae, quia parte corneae respicit, ita colorata est, vt in bruis eiusque speciei color fere sit eiusdem speciei: exempli gratia in bobus niger, in ouibus aquinus, in aliis alius. Excipiuntur autè equi, in quibus, sicut, & in hominibus, hic orbiculus variè est coloratus: sed in equis vt plurimum glaucus, in hominibus magis varius, glaucus aquinus, camileus, ca prinus, caesus, rufus, fuluus subflauus, cuius varietatis causa inuariam vix temperiem ex cerebri praecipue temperie pendente, & maiorem, vel minorè humorum, ac spirituum copiam, & puritatem, vel impuritatem, & denique situm etiam oculorum depressiorem, vel prominentiorem est referenda. Ex humore quidè exiguo calorem oritur glaucum, ex multo nigrum rectè docet Arist. 5. de Generatione Animal. cap. 1. Vnde rationem reddas, cur oculi glauci interdiu minus, quam alii, noctu magis: contra nigri interdiu magis, noctu minus videantur. ratio enim est, quia glauci exiguum habent humorem, ideoque multo lumine nimium illustrantur, & debilitantur: nigri verò multum habent humorem, ideoque multo lumine indigent vt illustrentur. Quae tamen omnia intelligenda sunt per se loquendo; nam per accidens aliis concurrentibus causis fieri potest, vt oculi minus humidi, nigri, quemadmodum in ijs fere, qui ad meridiem: minus verò humidi, caesij: quemadmodum in ijs

fere, qui ad Aquilonem incolunt, sicut: cuius rei duae Aristoteli sunt bonae rationes: affert sect. 14. problem. 14. Ex horum autem extremorum oculi colorum ortu colligi potest, consideratis omnibus, quae diximus, causis, aliorum etiam specierum colorum generatio. Sed cur praedicta colorè in oculis varietas, maxime in hominibus, aliqua etiam in equis sit, ratio illa est: quia homo maximam habet proportionè corporis copiam cerebri, maximeque Ferrari temperamenti: equus autem non capitis subtile, ac tenue habet: ex quo fit, ut facile mutationes in cerebro recipiat, cataractis etiam maxime laboret, & caecet, etiam minus perspicuus, quam homin.

445 Complexio autem oculi aequa potius, quam ignea est. nec verum est oculi insitum quoddam à natura lumen habere. Nec splendor ille, qui ex quorundam oculis noctu praefertim, cum maiori lumine non impeditus maxime apparere potest, emicare cernitur, et ratione cuius alii qui etiam in tenebris vident, aliunde, quae ex spiritu, & caloris copia gignitur: quamuis ad illum magnoque conferat etiam cortex, & aranea, humorisque aequi & crystallini, perspicuitas, quae exquam licet lucem facile admittit, & transmittit. Idem dico de splendore, qui ex leui oculi etiam clausi compressione in tenebris emicat, ratione cuius Aristoteli lib. de sensu, & sensili cap. 2. docet oculum in tenebris compressum videre seipsum: quod tamen non ita intelligendum est, vt videat se ipsum totum, aut id, quod videt, videat tamquam aliquod coloratum distinctum à lumine, eo inodo, quo aspiciens album verbi gratia illuminatum, videt illud, ut distinctum à lumine: sed ita, ut videat se solum secundum partem crystallino in parte anteriori, oppositam, & ex qua reflexum perexiguum illud lumen ad pupillam, seu crystallinum rediit eam partem visibilem, non tamen tanquam aliquod coloratum distinctum à lumine, sed solum tanquam quoddam lucidum, quod in circo rotundum apparet, quia tale est corpus, quod per praedictum lumen visibile redditur.

Alia autem ratio est eius, quod oculo aperto leuiter compresso apparet interdiu. Id enim est pars oculi, cui pupilla in compressione oblique opponitur, luce extrin-

13
Oculi
colores.

14
Eiusdem
complexio-
nis.

ſeca aliquantulum illuminata. Apparet ea men quidquid apparet, extra oculum, quod quid videtur, eſt extra illam partem, in qua dicitur fieri viſio, ſeu per quam, vt organum proprium, & præciliſum animæ videt.

35
Viſio.

446 Sed de hac ipſa parte non leuis eſt difficultas. Dicendum tamen viſionem nec fieri in corde, nec in ea parte neruorum, in qua coniunguntur: nec in aranea: nec in neruis opticis, qua parte in retinam expanſi pupillæ inferuntur: nec in ſpiritu viſorio contento in eadem parte neruorum optico: nec in retina poſt humorem vitreum in oculi fundo: nec partim in retina, partim in neruis opticis in eodem oculi fundo: quibus omnibus ſententijs rationum viſus potius, quam patronorum deſect copia: ſed in pupilla, ſeu humore chryſtallino, in quibus hic humor eſt, & in quibus non eſt in aliquo proportionali. Chryſtallino autem alii duo humores ducitio modo ſimulantur, aqueus quidem anterior ſpatium occupando, in quo chryſtallinus nimis extrinſecis iniunctis expoſitus fuiſſet aditumque luminis ſua perſpicuitate ad chryſtallinum dando: vitreus vero ſua mole item perſpicua, quæ ſatis magna eſt, luminis ab obiecto propagati, & trans chryſtallinum etiam perſpicuitatis conum, ſaltem quæ paulo maior eſt, ex hauriendo, an tequam ad oculi fundum perueniat, vnde ad chryſtallinum reſlexus, ſi paulo maior eſſet oculi fundum ſaltem cenſuſe reſentaret, & viſionem turbaret: quod lumen per exiguum, alio multo maiore chryſtallinum occupante, & minoris ſententiam impediende, facere non poteſt. Verum cum viſio in humore chryſtallino fieri dicitur, id non ita intelligendum eſt quod in ipſo humore chryſtallino, vt in obiecto recipiatur, cum ſentationes omnes ſic maliter, ſumptas in animæ recipi in ſua dixerimus: ſed ita vt humor chryſtallinus, & quidem non ſecundum punctum, aliquid indiuiſibile, nec ſecundum æteritorem ſuperficiem tantum, vt quidam dicunt, ſed etiam ſecundum profunditatem ſi organum proprium, & præciliſum, in quo recipitur diſpoſitio proxima, & immediata in corpore requiſita ad viſionem, ideſt lumen, per quod animæ videt. Idemque proportionaliter dico de organo aliorum ſenſuum: licet nulla ſentatio, eo modo, quo ſentiri poteſt, ſentiat, niſi in organo: quia ibi ſenti-

tur, vbi eſt id, quo medio animæ ſentit.

447 Tam ad viſionem eliciendam, non ſatis eſt, quod aliqui dicunt, nempe oculi rectè diſpoſitus, & obiecto oppoſitus, lumen in medio diaphano ab obiecto ad oculum viſus; excluſiue, & obiectum ipſum in debita diſtancia conſtitutum: ita non requiritur, nec omnino concurrit vlla extramiſſio, vt appellari conſuevit, ſive radii viſualium, ſive ſpirituum, ſive aliterius cuiuſquam rei, quæ ex oculis ab obiecto, aut etiam ad lumen in medio ab obiecto propagatum emittantur: concurrit tamen, & neceſſario requiritur intus ſuſceptio, vt vocatur, hoc eſt receptio intra oculum ad ipſum viſus chryſtallinum, & intra ipſum, non quidem corporis, nec ſpecierum viſibilium intentionalium à lumine diſtinctarum, quæ nullæ ſunt, quidquid aliqui multipliciter experientiarum, præcipue, ut ſibi videntur inſtructi prædico contra tendat: ſed luminis ipſius, quod ab obiecto per medium ad oculum viſus, & intra ipſum, vt dictum eſt, propagatum, (& quidem ſine vlla in ipſo ſaltem ſenſibili reſractione, ad quam non quodlibet paulo denſius medium ſufficit) præſtat omnia, quæ dicuntur præſtare prædictæ ſpecies: & conſequenter eſt ſufficiens medium, per quod animæ obiectum a quo ipſum propagatum eſt, videat, ſive huiusmodi obiectum directè, ſive reſlexè, ſive reſractè videndū ſit.

Quamuis, quæ perſpectiuæ de viſione, ſive directæ, ſive reſlexæ, ſive reſractæ docet, æquè per extramiſſionem, ac per intus ſuſceptionem explicari ab ipſis poſſint. Quæ cū eſt, cur Ari. non ſuam ſecutus ſententiam, ſed veterum ſe opinionem accommodat, quædam ad viſionem ſpectantia interdum explicat per extramiſſionem. Nec verò ſoli, quod directè, ſed etiam, quod reſlexè per ſpecula, aut reſractè per aquam, aliudve corpus reſractioni aptum videtur, in ſe ipſo immediatè, non autem in aliqua ſui ſpecie intentionaliter videtur: licet nec quod reſlexè, nec quod reſractè videtur, ita vnaquam appareat, vt eſt, ſed aliqua in iſis ſemper, ut ſæpe etiam in iſis, quæ directè videntur, contingat viſus, rem alibi, aut aliter, quam a parte rei ſit ſuo modo iudicantis deceptio. Vnde intelligas etiam rem, quæ in ſe ipſa immediatè, non autem in aliqua ſui ſpecie, aut ima-

gine videtur, natura sua dupliciter esse nobis representabilem: vno modo, ut a parte rei est, alio modo: ut a parte rei non est. Quod idem proportionaliter dicendum est etiam in aliis sensibus.

448 Nihil tamen uideri potest in perfectè perspicuo, qua tale est, sed tantum in perspicuo aliquo modo terminato scilicet opacoque causa est, ut lumen transiens per utrum viride, verbi gratia, vel rubrum non representet oculis eius colorem in aere, sed tantum in pavimento, alio uè corpore opaco. Cur autem non semper lumē representet colorem corporis a quo propagatur (quod idem de speciebus visibilibus intentionalibus coguntur dicere, qui eas admittunt) causa est; quia nec ipsum semper est sufficienter intensum, nec color ab ipso representandus satis uisus, ut est admodum uiridis, aut admodum rubeus, nec denique corpus, in quo representari debet debite dispositum, aut in debita distantia: quæ omnia cum adiuncte hæc coloris, tanquam imaginis cuiusdam representatio: ut in solo puro, in quo arborum uiriditas aliquando represententur in arboribus per praxa, quorum uultus interdum apparent uirides: & in aspicientibus purpuram, alium uè pannum insigniter rubeum, in quorum faciem rubor quidam refunditur. Verum et si prædicti colores per lumen representati habeant rationem imaginis non uidentur tamen ex de terminato tantum puncto, aut loco, ut imagines in speculis, sed undique indeterminatè: nec huius diuersitatis alia apparet ratio, quam ipsa natura speculi, seu corporis habentis rationem speculi, & non habetis diuersitas. Idem proportionaliter dicendum est de imaginibus, quæ in misto in obiectum cubiculum per exiguum foramen in iuce in charta, aut pariete, inuersa tamen ob rotatum inter se tenent, apparent.

449 Ratio autem cur post uisum uehemens uisione in aliam partem uersis, adhuc illud uideat nobis uideatur, in motum spiritus uisuum in oculis descendit, & phantasiam uideret referenda.

449 Cur oculo uno motu natura liter alter et in eandem partem necessario moueatur ea est causa quod nerui motorii, qui ex secunda coniugatione in singulos oculos musculos inierunt, in principio continui sunt, quo fit, ut inde moueri non possint dextri, quin simul in eandem partem mouean-

tur sinistri, nec è contrario. Quod sanè sapienter nature author instituit, tum ad uisus perfectionem, tum ne si alter oculorum sursum, alter deorsum moueretur, axes eorum uisuum, non in eodem plano, sed alter superior, alter inferior ad oculum ferrentur, quod si fieret res una, & eadem per unum axem uideretur in situ superiori, per alterum in inferiori, atque ita necessario duplex apparet: ut contingit interdum in paralyti, & conuulsione musculorum oculos mouentium, in ebriis, in strabonibus, cum alterum oculum digito attollimus, aut deprimimus, altero in suo situ relicto, & cum digitum inter oculos non longe tamen ab ipsis remotum, & oculis non in ipsum, sed in aliud remotius obiectum intensus, tenemus. Quod idem proportionaliter euenit in tactu, si unus digitus alteri, ius superponatur, ut utroque tamen globulus quispian tangatur, tunc n. globulus unus duplex iudicatur. At dubitabit forte aliquis, qui distat ut duobus oculis, & quidè satis inter se distat, res, quæ una est, una è non duplex esse uideatur. Cui respondendum est non axes conuulsiuorum, qui ad oculum feruntur in eodem sine plano, & conuulsio eandè habeant basim, rem unam, sp. unam, non autè geminam uideri, quia utriusque oculo in uno, eodèque situ representatur: quod non cõtingit cum axes prædicti non sunt in eodem plano, ut dictum est.

450 Cur eadem adæquata uisione quædam distinctè, quædam confusè, & obscurè uideantur, causa ea est, quod eadem adæquata uisione, quædam directè, quædam latè rater opposita uidentur, & illa sp. distinctius, & clarius, hæc confusius & obscurius uidentur, & quædè confusè distinctius, quo pauciora, & minoræ, eo confusius quo plura, aut maiora fuerint. Cur propinquiora maiora remotiora minoræ appareant, est quia quia illa sub angulo maioris, hæc sub minori representantur. Sed cur remotiora confusius ceuantur, cã est, quia ex longinquo multe partes obiecti uisibiles ob exiguitatè non pnt secundum se seorsim, sed tñ cum aliis, quibuscent maiores sunt, conum luminis sensibilem, per quem uideantur, in oculum propagare, tametsi cum aliis ipsæ quoque confusè uideantur. Quæ etiam proportionaliter cã est, cur angulosa è longinquo rotunda appareat, angulis secundum se ob exiguitatem minimè representatis.

451 Cur senes obiectum propinquum implicè, paulo remotius plectius cernat

Iuuenes verò quidam debilis visus è contrarie causa illa videtur esse, quod axes conorum visuorum ab eadem obiecti visibilibus basi ad chrysalinum propagatorum, seu si alii ad aliam chrysalini partem paulo distantiorem, & non in eodem plano ferantur, in causa sunt, ut obiectum cum quadam multiplicatione, & consequenter paralaxi, seu aspectus diuersitate, & confusione videatur, per oculi compressionem musculorum oculum mouentium, eundemque situm, immo et inque tenentium conatè fidam, qua, & vixet foramè, & ipse chrysalinum cum aliis humoribus vagis chrysalinum ut inter se magis videntur, & per modum unius sensorium afficiuntur in causa sunt, ut obiectum sine ulla multiplicatione, paralaxi, & confusione appareat: hanc autem oculi compressionem, quam iuuenes tum ob eiusdem oculi humiditatem, mollioremque, tum ob spirituum copiam minimè sibi difficilem experiantur, senes tum ob maiorem oculi siccitatem, tum ob spirituum defectum esse fieri non satis possunt: aliquo tamen modo compensant, tum palpebrarum contractione, exigua tantum inter eas relicta rimula, quo fit, ut non tot conii visui ad chrysalinum ferri possint: xibus inter se distantibus, tum obiecti remotione, qua fit, ut p-dictorum conorum axes magis vnti ad chrysalinum ferantur. At iuuenes debilis visus, vel ob humorum, & præcipuè chrysalini nimiam raritatem, vel ob spirituum visoriorum defectum, maioris indigent luminis ab obiecto propagatione, ut sentiant, ideoque obiectum sibi ad mouere solent, ut fortius possit, cur senes perspicillii conuexis in medio crassioribus, uersus extremitatibus gracilibus: iuuenes verò debilis visus, & perspicillii concavis in medio gracilibus, uersus extrema crassioribus iuuenitur. ratio enim primi est, quia perspicillia illa conuexa, tum axes visoriorum vilioriorum, ad perpendicularem refringunt, & consequenter unius in ipsa perpendiculari, qua unione tollunt illas vilionem confundentes paralaxes, tum obiectum sub angulo maiori, & consequenter maius representant: ratio uerò secundi est, quia perspicillia illa concava prædictos axes a perpendiculari refringentia obiectum sub angulo quidem minori, & consequenter minus, quam sub angulo naturali uerò et ap-

paret, representant, sed tamen per angulum illum minorem lumen magis vnitum, atque adeo fortius agens in oculum transmittunt. Alia plura scitu non inuicunda de visu adungi possent, sed hæc ad institutum satis videntur: & de aliis etiam sensibus aliquid in medium afferendum est.

452 Auditus, qui visum nobilitate proximè consequitur pro obiecto formaliter habet audibile, hoc est id, quod proximè est terminatum iuditionis, & tale est, quod realiter est, sonus cum omnibus sensibilibus communibus eum modificantibus, & determinantibus. Rectè autem sonus ab Arist. 1. de Anima tex. 85. definitur esse motus uens, quod potest, moueri hoc modo, quo resultantur a læuibus, cum aliquis percussit, id est motus eius corporis uerbi gratia, aeris, aut alterius, quod ita moueri, seu resiliere possit, cum aliquis illud percussit ut resiliant, quædam, uerbi gratia pilæ a corporibus læuibus cum ijs corpora illa percussuntur. In qua definitione sonus dicitur motus non formaliter, sed casualiter, quia causatur a motu percussio nis, de quo infra dicitur deinde (eius, &c.) ut significetur sonum casualiter non esse quemcunque motum, sed similem illi: quo quædam, ut pila, aliæque huiusmodi resiliunt a corporibus duris, & læuibus, similem inquam non uiuocè, sed analogicè, quatenus una percussu aeris, uerbi gratia, pars aliam pellit, atque ita totus aer a corpore percutiente resiliere videtur, ut a corpore duro, & læui, quod ad hoc aptius est, quam asperum, & inæquale, resiliit pila, aut aliquid huiusmodi. Facilius tamen, & clarius definitur sonus potest hoc modo: sonus est qualitas apta proximè mouere sensorium auditus, ut tale est, orta ex corpore formaliter, vel æquiuales solidorum percussione, seu collisione. Prima particula, quæ est (qualitas) ponitur loco generis, est enim sonus passio pertinet ad primam speciem qualitatis. Secunda, quæ est (apta proximè moueri sensorium auditus, ut tale est) hoc est, ita ut sit id, quo sensorium auditus proximè, & formaliter disponitur, ut per ipsum auditio exerceatur, ponitur loco differentie. Tertia, quæ est (orta, &c.) ponitur ad indicandam eius causam efficientem, quæ est percussio, seu collisio (sic enim percussio hic sumenda est) corporum solidorum, vel formaliter, vel æqua-

16
Auditus,
& soni de
suis.

lester, hoc est solidis quibusdam, aut quoad vim comprimendi, & frangendi aerem, cuiusmodi sunt, tum corpora valde mobilia, tum etiam valde tenſa, etiam si alioquin tenſa & mollia, aut quoad vim resistendi, cuiusmodi est aer, & aqua, & quoduis aliud corpus quantumvis molle, cum celeriter percussor, quam naturaliter aptum fit cedere, atque ita libera eius elasticitas antevertitur. Non ita tam intelligendus est sonus effici a percussione, seu collisione prædictorum corporum, ut sit terminus intrinsecus motus localis percussione, seu collisione prædictorum corporum; sed ita ut sit terminus intrinsecus alterationis, seu actionis, quæ dicitur sonatio, consideratus tamen non ut alteratio, seu actio, sed ut qualitas afficiatur à prædictis corporibus media percussione, seu collisione.

453 Ad quæ interdum concurrunt tria corpora realiter distincta, nempe percussor, percussus, & medium, ut in pulsatione campanæ in qua percussus est malleus, percussor campanæ, medium ær nomine autem percussentis, & percussus intelligitur hic percussor, & percussus principaliter, cū alioquin etiam mediū quatenus pellitur, & pellit, percussor, & percussentis, sed minus principaliter ratione habere dici possit: interdum concurrunt tantum duo corpora realiter distincta; sed vel vnum, vel etiam vtrumque; singillatim sumptum subit vicem duorum: vnum quidem, ut cum baculo per aerē celeriter circumactō, aerī secundum vnam sui partem baculo propinquiorē subit vicem medi, secundum alterā à baculo remotiorē, quæ media prima celerius percussorū quā naturaliter apta sit: cedere, ideoque aliquantulum resistit, atque ita habet rationem corporis æqualiter solidi, seu duri quoad vim resistendi, subit vicē percussorū, vtrumque, autem singillatim sumptum, ut cū flagello per aerē celeriter extenso, & reflexo, aer secundum vnam sui partem flagello propinquiorē, medi, secundum alterā à flagello remotiorē, percussorū vicē, ut dicitur est latus flagellum, per secundum vnam sui partem, quæ magis mouetur, & reflectitur percussentis, & secundum alterā, quæ minus mouetur percussorū, seu intercepto aerī resistētis ratione habet: interdum denique, licet concurrant tria corpora realiter, aut æqualiter distincta, tōtamen ipsorum ita se habent, ut non tantum percussorū, aut percussus, sed vtrumque quatenus agi percussentis, quatenus pati percussus, & quidem principalis vicē obeat: ut cū duo faxa, vel deo eiusdem ferri, aut ligni

flexilis partes ex æquo inter se in aerē colliduntur. Et iuxta hæc intelligendus est Arist. cō 2. de Anima tex. 78. distinguit tria corpora ad sonū cōcurrētia nempe percussorū percussus, & mediū. A quo autē effectus nō est percussio, seu collisio, ab eo est effectus est sonus.

454 Sed quæcumque, & quomodo concipienda sint corpora ex quorū percussione seu collisione edendus est sonus, necessariō solida, seu dura modo explicatio esse debet. Aliæ autem quædam conditiones, nō simpliciter ad sonum, sed ad maiorē, perfectiorēque sonum in corporibus principaliter percussoribus, & percussis requiruntur. Quarū prima est, ut huiusmodi corpora sint lata, ut molis aeris (& idem proportionaliter intelligendum est de alio soni medio, si quod est, de quo infra) iu tercipere, ac frangere possent. Secūda est ut sint laxa, tū vt aerē æqualiter frangat, vt de maior, & æqualior oritur sonus: tum ne si inæqualia, & foraminosa sint, aer foramina se insinuans fractionē effugiat. Et iuxta hæc conditionē intelligendus est Arist. 2. de Anima tex. 85. vbi docet ad sonum efficiendum oportere quod percussor regulare esse. Tertia est vt sint concava ad sonum multiplicandū, & diu continuandū, ob multiplicem aeris in corporibus cōcauis, vt sunt lyra, cymbala, tympana, tinianabula campanæ, alia vna ad alteram partem resilientis alibi sonē. Quarta est, vt sint aërea seu aëria naturam, vnde est sicco subtili terreo participantia. Vnde multa solus ad sonum attententia problemata: vt cur plumbum & stannum imbecillum edant sonū, quia aërea magis quā aëria sunt. Cur ferrum paulo maiorem, sed obsoletum sonum efficiat, quia plus a liquidæ aëreæ naturæ, sed multū, & crassum siccum terreum habet. Cur aurū, argentū, & cuprū magis resonent, quia magis aërea sunt, & siccup terreū magis resonare habent. Cur inter hæc argentū, nō vim resonet, quia siccus est, & partes rariores, minusque cōspatas habet. Cur calybs adhuc argenti magis sonorus sit, quia adhuc est siccior, quæ causa est, vt facilius etiā frangatur. Eademque differentias in lapidibus, & lignis proportionaliter inuenies. Cur autē siccitas soni propagationē tātoperuinet, humiditas impediatur, præter naturā est hæc, vt aliarū multarū qualitatum sympathiæ, & antipathiæ, illa etiā est causa, quod sicco magis resistit impellenti humidū minus; ideoque si sicco aer magis ad humidū minus resistit, imo humidū sicco adhærescit, nō itē sicco. Quinta est, vt sint apta tremere. Vnde intelligas primū, cur siliū corā tendatur, vt pulsata magis resonet: ratiō

est, quia tense magis tremunt, & consequenter aerem hinc inde magis impellunt, & frangunt. Deinde cur corpora friabilia, & quasi friabilia, & quidem hæc præcipue, percussa valde sonent: ratio enim est, quia valde tremunt.

18
Friabilia
& frifibilia.

455 Dicuntur hic corpora friabilia, quæ friari, hoc est in minutissimas partes facile frangi possunt, vt vitrum, glacies, & huiusmodi: quasi friabilia vero, quæ licet in minutissimas partes facile frangi nõ possint, facile tamen tre morem concipiunt; ita vt si percussantur, omnes eorum minutissimæ partes a proprio situ aliquantum discedant, & rursus ad eundem velocissime redeant, atque hoc modo tandiu agitentur, & tremant, & consequenter aeris alluionem, & sonum efficiant, donec motu paulatim debilitato, ac tandem finito, omnes in su naturali situ quiescant: cuiusmodi corpora sunt Campanæ; in quibus partium hæc agitatio, & tremor, dum vehementer sonant, satis clarè obseruatur, eoque non aliam ob causam sonum tandiu continuant: & si ferro, aut etiam ligno, dum vehementer sonant, ita tangantur, vt earum partes ab ipsarum malleo motæ equaliter agitari, atque ad suum reueri situm prohibeantur, facile franguntur. Clarius tamen eadem partium agitatio, & tremor apparet in cyatho vitreo aqua semipieno, cuius labro, si quis digitum humectatum, ita circumducatur leuiter apprimens, vt aquam non tangat, aquam tamen simul tremantem circumducet: cuius motus non alia potest reddi ratio, quam prædicta partium cyathi in eandem partem agitatio, & tremor. Sed ad sonum reuertamur.

19
Soni subiectum & medium.

456 Subiectum, & medium soni non ita distinguenda sunt, vt subiectum sit illud tantum, in quo primo producitur, medium vero illud, per quod iam productus propagatur: sed ita, vt subiectum sit omnne illud, in quo sonus recipitur, siue dum primo producitur, siue dum propagatur, medium vero illud, per quod propagatur, quamuis nullum sit huiusmodi medium, quod necessarium non sit etiam subiectum, & quidem etiam primæ productionis respectu à huius partis soni. Nec subiectum soni sumptum, vt dictum est, aut etiam restrictum ad subiectum primæ productionis est solus aer, sed etiam aqua, & aliud multiplex corpus, siue sit medium, siue percutiens, siue percussum, licet Aristot. 2. de

Anima text. 85. horum tantum duorum potestremorum expresse meminerit, & vtrumque, sed diuerso modo, sonare docuerit. Præcipuum tamen subiectum, & medium soni perfecti est aer, & sic intelligendum est illud Arist. 2. de Anima text. 87. sonus aeris motus est: post aerem vero illa corpora, quæ sunt magis friabilia, aut quasi friabilia. Dixi apud nos, quia in celo empyreo aliud a Theologis soni subiectum, & medium assignatur. An autem duo corpora fo no efficiendo, & suscipiendo apta, verbi gratia, duo metalla si in vacuo, & consequenter sine vilo medio inter se colliderentur, sonum ederent, dubitant aliqui: sed affirmandum videtur: quæuis editum sonum non ad aures cuiusquam propagarent, sed tantum in se recipient.

19

457 Grauior apud aliquos difficultas, est An sonus per totum medium realiter, an intentionaliter, an per aliquod spatium realiter, & deinde intentionaliter, an per totum medium, & realiter, & intentionaliter simul multiplicetur, seu propagetur. Affirmandum verò est per totum medium realiter, nunquam autem, & nusquam intentionaliter, seu per species intentionales soni, quæ nullæ sunt, propagari: & quidem non ita, vt ad eius propagationem semper necessarius sit motus localis aeris, alterius uè corporis mediæ rationem habentis: sed ita, vt sonus per motum percussiois, seu collisionis, modo supra explicato, productus, aliquando quidem per motum localem mediæ ad auditum vsque, aliquando autem per motum localem mediæ ad aliquod vsque spatium tantummodo, deinde sine motu locali mediæ ad auditum vsque propagetur. Nec tamen motus hic localis mediæ ita fieri existimandus est, vt eadem numero pars mediæ, verbi gratia, aeris per totum spatium, quo huiusmodi motus durat, localiter transferatur: sed ita, ut pars a percussente immediate mota aliam, & alia deinceps aliam ad certum vsque terminum impellat, & moueat: vt cum calcio in aquam proiecto unda vndam in orbem vrget, & incitat: consequenter nunquam eadem numero soni pars, quæ in parte aeris a percussente immediate mota, vt in subiecto recipiebatur, ad sensorium auditus prima peruenit, sed alia per illam in alia mediæ parte vterius propagata, licet post ipsam nihil repugnet in parua præsertim

distantiâ peruenire etiam illâ, quæ in parte aeris a percussente immediate mota, ut in subiecto recipiatur. Non potest autem dubium esse, quin sonus, quatenus per motum localem medijs modo dicto propagatur, in tempore, non autem in instanti propagetur.

Sed an, cum primò producitur, & cum ex termino, ubi definit motus localis medijs, ulterius sine motu locali propagatur, in tempore, an in instanti producat, & propagetur, dubitari non immerito potest.

Respondendum tamen ad utrumque videtur in tempore, non quia sonus habeat contrarium impediens, quominus in subiecto recipi in instanti possit: sed quia naturaliter postules successiue produci, siue primò producatur, siue quomodo cunque propagetur. neque idcirco necessariò concedendum est ad sonum producendum non sufficere collisionem factam per contactum in instantaneum sine compressione vili corporum solidorum, licet, ut plurimum aliqua nõ tamè semper sensibilis, intercedat: quasi vero qualitas translatiua mobilis, quæ est terminus in instanti motus localis collisionis iuxta alibi dicta de motu locali per illum fit, per quod in instanti est, sicut potest efficere in tempore immediatè post illud instans consequente aliam similem quæ sitatem translatiuam iuxta alibi dicta, ita non possit efficere sonum.

458 Propagatio igitur soni, & propagatio luminis in hoc differunt, quod illa successiua, hæc instantanea est: sed in hoc conueniunt, quod utraque, nisi per accidens impediatur, non recta tantum, sed in orbem fit: ita, sicut sicut idem luminosum a pluribus, non per eandem, sed per diuersas luminis partes, videri potest: ita idem sonans a pluribus, non per eandem, sed per diuersas soni partes, audiri potest. Reflexio verò soni reflexioni luminis partim similis, partim dissimilis est: Similis, quatenus aliqua soni pars, quæ directè ulterius propaganda erat, inuèto obstaculo versus suò principium propagatur: dissimilis quatenus sæpe non aliqua soni pars modo dicto reflectitur, sed etiam subiectum soni, præsertim aer, secundum aliquam sui partem in obstaculum impingens versus principium soni, & motus in aere facti repellitur.

Atque hoc modo fit Echo ex Aristot. 2. de Anima tex. 30. vbi, Echo autem fit, inquit,

quando ab aere vno facto propter vas, quæ terminauit, & prohibet frangi, iterum aere repellitur, quæ ad modum sphaera: id est, quæ do ab aere collecto, & vnico pp figurâ corporis caui quasi vasis illum ita terminatis, & continentis, ut frangi, ac dissipari prohibeat, alius aer a corporibus sonantibus in pulsus, & aerem illum collectum, & vnium impellens, premeus, & addensians, sed ob resistentiam corporis duri illum terminantis, & continentis, ut dictum est, frange re, ac dissipare non ualens, repellitur, & ressit, ut pila, quia aeri illi pressio, & addensians to ad suam raritatem, statumque naturalem redeunt cedere cogitur. Vbi exemplum pilæ non ita laudandum est, ut quemadmodum eadem numero pila per totum spatium proiectur, & ressit: ita eadem numero pars aeris per totum spatium impellatur, & repellatur: sed ut supra in definitione soni ab Arist. allata explicauimus. Nihil tamen repugnat, nec improbabile est, sonum, ut per aliquod spatium sine motu locali propagatur, ut supra dictum est, ita sine motu locali reflecti, atque ita etiam sine motu locali fieri Echo, licet minus clarum ob minorem soni intensiõnem. In quam sententiam non incommode accipias verba illa Arist. citato: videtur autem semper fieri Echo, sed non clara, quia accidit in sono, sicut, & in lumine, etenim lumen semper repercutitur, &c. intellige quandiu vni propagandi se hæret: esto idem Arist. supra illam tantum explicet Echo, quæ fit per motum localem aeris, quia est clarior.

459 Hinc intelligas quid sit Echo. nihil enim aliud formaliter est, quam soni, uocisue, siue inarticulatae, siue articulatae reflexio, seu reflexa propagatio.

Requirat autem Echo certa distantiam, etsi non in indiuisibilibus consistentem, sed aliquam habentem latitudinem, quia nec aer ad quamcunque distantiam repellitur, nec sonus, aut vox, ad quamcunque distantiam reflecti potest: sed cur in minori distantia quam illa certa, quam diximus, non audiatur, nisi per obscure, & in adhuc minori, penitus non audiatur, ratio esse videtur, quia ante certam illam distantiam a partibus aeris ab obstaculo repercutitur nõ mouetur motu illo, quo moueri debent, ut sonus, uocemue prius acceptam reddant, seu reflexè propagent, hoc est motu consimili primo illi, quo alia partes aeris a corpore sonante, aut loquente immediatè motæ fue-

rant; ſed dum ab obſtaculo reſiliunt ſuper-
 uenientibus aliis a corpore ſonante, aut lo-
 quente directè motis, iterum ad obſtacu-
 lum impelluntur: qua contrariorum mo-
 tionum, & quaſi vndationum aeris ſe mutuo
 impediuntur ſapius repetita viciffitudi-
 ne, & turbatione, fit, vt prope obſtaculum
 ſonus, aut vox propagari ſaltem diſtinctè
 non poſſit: Cum primum autem aeris par-
 tes ab obſtaculo repercuffæ aliarum par-
 tium iam quieſcentium, partim lentius con-
 tra tendentium reſiſtencia inuincunt, aliæ
 alias primum celerius, & minus longè, de-
 inde tardius, & longius vniſormiter diſor-
 miter vndarum more vrgent, incitantque,
 donec palatim ad motum conſimilem
 primo illi, quem dixi perteniunt: conſimi-
 lis autem motus, ſeu vndatio aeris conſi-
 milem ſonum, vocumque propagare poteſt,
 & quidem non ſemel tantum, ſed bis, ter,
 & ſæpius, nam eſt vbi ſepties, vbi decies, vbi
 ſicies audiat, prout bis, ter, aut ſæpius par-
 tes aeris a pluribus cauiſis: modo ex-
 plicato repercuntur. ex quo modo con-
 grua etiam reddas rationem, cum Echo
 interdum in loco ipſo, vbi quis ſonum, aut
 vocem edir, interdum vltra, interdum citra
 ipſum audiat: cur plerumque vltimas ta-
 tum, & truncatas ſoni vocisue partes refe-
 rat: & quidem alibi vnam tantum, aut alteram
 ſyllabam: alibi verò plura verba, &
 integrum alibi verſum diſtinctè referat.
 Ex dictis verò ſupra de iſy, quæ ad maiore,
 perfectioremque ſoni propagationem con-
 ferunt, rationem aſſignare facile queas, cur
 in corpore, quo fieri debet Echo, requira-
 tur latitudo, ſiccitas, & aequalis etiam æ-
 qualitas ex d'Alis denique de figura eiuf-
 dem corporis, quod Ariſt. appellat vas,
 vti Echo fiat in cauernis locis, in vallibus,
 in adificiis, præſertim vetuſtis, in qui-
 bus ſcilicet præter cauitatem adeſt ſiccitas
 De eiufdem autem corporis, ſeu obſta-
 culi ad Echo, ſeu ſoni, vocisue reflexam, p-
 pagationem cōcurſu, idem proportiona-
 liter dicendum eſt, quod de concuſſu obſta-
 culi ad lumen reflexum alibi diximus.

460 Vox cuius iam ſæpe meminimus
 propriè, & præſè facta eſt vna, pluribus
 conſtantem ſyllabis. ad illa ſufficiunt in-
 ſtrumenta, quorum facta eſt mentio in vo-
 cis definitione. ad hæc requiritur præter
 lingua in primis flexilis: concurrat etiam
 & in hominibus labia, & dentes, in aibus
 quibusdam roſtra. Secundò in ſignificatiua

torum, & tybis, & Lyra nõ niſi per quan-
 dam ſimilitudinè vox appellatur ex Ariſt.
 lib. cit. ter. 87. De deinde ex aeris a pulmo-
 nib. respirati ad aſperam arteriam, & alias
 oris partes (licet Ariſt. aſperam tantum arte-
 riæ tanquam præcipuam. ſ. mentionem fece-
 rit) alliffione, vt ſonus ab animali alio mo-
 do quàm ex prædicta alliffione factus, ut
 eſt, qui a cicadis, apibus, & aliis fit, a rōne
 vocis propriè, & præſè dictæ excludatur.
 Itaque animalia, quæ pulmōnes, & aſperam
 arteriam non habent, vt exanguia, & piſ-
 coes, Delphinis, & aliis quibusdam ancipi-
 tis naturæ pulmōnes, & aſperam arteriam
 quibus extra aquam vtuntur, habentibus,
 exceptis, vt non respirant, ita vocem non
 edunt. Dicitur denique cum imaginatione,
 aut cognitione alia, & appetitu (licet Ariſt.
 imaginationis tantum, vt opte animalibus
 omnibus vocem edentibus communis, ex-
 preſè meminerit) aliqd, hoc eſt, vel inter-
 num animæ affectum naturalem, vel ali-
 quid aliud ex hominum inſtituto ſignificadi,
 vt a ratione vocis propriè, & præſè dictæ
 excludatur etiam ſoni quidam ab ani-
 mali ex prædicta alliffione facti, qui non
 ſunt cum cognitione vlla ſue ſenſitiva, ſi-
 ue & intellectiua in nobis, & appetitu aliqd
 ſignificandi, vt ſit omnis propriè, & præſè
 dicta vox, ſed ad aliquem alium finem or-
 dinantur, vt ſunt non ſolum bliſſi, & hu-
 iusmodi voces non ſignificatiuæ, ſed etiam
 tuſis, quæ ad noxium, & inſtantem hu-
 morem ex pulmōibus, aut alia thoracis
 parte expellendum excitatur, & ex parte
 etiam ſingultus, qui ad noxium, & mole-
 ſtum humorem ex ventriculo diuellendū,
 & ſternutatio, quæ ad noxium itè, & mor-
 dicantem humorem ex cerebro excutien-
 dum dirigitur. Dixi ex parte, quia licet ſn-
 gultus propriè ſit motus ventriculi, ſternu-
 tatio verò cerebri, ſicut tuſis thoracis, ta-
 men etiam ſingultus, & ſternutatio coniu-
 ctum habent motum aliquem thoracis,
 quem prædicta alliffio conſequitur ſed ne-
 que hac parte vocis propriè, & præſè dictæ
 rationem habent.

461 Diuiditur vox primò in nõ articu-
 latā, & articulatā, hoc eſt vna, pluribus
 conſtantem ſyllabis. ad illa ſufficiunt in-
 ſtrumenta, quorum facta eſt mentio in vo-
 cis definitione. ad hæc requiritur præter
 lingua in primis flexilis: concurrat etiam
 & in hominibus labia, & dentes, in aibus
 quibusdam roſtra. Secundò in ſignificatiua

naturaliter; & significatiuum ex instituto, illa semper significat internum aliquem animæ affectum, idest iram, gaudium, tristitiam, & cætera: hæc illud quidquid sit, ad quod significandum liberè imposita est. Significat tamen etiam internum conceptum iuxta illud Aristot. primo Periher. cap. primo sunt ea, quæ sunt in voce, earum, quæ sunt in anima, passionum nota, & ea, quæ scribuntur, eorum quæ sunt in uoce; sed diuerso modo. Primum enim significat id, ad quod significandum imposita est, secundario, seu consequenter internum conceptum, cuius est ut Aristot. loquitur nota, quatenus ex illa intelligi potest internum conceptus, qui formatur de re, ad quam significandam imposita est. Tertio in sonoram, & raucam, illa ex asperæ arteriæ, & partium aeris temperie: hæc ex intemperie, hoc est, vel ex nimia humiditate, ut in distillationibus, vel ex nimia siccitate, ut in febribus oritur. Quarto in acutam, & grauem. acuta ex breuitate canalis arteriæ, & angustia, tum eiusdem arteriæ, tum oris, seu rimulæ inter labia relicte. grauis contra ex longitudine canalis, & latitudine, tum eiusdem, tum oris, seu rimulæ prædictæ nascitur. Idemque proportionaliter fit in aliis sonis acutis, & grauibus, tum musicorum instrumentorum, tum quorumlibet corporum sonantium, quorum differentia ex Aristot. secundo de Anima tex. 86. sunt acutum, & graue, hoc est acutum, & grauem edens sonum, quæ nomina a tangibilibus ad sonantia propter quandam similitudinem, secundum quam acutum in sonantibus acuto in tangibilibus, & graue obtuso responder, translata esse obseruat ibidem Aristot. & rectè docet acutum in pauco tempore meliorem mouere sensum, graue autem in multo parum, non quia acutum idem formaliter sit, quod uelox, & graue, quod tardum; sed quia acutum uelocius, graue autem tardius suum edit sonum, ideoque acutum suo sono, ac acutum in tangibilibus, quasi pungit, quatenus scilicet uelocius aerem mouet, & uehementius sensorium auditus afficit, & quasi penetrat: graue uero, ut obtusum, quasi pellit, quatenus tardius aerem mouet, & minus uehementer sensorium auditus afficit. Hæc tamen omnes, & alia, quas omitto uocis, sonique & consequenter et sonantium, ut talia sunt,

differentiæ non nisi accidentales uidentur: ita, ut soni omnes essentialiter sine eiusdem speciei differentiâ tamen, uel secundum magis, & minus, uel secundum aliam a corporibus sonantibus acceptam determinationem.

462. Organum totale auditus est auris, quæ in partem anteriorem, & anteriorem diuiditur. Exterior cartilaginea est, hoc est mediæ inter os, & carnem naturæ, ne si ossea esset ob pondus grauior, & ob inflexibilitatem fragilior, atque adeo incommodior esset: si carneæ ob mollitiem semper concideret, & facile contunderetur: caua, & sinuosa, semperque parula est ad sonos facilius excipiendos: immobilis in hominibus musculorum mouentium defectu, paucis quibusdam exceptis, in quibus, uel aliquis circumrectorum ceruicis musculorum ad eam usque partem pertingit, uel exiguus alius adest musculus, at in aliis animalibus, in quibus prominet, mouetur, tum ad sonum uelique facilius excipiendum sine corporis cõuersione, quæ illis difficiilior, quam homini est, tum ad muscas abigendas, & si quæ sunt huiusmodi, quæ homo manibus facile præstare potest. Dixi in quibus prominet, quia in auiibus, & piscibus non prominet, ne uolantibus & natantibus sit impedimento. Interior uero pars anfractuosa, & cochleæ similis in quattuor distinguitur meatus: quorum primus, & statim obtusus tortuosus est, ne aer rectè irrumpens, membrana de qua paulo post, loquar: rotundus, ut plus accipiat aëris, initio latior, mox angustior, ut per exiguis etiam bestiolis aditus præcludatur, ad quas remorandas, & irretiendas conferunt et viscosæ sordes biliosæ cerebri excrementa, quæ in eiusdem meatus cavitare colliguntur. sursum uero portius, quæ deorsum hic meatus tendit, et prædictæ sordes facilius defluant, tum ut, si quæ præter aerem ingrediatur, difficiilius progredi, relabi facilius possit. In fine huius meatus septum est, hoc est membrana tenuis, sicca, & pellucida (tympanium uocant, & si alii tympani nomē ad totum secundum meatum extendunt, quæ obliquè tenditur, ut ab incurstante aere minus lædatur, & si cui erassior, & densior in prima cõformatione cõtingat, propterea surditatis est cã. Post hanc est secundus meatus in quo, & aliis duobus sequentibus continetur aer, qui ab Arist. secundo de Anima r. 83. dicitur inardificari.

23
Auditus
ORGANUM

tus, ab aliis internus, innatus, inſitus, vernaculus, complantatus: etſi alii minus probabiliter ſpiritum eſſe velint à cerebro diſſuſum; & conſpicua ſunt tria oſſicula, quorum vnum in cœcis, alterum mallei, tertium ſtapedæ forma reſert; nullum tamen rei, quam reſert, vſum habet, ſed alium de quo infra quæ omnia, vt, & tertium vterioſum meatum, quem labyrinthum, & quartum, quem cochleam, & foramen cœcum aliqui vocant, Anatoꝛicis æquum eſt accuratius deſcribenda relinquere.

463. Dubium iam hic eſt, quænam illa ſit æreus pars, quæ propriam, & præciſum eſt organum auditus oculi pupillæ reſpondens. Satis tamẽ certum eſt non eſſe ærem internũ, qui euidenti naturæ eſt, cuius exterius, & per canaliculum cartilagineum à ſecundo auriſ meatu ad palatum, & aſperæ arteriæ oſſium vſque pertinetem renouari, & purgari poteſt: ſed incertũ eſt, ſit ne membrana, quæ tympañum dicitur, an alia interior membrana in fine quarti meatus, an verius, qui auditorius dicitur a quanto neruorum pari per aurem ad membranam vſque tympañum vocatam productus. probabilis nihilominus videtur eſſe membrana in tympañum appellatam in ijs animalibus, quæ illam habent in alijs auditu præditis, ſed membrana illa earentibus aliquid proportionale. Cui membranz, & tria illa oſſicula inter ſe colligata, & æreus internus tot gyris contentus inſeruiant, oſſicula quidem non, vt inuicem alligata ſonent, nec vt inſtar chordarum prædictæ membrana obtenſarum, vt tympañus ad melius reſonandum obtendi ſolent, nec aſſerantam ipſam ſuo reſerciſſu magis reſonare cogant (quorum vtrumlibet, aut vtrumque iſſaſcerent, auditum nouo ſono curauerit) ſed vt prædictam membranam reſertum illum meatum magis firmet: ær vero internus, tum vt prædictæ membrana, cui ab externo ære impellitur, mollior cedat in deuios illos gyros modicæ partiæ compreſſione ac deſolatione cõpuliſſimum, vt eadẽ membrana inter externum, & internum ærem media minus humefcat, & melius reſonet iuxta quæ intelligendum eſt Ariſt. 2. de Anima tex. 22. vbi, auditus, inquit, copnatur: is eſt æreus, ptopiæta autem quod in ære eſt, moto exteriori, qui intra eſt, mouetur: non enim videtur audit animal, neque euocatur: tranſit ær, non enim vbiq; habet ærem

(internũ ſcilicet,) quæ moueri debet pars, animataque eſt (ſic enim legendum eſt ex Græco τὸ ψυχικὸν ἄκρον, καὶ ψυχικόν, non autem, quod moueri debet ſecundum partem, animatumque eſt, ex quibus verbis male quidam colligunt ærem internum eſſe animatum) ſicut pupilla humidum, id eſt ſicut æque pupilla, ſeu humor chryſtalliſſimus, vbiq; habet humorem æqueum, quem requirit ad luminis ſuſceptionem. Ex qua ſimilitudine mini me necelario deducitur, quod quidam deducunt, ita ærem internum eſſe ante organum proprium, & præciſum auditus, ſicut humor æqueus eſt ante organum proprium, & præciſum tactus. Neq; quod Ariſtot. tex. ſeq. docet ærem internum eſſe immobilem, vt omnes differentias motus exquiſitè ſentiat, aliter accipiendum eſt, q̄ vt velit ærem illũ manere ibi, immobili motu locali, ex quo naſcitur ſonus (ſicet ab ære externo membranam pulſante non nihil ex ipſo etiam Ariſt. ſupra moueatur,) vt omnes ſoni differentias exquiſitè ſentiat, non quidem ipſe ær, ſed prædicta membrana, quæ eſt pars illa animata, de qua Ariſtot. ſupra, & præterquam niſi alia datur interior in aure membrana, quæ hinc inde ærem habet, ſed tantum partes auriſ conueſtiens.

464. Ad prædictam membranam, ſeu tympañum vique, & in ipſa etiam necelario propagari, & recipi debet, non ſpecies vlla inueitionalis ſupra iam excluſa, ſed realis ſonus, vt per ipſam potentia auditiva obiecto ſufficenter coniungatur, & fiat auditio. Nihil enim probabiliter habet, quod aliqui dicunt ad hanc cõiunctionem, & conſequenter ad auditionem ſufficere, ſi ſonus ad aliquem vſque terminum etiam ſatis a potentia auditiva diſtante propagatur, modo inter huiusmodi terminum, & potentiam auditivam medium intercedat proportionatum, & diſtantiã etiã ſit proportionata: quod idẽ eadem in probabilitate authores iſti docent de coniunctione luminis cum potentia viſiva, & conſequenter de viſione. Quod ſi quis hic quaerat, cur auribus manu digitouò oculis ſonus, & quaſi bombus intus audiatur, iſque auris bene ſe habentis ſignum ſit. Reſpondendum ad priorem quaſtionem videtur, ærem externum manu, digitouò au res occuludentem compreſſum ad prædictam membranam, & hæc ad ærem internum, &

hunc ad partes solidas auris per tortuosos illos, angustissimosque meatus nonnihil alidi, vnde tenuis aliquis excitari sonus; & acre ad statum suum naturalem, ad quem liber obturamenti recessum, aut tremorem, qui semper aliquis interuenit redire conate, atque ita reciprocante, continuari potest; aeris præsertim motum auditorii quoque spiritibus transpirato vetitis, sua agitatione, iuuantibus. Ex quibus ad posteriorem etiam quaestionem responsio patet. signum enim auris bene se habentis est, vel tenuis sonus, cuiusmodi est ille, qui in auribus modo explicato excitatur sentire. Qui est Aristotelis sensus de Anima text. 84. vbi, signum audiendi, inquit, aut non, est sonare aurem semper (intellige cum modo dicto clauditur) sicut cornu. semper enim (intellige item, cum modo dicto aures clauditur) quodam proprio motu mouetur aer qui in auribus, sed sonus extraneus (a causis scilicet, quas diximus, excitatus), & non proprius est. Hinc etiam respirantes, & multo magis oscitantes minus audiunt, quia respiratione, & multo magis oscitatione nonnihil commouetur aer intermus, & prædicta membrana distenditur, atque conuertitur, quo fit, ut sonos ad eam ab extrinseco propagatos minus syncre recipiat. Cur autem surdi ferè omnes à natiuitate, sint etiam muti; & qui non omnino surdi, sed surdastris sunt, melius ferè per os quam per aures audiunt; & ægrè, ac per nares loquuntur, causa ex organorum auditus, & vocis communione petenda est. ex quinque enim neruorum pari, vnde auditorius neruus ad auditoriam membranam ecurrit, alius minor ad linguam, & laryngem transmittitur quo fit, ut iæso horum neruorum principi, vterque lædatur; & qui sic surdus nascitur, idem etiam mutus nascatur. Interdum tamen surditas ex eo contingit, quod vel neruus tantum ad linguam, & laryngem pertinens vitiat, vel primus auris meatus oppletur, vel auditoria membrana humidior, aut crassior afficitur, siue id in prima formatione, siue ætate procedente, vel membranæ præsertim crassities in sensibus, fiat: & tunc non necessario, qui surdus est, etiam mutus erit. Quibus autem primus auris meatus ferè interclusus est, iæso, & sonus per os potius, hoc est per canaliculum a secundo auris meatu ad palatum, & a speræ arteriæ officium pertingentem, quam per aures ad auditoria

membranam subit. Qui denique neruus supradictum ad linguam, & laryngem ex currentem læsum habent, vt ægrè respirant, & guttur atrollunt, ita ægrè loquuntur, & vocem per nares emittunt.

465 Tertiò loco sequitur odoratus inter visum, & auditum ex una parte, & gustum, ac tactum ex altera in operandi modo, ac perfectione quodammodo medius. Huius obiectum formale est odorabile, seu proxime terminatum odoratum, vt tale est: quod realiter est odor cum omnibus sensibilibus communibus cum modificantibus, & determinantibus. Tripliciter autem odor definitur potest. Primò in ordine ad potentiam odoratiuam doctrina Arist. de Anima tex. 100. ita, ut dicatur esse qualitas secunda constitutiva sensorii odoratus in actu eius, ad quod est in potentia, ut tale est. Secundò in ordine ad medium ex doctrina eiusdem Arist. libro de sensu, & sensibili cap. 5. ita vt sit actus humidi, præcipue aeris, & aquæ, quatenus quodammodo absterfua, & lauatua sunt eadem videlicet ratione, qua lumen definitur esse actus præcipue aeris, & aquæ, quatenus peripicua sunt. Dixi præcipue, ne alia excludatur corpora, quorum odor, & lumen possunt esse actus. Dixi aeris, & aquæ, ut ab hac definitione excludatur vapor, qui licet sit actus aquæ, vt absterfua, & lauatua est, non tamen est aeris, & aquæ simul. Dixi, quodammodo, vt intelligatur absterfuum, & lauatium in hac odoris definitione non proprie, sed metaphoricè sumi; saltem quatenus de aere dicitur, quatenus absterfuum, & lauatius dicitur, quatenus a corpore odorabili aliquid in se recipit sicut id, quod proprie abstergit, & lauat, vt aqua a liquidum a corpore absterfo, & lauato in se recipit, quo sufficit. Tertiò in ordine ad causas, ita vt sit qualitas secunda sensibilis orta ex missione, vt plurimum quidem perfecta, interdum autem etiam imperfecta siccis, & calidi dominantium cum humido, & frigido, sensorii odoratus, vt tale est alteratiua. Ex qua definitione patet primò corpus odorabile, quò tale est, ex prædominio siccum, & calidum esse, ita, vt etiam in odorabili humido odor a particulis siccioribus, sit, & multa odorabilia humectata odore ferè amittant. & rectè illud ab Arist. de Anima tex. 100. pronuntietur: est autem odor siccis, sicut sapor humidis: nec minus

25
odorabili26
odorabili

recte illud ſibi. de ſenſu, & ſenſili cap. 5. ma-
niſeſtum eſt ergo, quod quod in aqua ſa-
por, hoc in aere, & aqua odor, & propter
hoc frigus, & gelatio, & ſapores hebetant,
& odores deſcunt. calidum enim, quod mo-
ner, & generat, deſcendit inſrigidatio, & gela-
tio. Pater ſecundum odorem reperiri etiam
in miſtis quibusdam imperfectis, & ſi non
in puris elementis. Maud ita tamen intelli-
gendus eſt odor ex prædicta miſtione oriri,
vt ad eius productionem prædictæ tantum
qualitates concurrant. ſed ita vt in miſtis
perfectis concurrat etiam, & quid præci-
pue forma ſubſtantialis miſtorum propria,
cui prædictæ qualitates debentur.

27
Odorem
genera

466 Duæ ab eodem Aſtrot. poſtremo
loco citato apte diſtinguuntur odorabi-
lium, & odorum genera: alterum homini-
bus, alijsque animalibus commune, quod
comitatur alimentum, & tandiu placet,
qua mdiu animal ſaturum non eſt. alterum
hominis proprium, quod a floribus, vel ra-
dicibus, vel alijs huiusmodi exhalat. &
nihil ad cibi deſiderium conſert; ſed ſecun-
dum ſe ſuavis, aut triſtis eſt. Et illorum
quidem inquit ibidem Aſtrot. quia ſecun-
dum accidens habent ſuaue, diuiduntur
ſpecies ſecundum ſapores: iſtius autem non
propterea quod natura ipſius eſt ſecundu-
m eam ſuauiſ, aut triſtiſ, hæc ille, qui eodem
capite ſapienter aliorum, inquit, ani-
malium quodlibet non ægrè fert eorum,
quæ ſecundum ſeipſa facta ſunt, odorem
niſi quid accidat corruptiuium exiſtens, ab
his autem corruptiuium ſimiliter: & quem
admodum homines a carbonum fumo pa-
tiuntur grauedinem capitis, & corrupti-
uium ſape: ſic, & a virtute ſulphuris, bitumi-
noſorumque vt corruptiuium alia anima-
lia, & ſugiant propter paſſiuium: ipſam
autem ſecundum ſeipſam grauediniam
non curant, quia multis multa ex terra naſcuntur
ſpecies ſubtilis habent odores, niſi quid cõ-
ferat ad guſtum, vel ad edulium illis Et 2.
de Anima text. 95. de ſpeciebus odorum
prioris generis præclarè ſic ſcribit. Eſt au-
tem, vt ſapor hic quidem dulciſ, ille verò
amarus, ſic & odores ſed alia quidem ha-
bent proportiona liter odorem, & ſaporem,
dico autem dulcem odorem, & dulcem ſa-
porem, alia verò contra. Si militer, & auſte-
rus, & acer, & acutus, & pinguis eſt odor;
ſed ſicut diximus, propterea quod non mul-
tum maniſeſti ſunt odores (cuius rei cau-
ſam ſupra retulerat in prauum hominiſ

odoratum) ſicut ſapores, ab his ſumpta
ſunt nomina ſecundum ſimilitudinem re-
rum dulciſ enim a croco, & melle, acer à
thymo, & huiusmodi, eodem autem modo
& in alijs.

467 Propagatur odor per medium, vt
plurimum quidem cum aliqua ſaltem tenuiſ-
ſima exhalatione a corpore odorabili
reſoluta, in qua odor, vt in ſubiecto inſi-
det: interdum tamen etiam ſine huiusmodi
exhalatione, ipſa per ſe odoriſ qualitas,
preſertim per aquam, vel immediate a cor-
pore odorabili, vel ab exhalatione ex eo re-
ſoluta ſucceſſiue propagatur: ſicut etiam
ſucceſſiue deſinit, & non ratione vilius cõ-
trarij, quod illi in ſubiecto reſiſtat, ſed pro-
portionaliter, vt ſupra de ſono diximus.
Atque vt nullo modo concedendum eſt o-
dorem ſecundum ſe nutrit, quid quid Py-
tagorici quidam ab Aſtrot. lib. de ſenſu, &
ſenſili. cap. 5. reiecti de animalibus nonnulli
odore paſſi ſolitiſ fabularentur: ita negan-
dum non eſt, eum, cum ſuauiſ eſt, præſer-
tim ſi ſit poſterioris generis hominiſ pro-
prii, ad humani cerebri leua mentum, atque
adeo ad ſanitatem aliquid conferre. Cau-
ſam ſi querat, fuſè, ac ſubtiliter explicat
Aſtrot. lib. de ſenſu, & ſenſili cap. 5. aliam
ſoluens quæſtionem, cur odor poſterioris
generis ſit homini� proprius. Summa eſt,
hominem pro ſua magnitudine cerebrum
habere maximum, idemque humidiffimũ,
& frigidiffimum, ſanguine ſcilicet circa il-
lud in anguſtis venis contento ſubtili, &
puro facile refrigerabili (propter quod in-
quit, & cibi euaporatio inſrigidatã pro-
pter locum fluxionum morboſoſ facit homi-
nibus) odor autem præſertim poſterioris
generis cum ſicca, & calida exhalatione
in qua inſidet ad cerebrum pernaſum, &
oſ ad naſi radicem poſtium laxum, ac ſpõ-
gioſum deſeſtus eius humiditatem, & fri-
gidoſ temperat. Quod ſi etiam odor ſecun-
dum ſe abſtrahendo a ſcititate, & cal-
lore odoriferæ exhalationiſ, cerebrum
iuuet, id in naturalẽ odoriſ cum cerebro
ſympthiam referendum videtur.

468 Organum odoratus adequatum
eſt naſus, proprium verò, ſeu præciliũ naſi
noſ eſt os, aut cartilago, aut membrana naſi,
aut neruus tertie coniugationiſ per mem-
branam excurrẽs, aut vena vili, aut cutiſ
eiufdem naſi, nec anterioreſ, aut alii cere-
bri ſinuiſ; ſed in animalibus quidem reſpi-
rantibus, præceſſus mammillareſ, hoc eſt ma-

28
Odorem
propaga-
tio, &c.

29
Odoratum
organum

millarum pupillis similes, qui velut neri-
 (nam, siue quod cranium non egrē-
 diantur, siue quod dura, veudique mem-
 brana, vt reliqui nerui non conuētiō-
 ne; nec a cerebri substantia magnopere
 distare videantur, simpliciter nerui
 a veteribus non appellantur) a cere-
 bro ad summam neruū partem, non
 secus atque alii nerui ad aliorum fen-
 sorem organa ducuntur in animalibus au-
 tem non respirantibus aliquid propor-
 tionate. Nec aliud, quā hoc olfactus
 organum indicente putandus est. Aristot.
 secundo de Anima text. 100. cum docet, si-
 cut oculi hominum, & aliorum quorū in-
 da in animalium habent pro velamine pal-
 pebras, quibus non diductis, non videntur
 eorum autem animalium, quæ duriciosa
 eleantur, palpebras non habent: ita odor-
 atum in sensorium assis quidem animalibus
 scilicet non respirantibus sine operculo
 esse, in respirantibus autem habere o-
 perculam, quod respiratione aperiat
 ventis, & meatibus dilatatis. Quæ ita intel-
 ligenda sunt, vt operculum odoratiui sen-
 sori prædicti in respirantibus sit nasi
 membrana, quæ per aeris inspirationem
 distenditur, meatusque aperit, per quos o-
 dit ad mammillares processus delatus in
 his suscipitur, vt omnino necessarium est
 ad actum odoratus, seu odorationem esse
 etiam in, ad quam nec species intentionalis
 iam supra explosa, concurrere potest,
 nec proportionata vlla inter odorem, &
 odoratum distantia absque reali odoris in
 odoratus organo susceptione, quam itē in
 philosophandi rationem supra reiecimus,
 iussit.

469. Aduertit idē Aristot. lib. de sensu,
 & sensu cap. 4. & 2. de Anima text. 92.
 hominis odoratum deteriorē, quā in alio
 iam animalium esse vnde causam facile in-
 telligas, cur homo raro admodum odores
 agnoscit: quod tamen textu sequenti docet
 quædam modum animalia diu. scilicet colorem
 sentiant: sed eorum differentias mani-
 festas non habent, nisi ratione terribilis, &
 non terribilis, sic, & hominum genus odo-
 res non ita accipiendū est, quāsi homines,
 aut nullas odorem differentias, aut in nus
 ex actū de olfactu percipiunt sed ita,
 vt quemadmodum duriciosa non ex ac-
 tū vident, cum colorum differentias non
 percipiunt ita homines non ex actū odore
 tur. etiam si aliqui in verū sit, quod idē

Aristot. 5. de Gener. animalium cap. 2. scri-
 ptum reliquit his verbis: Homo pro ma-
 gitudine, minime ferē omnium animalium
 procul sentire potest (locutur a nem de
 sensu uniuersaliter) cum tamen differen-
 tiarum sensu maxime omnium valet: cuius
 rei causa est, quod sensorium synce-
 rum, minime quæ terrenum corpulentia
 uē obriēt cutem etiam tenuissimam præ
 ceteris animalibus hoc mo supere natura
 pro magnitudine habet. Causa autē dicitur
 cur illa animalia odoribus procul percipi-
 endis hominū presertim (est quod de vlti-
 turibus fertur incertum, & falso propter
 videtur) ex Aristot. ibidem sententia op-
 timè referas in exquisitam sensorii temp-
 rationem, & narium longitudinem. ita e-
 nim, inquit ibi Arist. morus non interpell-
 tur, sed a longe directi sensorium subeunt
 integri: quomodo in ijs, qui manū ad mora
 frontis longius cernunt: auriculae et longe
 imbricataeque amplius, quā si grūdis, lu-
 tū; anfractu longiore inortat, quales non
 nullarum quadrupedum sunt, mellis ad-
 ministrant, quippe, quæ motū emittit exci-
 pientes ad sensorium reddant. haec ubi il-
 le. Atq. hæc de odoratu sufficiant.

470. Gustus obiectum formale est g-
 stibile, seu proxime terminatum gustati-
 nis, vt tale est: quod realiter est sapor et
 omnibus sensibilibus communibus enim no-
 dificantibus, & determinantibus. Tripliciter
 autem sapor etiam, vt odor definitur po-
 tell, primo ex doctrina Aristot. 2. de Anima
 text. 105. qualitas secunda constituit
 na sensorii gustus in actu eius, ad quod
 est in potentia, vt tale est. Secundo, ut de-
 finitur ab ipso Aristot. lib. de sensu, &
 sensu cap. quarto, passio a siccō terreo
 pecta in humido, gustus, qui secun-
 dum potentiam alteratur in actum, ubi
 tamen passionis nomine intelligenda
 est patibilis qualitas. Tertio paulo
 clarius, qualitas secunda sensibilibus or-
 ta ex missione, vt plurimum perfecta,
 interdum etiam imperfecta sicut cum
 humido, & calidi conoquentis cum
 frigore, sensorii gustus, ut tale est, a ge-
 rativa. Ex qua definitione habemus, sa-
 porē in quibusdam etiam mistis imper-
 sibilis, non tamen in puris elementis re-
 periri. Sic autem sapor etiam intelligen-
 dus est producti a prædictis qualitibus,
 vt in mixtis perfectis forma præcipue
 substantialis multorum propria, cui

tales qualitates debentur, ad eius productionem concurrat. Cæterum ſaporem humidi eſſe, quemadmodum odor eſt ſicci, quod ſupra ex Ariſtotele dicebamus, adeo verum eſt, vt merito idem Ariſtoteles de Anima text. 105. ſic loquatur: nihil autem facit ſaporis ſenſum ſine humiditate, ſed habet actum, aut potentiam humiditatem: & text. 105. in eandem ſententiam addat. quoniam autem humidum eſt guſtabile, necceſſe eſt ſenſorium ipſius neque humidum eſſe actum, neque non potens fieri humidum: patitur enim aliquod guſtus a guſtabili, ſecundum quod guſtabile eſt, necceſſarium eſt ergo humiditatum iri quod poteſt humiditati ſeruatam. non eſt autem humidum intelligi exceſſiuè, guſtatorium ſenſorium ſignum autem eſt, neque ſiccum exiſtentem linguam ſentire, neque multum humidam &c. Itaque omne ſapillum, ſeu guſtabile, vel eſt actum liquidum, vt vinum, vel ſolidum quidem, ſed facile liquabile, vt ſal, vel denique ſolidum, nec liquabile, aliquid tamen habens humoris admixtum, vt panis.

32
Saporis
ſpecies

471 Saporis ſpecies totidem eſſe, quorū odoris congruentur docet Ariſtoteles ſecundo de Anima text. 105. & lib. de ſenſ. & ſenſibili cap. 4. ſed priore loco videtur octo facere ſpecies, dulcem, amarum, pinguem, ſalſum, acrem, auſterum, acerbum, & acidum: poſteriore ſeptem tantum ſpecies nomenrat. ſaporem enim pinguem ad dulcem reuocat, ſicut colorem ſauum ad album. Reſt tamen vtrobique addit (ſerè) vt intelligamus ab eo enumerari tantum ſpecies magis notas, ad quas alix ignotiores, nempe pinguis, ſuauiſ, acutus, vini, lactis, & vix, quas præter ſeptem poſteriore loco ab Ariſtotele enumeratas addit Plinius libro 15. cap. 27. & ſi quæ ſunt alix facile reducuntur. Certè pinguis nihil aliud videtur, quam dulcis remiſſus in materia pingui, vt in adipe, butyro, medulla, &c. ſuauiſ non peculiaris eſt ſaporis ſpecies, ſed vel dulcis, vel acutus, vel alius, vt cuiuſque guſtui conformis eſt: acutus non videtur ab aceto valde diſtare, & cum illo ſæpe confunditur vini ſapor, vel dulcis, vel amarus, vel auſterus, aut alius ex dictis eſt: lactis eſt dulcis remiſſus, ſeu pinguis: aquæ ſecundum ſe in ſipidus eſt, hoc eſt nullus.

472 Ex ſeptem autem ſpeciebus ab Ariſtotele enumeratis alix ſunt, in quibus dominatur calor, nempe dulcis, amarus, ſalſus,

& aceralix in quibus frigus, nempe auſterus, acerbus, & acidus. Dulcis tamen ſatis ſerè temperatè calidus eſt: & ſiccum terreum, & humidum, ſive aqueum, ſive aerium ſerè, exaſtè, & perfectè temperata habet: ideo lenis eſt, aperit, æqualiter aſſicit, & oblectat: quædam etiam nempe dulcia, vt lac, & pepones refrigerant, quia particulas calidiores, a quibus eſt dulcedo bene cum humidis compactas non habent quæ cauſa eſt, vt huiusmodi cibi facile putrefcant calidarum particularum ſeparatione. Amarus plurimum habet, tum calidum, tum ſicci terrei calore quodammodo aduſti cum pauco humido: uicere aperit, & penetrat, ſed exaſperat, hoc eſt inaqualiter exſiccatur, atque ita diſcontinuat, & moleſtus eſt. Salſus minus quidem, quam amarus, ſatis tamen adhuc multum, tum calidum, tum ſicci terrei obtinet: cum pauco humido: quo fit, vt ſiccetur, mordeat, & abſtergat potius, quam aperiat, & penetrat. Si calor exceſſerit, & aduſerit, facile amarus euadat, cum tamen ex amaro ſerè ſalſus non fiat. Cuius diſcriminis cauſam ſi queras accipe: ſalſus enim ad amarum ſerè ſe habet, vt crudum ad coctum: ex crudo autem fieri coctum poteſt, è coctorio non poſteſt, niſi aut poſt multas corruptiones, & generationes, aut certè per particularium calidarum euaporationem, vt cum in venis interdum ex ſanguine fit, quædam pituita, vt ſupra de pituita agentes, dicebamus.

Acer vehemens calidum, & ſiccum tenuius cum pauciſſimo humido habet, hinc vehementer calefacit, mordet, incidit, & penetrat. Auſterus, ſeu ponticus, ſeu ſtipiticus multum habet, tum frigidum, tum ſicci terrei cum pauco humido: quo circa aſtringit, & conſtipat, & ob ſiccum terreum, quod facile diſcontinuat, & diſſiccat, contra quam faciat humidum aqueum, & exaſperat.

Acer plurimum habet, tum frigidum, tum ſicci terrei cum pauciſſimo humido, atque ita idem ſerè quod auſterus, ſed uehementius præſtat.

Acidus denique, ſeu acetofus ſatis quidem multum, tum frigidum, tum humidum aqueum, ſed pauciſſimum ſicci terrei continet. Proinde maiorem habet tenuitatem, magis ſe inſinuat, magisque reſiſterat, quam acerbus, etiam ſi minus, & quam ille trigoris in gradu poſſideat. Dubiè autem

quæstionis est, quia ex his saporibus extremi sint. Cui respondendum est distinguendo: dupliciter enim considerari possunt sapores, vel secundum se, vel in ordine ad gustum: & secundum se adhuc tripliciter, vel ratione primarum qualitatum actiuarum tantum, quas habent adiunctas, vel ratione passivarum tantum, vel ratione utrarumque si spectentur secundum se ratione primarum qualitatum actiuarum, quas habent adiunctas, extremi sunt acer, & acerbus, quorum ille calidissimus, hic frigidissimus in gradu est, licet acer acidus ob tenuitatem, qua se magis insinuet, magis, & refrigeret, ut diximus: si verò secundum se ratione primarum qualitatum passivarum, extremi sunt acer, & acidus, quorum ille siccissimus, hic humidissimus est: si denique secundum se ratione utrarumque, extremi habendi sunt sub una ratione acer, & acerbus, sub alia acer, & acidus, quatenus acer qui de se calidissimus, & siccissimus est, acerbus uerò, & acidus, ita se habet, ut ille frigidissimus, non tamen humidissimus, hic humidissimus, non tamen frigidissimus in gradu sit, licet magis refrigeret, ut dictum est. At si considerentur in ordine ad gustum, quæ est magis propria, & formalis saporis consideratio, extremi cum Arist. locis supra adductis dicendi sunt dulcis, & amarus, quorum ille ob perfectiorem siccitatem, & humiditatem temperatam, moderatamque calorem, gustui suauissimus: hic ob nimium siccum terrenum adultum molestissimus est. An verò medij inter hos sapores ab extremis, & extremi inter se specie differant dubitari potest: sed respondendum item distinguendo. qui a naturaliter producuntur, specie inter se differunt, qui uerò ab arte in eisdem sola plurimum corporum sapidorum imperfecta commixtione fiunt, ab ipis, ex quibus fiunt, non nisi ut includens ab incluso differunt: licet etiam ars naturalia actiua passiuus applicando sapores inter se specie distinctos possit efficere. Idemque proportionally dicendum est de speciebus, tum odorum, quas speciebus saporum respondent, tum etiam colorum permanentium neque in his siue saporum, siue aliorum specie differentium extremis locum per se axioma illud habet, ab extremo ad extremum non datur transitus nisi per medium, quod ferè de motu locali, interdum etiam de intentione, & remissio-

ne qualitatis eiusdem speciei intelligitur.

473 Organum gustus proprium in animalibus habentibus linguam est, tum lingua, tum etiam palatum, & gula saltem ad linguæ radices, sed maxime lingua, secundum se totam quidem, sed ut Aristot. 1. de Hist. animal. cap. 11. rectè obseruat, præcipue secundum priorem partem, ubi, & nerui sensorij, qui a tertia, & quarta coniugatione per eam sparguntur molliores: & salua, pituitosusque humor, qui a consillis hoc est duabus glandulis uel ut spogias ad linguæ radices suis subministratus, tenuior est: & statim, ac facilius oblati alimentij sapor dignosci potest, non autem secundum partem posteriorem, & linguæ radices: in non habentibus linguam est aliquid proportionale. Necessè autem est ad actum gustus, seu gustationem elicendam, ut corpus lapidum seipso ita cum lingua coniungatur, ut eam tangat, & alteret per saporem in eam propagatum, quem distans non potest ita propagare, ut sentiat, nisi forte per aliquam sui resolutionem, aliud corpus, quod deinde seipso cum lingua coniungatur, lapidum reddendo, non tamen aerem. Hinc gustus ab Aristot. lib. de sensu, & sensu. cap. 4. tactus quidam, & gustabile 2. de Anima text. 101. tangibile quoddam dicitur, intellige non formaliter, sed concomitantem: quatenus idem quod est organum gustus est etiam organum tactus licet inæquatum, & quod est gustabile uniuersaliter est etiam tangibile, licet non uniuersaliter è contrario. Eodem modo intelligi rationem, quam Aristot. secundo de Anima text. 94. reddit, cum docet nos gustum certiorum, quam odoratum habere, propterea quòd gustus tactus quidam est, hunc autè habet sensum homo certissimum. Quæstio autem an gustus in omnibus sit animalibus in qua Aristot. 2. de Anima text. 17. ubi docet, sicut uergetarium a tactu, & sensu omnino, sic tactum ab aliis sensibus separari posse, & text. 13. ubi docet quodam animalia solum habere tactum, partem negantem sequi uidetur: libro autem de somno, & uigilia cap. 2. non obscure, & libro de sensu, & sensibilibus cap. 1. clarissime partem sequitur affirmantem: ita soluenda est; ut affirmemus de gustu in communi, negemus de gustu omnes saporum differentias percipere. Aristotelem autem, ita secum ipsum, & cum ueritate conciliemus, ut dicamus eò,

33
Gustus
organum:

nam tactum solum in quibusdam vide-
re cognoscere nomine tactus etiam
gulum ob eonjunctionem & affinita-
tem, quam cum tactu habet compre-
hendere: sed iam ad tactum ipsum ex-
teriorum sensuum postremum devesia-
mus.

35
Tactus.
36
37
Tactus
38
Tactus
39
Tactus
40
Tactus
41
Tactus
42
Tactus
43
Tactus
44
Tactus
45
Tactus
46
Tactus
47
Tactus
48
Tactus
49
Tactus
50
Tactus
51
Tactus
52
Tactus
53
Tactus
54
Tactus
55
Tactus
56
Tactus
57
Tactus
58
Tactus
59
Tactus
60
Tactus
61
Tactus
62
Tactus
63
Tactus
64
Tactus
65
Tactus
66
Tactus
67
Tactus
68
Tactus
69
Tactus
70
Tactus
71
Tactus
72
Tactus
73
Tactus
74
Tactus
75
Tactus
76
Tactus
77
Tactus
78
Tactus
79
Tactus
80
Tactus
81
Tactus
82
Tactus
83
Tactus
84
Tactus
85
Tactus
86
Tactus
87
Tactus
88
Tactus
89
Tactus
90
Tactus
91
Tactus
92
Tactus
93
Tactus
94
Tactus
95
Tactus
96
Tactus
97
Tactus
98
Tactus
99
Tactus
100
Tactus

474 Tactus pro obiecto formali habet tangibile, hoc est proxime terminatum tactionis, vt tale est, hoc autem realiter sumptum, tum quattuor primas qualitates, cum multis secundas, vt molliciem, duritiem, leuitatem, grauitatem (quib. omnibus commune, vt in impositum non est) cum omnibus sensibilibus communib. eas modificantibus, & determinantibus complectitur: quauis Aristotel. 2. de Anima text. 117. numeret tantum qualitates primas, quas appellat differentias corporis, vt corpus est, non vt que substantialis, sed accidentales. Describit nihilominus tangibile in communi, ex doctrina Aristotelis de eo citato potest, qualitas sensibilis constitutiva sensorium tactus in actu eius, ad quod est in potentia, ut tale est, vel alteratiua sensorij tactus, vt tale est. Est autem de sensorio, seu organo tactus non mediocris difficultas, praeterim in sententia Aristotel. qui libro primo de Historia cap. quarto, & secundo de partibus cap. primo, tertio, & quarto. docet huiusmodi organum esse carnem; idem que indicat etiam 2. de Anima text. 94. & 112 & 2. de Part. extremo cap. 16. at libro secundo de Partibus cap. 8. dubitare videtur, & secundo de Anima text. 107. disertè negat, docetque carnem esse medium, primū autem sensorium aliud quiddam esse intus, quod libro de sensu, & sensu. cap. secundo declarat esse iuxta cor, & 2. libro de iuventute, & senect. gustum, & tactum esse manifestè tendere ad cor. Sed ita explicandum videtur, vt cum docet carnem esse medium (docendo enim, non autem tantum disputando ad difficultatem alibi solutam indicandam Aristotelem id sibi dicere probabilis est,) vult tantum carnem esse aliquid, per quod, vt per medium primum sensorium tactus intus positum a qualitatibus tactilibus affici possit, non tamen neget carnem etiam esse organum, seu sensorium secundarium respectu primi: per praedictum autem sensorium intus positum non intelligat spiritus, aut nervus, sed cor, quod est ra-

tionem spirituum; quibus ad omnes sensus concurren, ut alibi dictum est, primum sensorium respectu omnium sensuum dici possit: peculiari tamen quadam ratione dicitur primum sensorio in gustus, & tactus: non quia qualitate tangibiles, & gustabiles ad contrahendi debeant vt horum sensuum actus exerceantur: sed quia gustus, & tactus organa temperationem, & constitutionem habent ad temperationem, constitutionemque cordis magis accedentem, quatenus sunt calida, solida, & carnea, vt cor: cum aliorum trium sensuum organa frigida, minus solida, nec carnea sint.

Aetque hoc sensu accipiendum est, quod Aristotel. legis supra citatis et gustus, & tactus organa esse iuxta cor, & tendere ad cor, temperationis sensuum, & constitutionis sensuum: quae quaedamque etiam huiusmodi pro sensuum gustus & tactus, quae aliorum sensuum organa obtineant. Cum autem idem Aristotel. primo de Hist. cap. 4. de partibus cap. 1. & 4. tanquam organum tactus praeter carnem assignat etiam aliquid proportionale, non solum intelligenda sunt ea, quae carni proportionè respondent in animalibus non carnosissimis: sed etiam cutis nervi, aliaque partes omnes paulo molliores, & temperiores, quae in animalibus perfectioribus sentine, de quibus alio loco supra diximus. & consequenter cum 3. de Hist. cap. vt euti praeterim capitis, & primo de Anima text. 79. neruis sensuum abrogat, ita exponendum est, vt loquatur de his partibus natura sua sicis secundum se, hoc est sine spiritu irrigante, & temperante spectatis. Ita exposita sententia Arist. secundo de organo tactus est optima, licet obscure admodum ab ipso explicata.

475 Sed hic alia emergit questio, an sensus tactus, qui non vnam tantum, sed plures aequè primas percipit contrarietates, quarum vna ad alteram non reuocatur, & organum, tam multiplex habet, sit vnus speciei sensus. Respondendum verò est eum adaequatè sumptum esse vnum speciei proportionaliter, vt sunt alij sensus; inadaequatè uerò sumptum sub vna ratione esse vnum numero, sub alia vnum speciei, sed alio modo, quam cum adaequatè sumitur, sub alia vnum

38
Tactus
videtur

gènere, prout in ordine ad vnum tactile numero, vel specie, vel genere consideratur, vt proportionaliter dicendum est etiã de aliis sensibus, immo, & de aliis quibus cunctis potentis plura specie inter se diuersa obiecta attingentibus. nec negandũ est solutionem ab Aristot. de Anima text. 108. allatam argumento contra unitatem tactus ex contrarietatis, circa quas necessarium se profuturum, bonum esse licet concedendum sit, tum quod ibidem docet, non ita manifestum esse, quid sit illud, quod, ut obiectum vnum tactui, quemadmodum sonus auditui obijcitur, tum quod ex 2. de Anima text. 118 & 119. colligitur, nempe se fieri tactus excessus tantum qualitates tactuum sentire, idque quia sensorium habet secundum quandam medietatem affectum qualitatibus tactilibus, & ideo tanquam medium quoddam est, quod respectu vtriusque, verbi gratia, calidi, & frigidi induit rationem alterius extremi. In quo differt sensus tactus ab aliis sensibus exterioribus, quorũ nullus in sensorio secundum se spectato habet etiam in gradu remisso eas qualitates, quarum est indicatius: sed ipsi penitus caret. Quo autem maior est in sensorio tactus qualitatũ tactuum temperies, eo tactus perfectior, quo minor, eo imperfectior est. Vnde intelligas, cur homo maxime omnium animalium, vt Arist. de Anima text. 94. de sens. & sensib. cap. 4. & 2. de partibus extremo cap. 16. notat, & quidem præcipua in yala, extremisque marginibus tactus valeat, nulla tamẽ ratione admittendum est, quod quidam ex 2. de Anima text. 143. male deducunt, vquam sensu tactus corpora solida immediatè sentiri, immo nunquam corpora solida etiam inanimata se tangere, nisi per aerem, aut aquam, aut aliud eiusmodi corpus humidum: sed omnino asserendum, vt duo corpora humidum, & duo alterum humidum, alterum solidum, sic etiam duo solida posse immediatè se tangere, seu quod ex 5. Physic. text. 93. idem est, habere extrema simul; idque tum in aere, tum in aqua etiam secundum eam partem, secundum, quam humidissimi corpora humectata erunt; nihil obstant, quod Aristotel. text. citato non asserendo, sed dubitando dixit humidum non esse sine corpore, quod sit aqua, aut habeat aquam; quamuis fatendum sit, sit, aquam, & alia humida

crassiora solida facile adhærescere, nec tam facile, quam aerem, qui non adhærescit per solidorum compressionem penitus extrahi posse. Hæc de singularibus sensibus exterioribus in particula 11.

476 Quædam supersunt istis omnibus, aut ferè omnibus sensibus communia, quæ post singulorum explanationem commodius ferè, quam antequam, & intelligi possunt.

Prima est, ut omnes sensus exteriores ad hoc, ut sentiant, necessariò in sensorio semper recipere debeant qualitates ab obiectis propagatas eiusdem rationis, cuius sunt in obiectis.

Respondetur affirmando de auditu, odoratu, & gustu, negando, tum de visu, qui lumen quidem in sensorio ab obiecto recipit, sed colores non recipit; tum de tactu, qui primas quidem qualitates præsertim tactus in sensorio ab obiecto recipit, secundas tactiles non item: neque tamen eas sentit, quin ab ipsi sensorio aliquo modo immutetur per aliquam partem sensorii compressionem, siue hæc compressio actiue sit a vi motiua ipsius sentientis, obiecto tantum resistente, siue sit ab ipso obiecto prementente, siue ab utroque simul. Ita sentitur durum, dum partes sensorii aliquo ex dictis modis comprimuntur: molle, seu minus durum, (dignitur enim molle, & durum, comparatiue, sicut densum, & rarum, & cætera) dum minus comprimuntur, molli, seu minus durior aliquantulum cedente: asperum, dum inæqualiter comprimuntur; lene dum æqualiter. Ex quo videas asperum, & lene (quæ tamen sunt sensilia communia pluribus sensibus, non autem propria tactus) sine diuisione aliqua tactu sentiri non posse.

477 Secundum est, an de omnibus sensibus exterioribus verum sit illud pronunciatum, quod ab Aristotel. secundo de Anima text. 123. & 123. tertio de Anima text. septimo sumitur: sensus latus ab exasperantibus sensibilibus, seu vehemens sensibile destruit sensum.

Ridetur prædictum pronuntiatũ locum quidem hæc in omnibus sensibus exterioribus, non esse tibi; verum vniuersaliter de omnibus sensibilibus, sed indefinitè, & in eo

40
Omnibus
aut pluri
bus sensibus
communia.

39
Tactus.

31
Tactus.

per ſenſum non eſſe intelligendum in homine potentiam ſenſitivam ſecundum id, quod ſe tenet ex parte animæ, ſed ſecundum id, quod ſe tenet ex parte corporis, ſeu ſenſorium, quod ſolum in homine à vehementi ſenſibili aliquando ladi-tur, aliquando etiam omnino corrumpitur.

475 Tertium eſt, an de iſdem omnibus ſenſibus verum ſit aliud illud axioma, quod ab eodem Ariſtot. 2. de Anima text. 73. 98. & 116. deſumptum eſt: ſenſibile poſitum ſupra ſenſum non facit ſenſationem. Reſpondetur, hoc axioma intelligendum eſſe de primo obiecto ſenſibili, verbi gratta, de primo ſonatio, vel odora-bili, non autem de qualitatibus ſenſibilibus ab huiusmodi primo obiecto in ſenſorium propagatis: neque tamè intellectum de huiusmodi primo obiecto habere unquam locum in ſenſu guſtus, nec ſemper in ſenſu tactus, ſed tantum in aliis: ſi tamen ſermo ſit de ſenſatione perfecta facta modo naturali, & convenienti: alioquin negi-tur in aliis ſenſibus locum habere. nihil autem opus videtur monere ex particula illa (facit) in prædicto axioma colligendum non eſſe, ſenſibile ad ſenſationem propriè, & præſe ſumptam concurrere eſſeſſe, quod ſupra de ſenſibili agentes diximus falſum eſſe.

480 Quartum tertio affine eſt, an verum ſit viſum, auditum, & odoratum ſenti re ſua obiecta diſtantiã, ſeu per medium: guſtum verò, & tactum coniuncta, ſeu ſine medio Reſpondetur de viſu, auditu, & odoratu, hoc ſemper verum eſſe, ſi ſermo ſit de obiectis primis, & de ſenſatione perfecta facta modo naturali, & convenienti iuxta explicationem axiomatis tertio loco allatæ: de guſtu autem ſemper verum eſſe, ſive ſermo ſit de obiectis primis, ſive de non primis, ſive de ſenſatione perfecta facta modo naturali, & convenienti, ſive nõ: de tactu denique, ſive ſermo ſit de obiectis primis, ſive de non primis aliquando verum eſſe, aliquando falſum, etiam loquendo de ſenſatione perfecta. Quare quod Ariſtot. 2. de Anima text. 114. docet etiam tactu omnia ſentiri per medium, quod in nobis etiã ſequentibus textibus confirmat, intelligendum eſt de tactu ſecundum organum diſtinctum ab organo guſtus, aliorumque ſenſuum, & de ſenſatione perfecta facta modo naturali, & convenienti, ſive vlla luſio

ne, cuiusmodi ſenſatio ſemper eſt per cuticulam inanimatam, mediã tantum, licet non externi, ſed interni, ſeu coniuncti; non etiam ſenſorii rationem habentem.

481 Quintum eſt, an, & quomodo ſenſus illi exteriores, qui obiecta diſtantiã percipiunt, in eorum cognoscenda diſtantiã inter ſe differant. Reſpondetur, viſum, qui præcæteris omnibus exterioribus ſenſibus in cognoscenda obiecti diſtantiã excellit, eam percipere tantum per corpus inter medium illuminatum, non tamen omnino diaphanum, ſed aliquo modo opacum, quatenus eius longitudinem maiore, aut minorem, quæ eſt ipſa realis diſtantiã, percipit. Vnde facitè intelligas cauſam, cur in iudicanda corporum celeſtium diſtantiã tantoperè a vero aberrat. Auditum autem ſi ſecundum ſe ſpectetur, cognoscere quidem obiectum diſtans materia ſiter ſumptum; ſed non videri illud cognoscere ſumptum formaliter, vt diſtas, ita, vt ipſa diſtantiã percipiat, niſi quatenus percipit maiorem, minorem nõ ſoni intentionem, ex qua ſuppoſita experientia aliorum etiam ſenſuum, & præſerti in viſus vel in nobis è intellectu, concurrere reme memoria experientie prædictæ, iudicat primum ſonans magis, minus è diſtare. Idem proportionaliter dico de odoratu, & de tactu, quando eius ſenſorium per qualitatem ab obiecto diſtante propagatam afficitur.

482 Sextum eſt, an qualitas ſenſibilis, quæ in ſenſorij proprijs, & præciſis ſenſu exteriorum recipitur, habeat rationem obiecti, quod ſentiat, an tantum obiecti quo, ſeu medijs quo, aliud ſentiat. Reſpondetur in ſenſorij proprijs, & præciſis viſu, auditu, & odoratu habere tantum rationem obiecti quo, ſeu medijs quo aliud, hoc eſt primum ſenſibile ſentitur: in guſtu autem, & tactu habere rationem obiecti quod. Cuius diſcriminis ratio in diuerſam horum ſenſuum, & obiectorum ſenſibilium naturam ſupra explicatam referenda eſt.

483 Septimum eſt, cur vno aliquo ex his ſenſibus circa aliquod obiectum vehementius occupato, alij ſuo munere minus perſectè fungantur. Reſpõdetur, quia ſpiritus ad ſenſationem neceſſarius ad illud ſere vnum attractis, alij neceſſario ijs propemodum deſtituantur, quæ etiã cau-

ſa eſt, cur aliquando etiam ſi ſenſoriū viſus lumen, aut ſenſorium auditus ſonum in ſe recipiat, nihil tamen videamus, aut audiamus. Fieri etiam poteſt, vt actus aliquis ſenſuum exteriorū non ſolum in brutis, in quibus ſunt materiales; ſed etiam in nobis, in quibus ſunt ſpirituales, ex ſupra dictis, non ſolum remittantur ad maiorem remotiorem, aut ſimilem mutationem, ratione cuius obiectum in ſenſorium minus agat, ſed etiam corrumpantur, & deſinere partialiter ad ablationem partis obiecti: quod idem proportionaliter dicendum eſt de actibus intellectus, & voluntatis. Quare actus ſpirituales licet ſint indiſſibiles in ordine ad ſubiectum; ſunt tamen diſſibiles non ſolum ratione intentionis, ſed latitudinis gradualis: ſed etiam ratione extensionis non localis, ſeu in ordine ad locum, ſed obiectum, ſeu in ordine ad obiectum, ita ut poſſint corrumpi, & deſinere ſecundum vnā ſui partem, ſecundum quam reſpicitur vnā partem obiecti, & non corrumpi, & deſinere ſecundum aliā, vt proportionaliter contingit in lumine a pluribus obiectis, vel pluribus eiſdem obiecti partibus propagato in eodem medio.

484 Octauum eſt, quomodo dicatur viſus eſſe aque auditus aeris, odoratus ignis, guſtus, & tactus terræ. Reſpondetur id ab Ariſt. lib. de ſenſu, & ſenſilib. cap. 2. dici tantum ex hac ſuppoſitione, ſi vnāquodque ſenſorium ſenſum exteriorum, vni elementorum aſſignandum ſit. atque hanc aſſignationem fieri ſpectatis, partem ſenſorijs, partem medijs, partem obiectis, horum ſenſuum: non autem ſpectatis, aut ſenſorijs tantum, aut medijs tantum, aut obiectis tantum.

485 Notum eſt, an in omnibus animalibus ſint omnes hi quinque ſenſus. Reſpondetur ex dictis patere guſtum, & tactum eſſe in omnibus, ſiue perfectis, ſiue imperfectis: quāuis id non experientia in plerisque, ſed ratione tantum competenti ſit, quā ſanè optimam aſſert Ariſt. lib. de ſenſu, & ſenſilib. cap. 1. alios autem tres ſenſus, in omnibus quidem paulo perfectioribus animalibus etiam aquatilibus reperiiri, ſed non in omnibus imperfectis. De Talpa ambiguum videtur, an oculos habeat, & quidquam videat. oculos tamen eam habere, ſed valde introrſum conditor, & conſequenter etiam aliquid, ſed conſue ad modum curuere, aſſignandum eſt.

Ita facile Ariſt. ſibi ipſi conciliabitur, qui libro primo de Hiſt. cap. 9. & lib. 4. cap. 8. Talpam videre, aut oculos ad videndum aptos habere negat, in ſecundo autem de Anima tex. 13. vt vtrunque videtur aſſignare.

De apibus etiam dubitant quidam, an audiant. Sed dicendum eſt audire ſonos, nō tamen percipere ſermonem, & nomina, quæ animalia tantum diſcipiunt aliquo modo capacia percipiunt. Atque hæc diſtinctione apparentem in Ariſt. vel repugnantiam, qui auditum apibus ſub intro libroꝝ Metaphyſicorum negat, lib. autem 9. de hiſt. c. 40. concedere videtur facti le tollere. Eaſdem apes, ſicut, & culices, & formicas odorari, compertum eſt.

486 Decimum eſt, quis nam ex his ſenſibus alius præſtet. Reſponderet ſimpliciter loquendo nobiliſſimum eſſe viſum, non ſolum quod ſenſuum hic, vt cum Ariſt. libroꝝ metaphyſ. inquit loquar, vel maxime nos cognoſcere quidquam facit, multasque diſtinctiones manifeſtat; ſed etiam quia nobiliſſimum, & ad rerum obiectarū phantaſmata imprimenda efficaciſſimum habet operandi modum: deinde auditum: tum alios eodem ordine, quo ſupra enunciat, explicateque ſunt: ad vitam tamen tuendam maxime neceſſarium eſſe tactum ad diſciplinam autem ex aliorum doctrina capieſcendas omnium vtiſſimum eſſe auditum, qui propterea ſenſus diſcipline appellari ſolet. Rectè tamen Ariſt. lib. de ſenſu, & ſenſilib. cap. 1. aduertit hoc eſſe per accidens, quia audita percipiuntur nomina, quibus diſcipline traduntur: quā aut eſſe cauſam, cur cæci abortu ſurdus, & mutus prudentiores ſint: eam viſus ſecundum ſe plura percipiat, & diſciplinam ſuo Marte acqrentibus magis conſeruat. Alia hæc canibus, vel pluribus ſenſibus communia ex ſupra dictis intelligi poſſunt.

487 Sequitur ſenſus interni, quos dari certum eſt. Hi rectè communiter quattuor numerantur, ſenſus communis, Phantaſia, Aſſimilatiua, & Memoria ſenſitiua. Senſus communis non in prædicando, ſed in ſentiendo communis dicitur, potentia illa ſenſitiua interna, quæ obiecta, & ſenſationes omnium ſenſuum exteriorum in animali, in quo ipſa eſt exiſtentium, eorum demum obiectorum, & ſenſationum diſtinctiones; ſed in præſentia tantum ipſorum obiectorum, cognoscit. Phantaſia, ſeu imaginati-

na (hæc enim non distinguuntur, nisi ut vocabulum græcum à latino) dicitur potentia illa sensitiva interna, quæ obiecta sensibilia absentia cognoscit, eaque inter se varijs modis cognoscit, separat, mutat &c. Ac si materia, quam quidam in homine vocant cogitativam, dicitur potentia sensitiva interna, quæ in rebus sensibilibus, siue presentibus, siue absentibus quasdam rationes boni, &c. mali, seu convenientis, & inconvenientis, v. g. rationes vitæ, & mortis, amici, & inimici, patris, & filij, aliæque huiusmodi à nullo sensu exteriori cognoscibiles, id est quæ intentiones non sensatas, à quibusdam appellari solitas cognoscit. Memoria denique sensitiva dicitur potentia illa sensitiva interna, quæ recordatur rerum sensibilibus, hoc est cognoscit res sensibiles, ut antea cognitas, seu obiectas.

488. Rectè tamen etiam sub alia ratione plures, paucioresve, quàm quatuor prædictos sensus internos distinguas, aut etiam unum tantum ponas, prout obiecta formalia, in ordine ad quæ potentia omnes specificantur, modo abibi supra explicato, in plura, pauciorave membra dividias, aut etiam omnia sub vna àdequata ratione formalis comprehendias. Exempli causa rectè, vel duos tantum sensus internos communem, qui circa obiecta sensibilia præcæta: & phantasia, quæ circa absentia vertitur, aliis duobus ad hos reuocatis: vel multo plures, quàm quatuor, distinguendo sensum communem eorum, qui percipit obiecta, & sensationes sensuum exteriorum, & eum qui percipit eorumdem differentias phantasia rectè in eam, usque percipit obiecta sensibilia absentia, & eam, quæ eadem componi separat, mutat, &c. actus propriè à quibusdam vocatur: vel denique vnum tantum, qui circa obiecta omnium sensibilibus, siue presentibus, siue absentibus vertitur, seu in adæquatum huiusmodi distinguitur, ut diximus, tunc tamen quidam hos sensus ita distinguunt ut aliqui eum dicant, cuius proprium sit tantum phantasia producere, aut conservare, aut hoc utriusque simul præstare. At modo supra indicato, potest unumquodque huiusmodi constitui, seu idem, quod dicuntur in anima, nec inter se, nec ab anima distinguuntur, nisi formaliter, seu virtualiter secundum id verò, quod dicitur in corpore, an plusquam formaliter, seu virtualiter distinguantur, speculandum est ex eorum organo, seu sensorio proximo, quod non est corpus, sed horum ratione spirituum dici possit sensorium remo-

tum, & ut sepe ab Aristotele dicitur, primum sed est aliquid in capite situm: non tamen spiritus, ut quidam profus improbabiliter opinantur: nec meningis seu membranz cerebri, ut alij minus tamen improbabiler volunt: sed cerebrum ipsum secundum suam substantiam: non quidem ita ex quatuor sensibus modo supradictis distinctis singulis in singulis cerebri sinibus, qui quatuor esse sunt, duo in parte anteriori, unus medius, & alius in parte posteriori collocatur, quomodo eoque tandem distribuuntur ita, ut omnes pro organo, seu sensorio proximo habeant eandem cerebri substantiam, & quidem namque secundum partem anteriorem: ac proinde nec ratione organi, seu sensorij plusquam formaliter, seu virtualiter distinguantur. Hinc intelligas hoc sensus non alia ratione, quæ omnibus communem, dici inter nos, nisi quia organum habent magis internum, & secundum, quam qui dicuntur exteriora.

489. Difficillimus verò intellectu est modus operandi horum sensuum interiorum: idanda tamen opera est, ut etiam, quantum fieri potest, explicetur. Ac primum quidem ad omnem sensuum interiorum operationem supponitur operatio aliqua sensuum exteriorum, vel præterita, vel præterita. Ad operationem tamen sensuum communem requiritur semper operatio aliqua sensuum exteriorum præterita, præterquam quando ab illo cognoscitur, modo abibi explicato, privatum obiecta huiusmodi sensuum exteriorum. Deinde quidquid sentitur à sensu exteriori sentitur etiam eodem tempore, sed posteriori natura, & actu realiter diversis, & sub alia ratione formalis à sensu communi, aut etiam estimativa, quando hæc etiam sensus exterioris, & communis operatur, sentiri postea potest etiam à phantasia, & memoria sensitiva. Quomobrem magna est inter sensus internos exterioris que connectio, non tamen tanta, ut interni nihil omnino cognoscere possint, quod non ab exteriori aut cognito fuerit. Et si quemadmodum nihil est in intellectu, quod prius aliquo modo non fuerit in sensu, nihil proportionaliter sit in sensu interno, quod prius aliquo modo non fuerit in sensu exteriori. Duplitem autem potest aliquid dici aliquo modo esse in sensu interno, vel ratione sensationis alienius sensus interni, vel ratione phantasmatis illud aliquo modo representantis: neque enim ambigendum hic est phantasmatis, seu speciei sensibiles à sensationibus omnibus

43
Modus
operandi
sensus
interioris

43
Operandi
modus

diuersas obiectorum sensibillium quasi vitarias, sine quibus anima obiecta sensibilla, quae praesentia cognoscit, absentia cognoscere naturaliter non potest, dari & esse sequenter falsam eorum esse opinionem, qui ad hoc, vt anima sensibilla, quae aliquando praesentia cognouit, absentia quoque cognoscere possit, satis existimant esse, vt ea aliquando praesentia cognouerit, etiam si desinente huiusmodi cognitione, nulla vsquam species sensibillis, seu phantasma, quo representari ea possint relinquatur. Dixi, quo representari ea possint, quia phantasma quodecumque in sua entitate accidens est de genere qualitatis, & quidem corporeum, quod natura sua est imago, seu forma, spectrum, effigies, simulachrum, idolum, & typos (his enim omnibus nominibus appellatur) non formalis, sed virtualis rei alicuius sensibillis.

490 Dicitur autem hic imago formalis illa, quae in sua entitate, ratione accidentium similis est ei, cuius est imago, & cognoscia nobis naturaliter potest, tum formaliter, vt imago, tum etiam materialiter, vt res quaedam est: cuiusmodi est imago picta, verbi gratia, Pontificis. Imago vero virtualis illa, quae licet in sua entitate non sit modo dicto similis ei, cuius est imago per se loquendo; vim tamen habet illud representandi: vel ita, ut ipsa incognita maneat, & habeat tantum ratione quo, seu medi, & instrumenti quo aliud cognoscatur: vel ita, vt ipsa cognoscatur non materialiter, vt res quaedam est; sed formaliter, vt imago est: & sic habeat aliquo modo etiam rationem quod, seu obiecti quod cognoscatur. Imago virtualis primi generis est, cognitio quaelibet, siue sensitiua, siue intellectiua, quatenus per illam aliquid cognoscitur: quae propterea dicitur species expressa, quia exprimit, hoc est potentiam cognoscitiuam, si ipsa formaliter representat id, quod cognoscitur, & eodem vitaliter, quatenus est actio vitalis, licet ipsa secundum se incognita maneat in cognitione directa. Imago virtualis secundae generis est, tum species sensibillis, seu phantasma, tum species intelligibilis, de qua, infra: quae utraque propterea dicitur species impressa, quod illa cerebro, haec intellectu, vt infra, ita imprimatur, ut etiam cognitione, seu specie expressa desinente permaneat.

Cum igitur amicum, verbi gratia, absen-

tem imaginamur, nostra cognitio non terminatur immediate ad amicum absentem secundum esse reale, quod a parte rei habet, aut habuit in se ipso: sed secundum esse imaginatum, seu representatum, quod habet in phantasmate, seu imagine interna, quae nobis representatur quidquid illi qui contendunt, phantasmata, seu imagines internas nullo modo esse id, quod cognoscitur: sed tantum id, quod res per eas representata cognoscitur: quorum sententiam, non tam philosophantium, quam sonantium, & delirantium, qui imagines in ternas, siue sensibiles, siue intelligibiles, non vt imagines, sed vt res ipsas, quarum sunt imagines concipere consueverunt, videri dixeris non terminatur tamen nostra cognitio ad imaginem internam sumptam materialiter, vt res quaedam est, sed sumptam formaliter, vt imago est, quae ratione substituitur quodammodo loco rei, cuius est imago: ita, vt cognoscetes huiusmodi imaginem, vt talem videamur nobis cognoscere rem ipsam quodammodo praesentem non in se ipsa, seu ratione sui ipsius secundum se, sed in sua imagine, seu ratione suae imaginis.

491 Et in hoc sensu verum est pronunciatum illud, quod licet non sit, vt quidam putant, Aristot. lib. de memoria, & reminiscen. cap. 3. a S. Tho. tamen 3. p. q. 3. art. 3. & alius usurpatur: Idem est motus in imaginem, & id, cuius est imago, quod proportionaliter verum est etiam de imagine externa: sed cum imago, vt imago dupliciter sumi possit: primo, vt quid relatum ad imaginatum, seu id, cuius est imago: secundum, vt quid substitutum quodammodo loco imaginati, seu eius, cuius est imago, se ipso illud representans, & in se continens secundum esse representabile, seu representatum: primo modo distincte cognosci non potest nisi ab intellectu, cuius est etiam a sensu, quando est imago sensibillis: secundo modo etiam a sensu optime cognosci potest, quando item est imago sensibillis. Et sic cognoscitur phantasma, seu species interna: atque in hac cognitione aliquo modo, eufuse scilicet, duo simul cognoscuntur, nempe imago, & imaginatum secundum esse, quod habet in imagine, seu ratione imaginis eius loco substituta: licet haec duo ab intellectu distincte cognosci possint. Ita vero proportionaliter explicandum est, esse representabile, aut

representatum, seu imaginatum, quod habere dicitur in sua imagine, vt esse finis in intentione, esse efficientis principalis in sua virtute, &c. sed addendum praeterea hic videtur, tantum abesse, vt species impressa, siue sensibiles, siue intelligibiles, nunquam sine id, quod cognoscitur, sed tantum id, quo res per eas representata cognoscitur, vt neque admittendum sit, quod alij nonnulli dicunt praedictas species cognosci quidem, vt quod, modo explicato, cum obiecta sunt absentia; Cognoscitur tamen tantum, vt quo, cum obiecta sunt praesentia: hoc enim posterius falsum est, cum nihil opus sit huiusmodi species in praesentia obiectorum. Sicut igitur sensuum exteriorum, & communium, & estimatiuum quoque, quando cum sensibus exterioribus, & communi operatur, cognitio semper est intuitiua: ita phantasia, & memoria, & estimatiuum quoque, quando in absentia obiectorum operatur, cognitio semper est abstractiua. Dicitur autem cognitio intuitiua vniuersaliter, quia res in se ipsa immediate cognoscitur, in quacunque deinde differentia temporis cognoscatur: abstractiua vero, quia res non in se ipsa immediate, sed in aliquo alio illam representant, hoc est in aliqua sui imagine sentiuntur: nec solum abstractiua: sed etiam intuitiua in nobis saepenumero fallitur, contra quam aliqui censent, qui abstractiua quidem quidem concedunt, intuitiuam autem negant falli posse. Sed ad alia, quae de phantasmatis, sunt explicanda, pergamus.

44
P. 1. 1. 1.
P. 1. 1. 1.
P. 1. 1. 1.

491 Effectiue producuntur phantasmata non ab obiectis sensibilibus externis, sed mediate ab anima, siue mediate ab actibus sensationum sub vna ratione, vt ab agente principali, sub alia etiam, ut ab instrumentis, & quidem ita, ut actus sensationis cuiuscunque sensus, siue externi, siue interni producat phantasma representatiuum non solum obiecti secundum se, nisi iam huiusmodi phantasma addit, sed etiam obiecti, vt antea per huiusmodi actum representari, & conlequenter etiam aliquo modo, consue scilicet, sui ipsius. Quod phantasma si quatuor vicum ne sit, an duplex, ita, ut vnum sit representatiuum obiecti secundum se, alterum obiecti, vt antea per huiusmodi actum representatiui respondendum videtur esse duplex, ita, ut anima

nunc vno, nunc altero seorsum uti possit. Quamuis, quod de sensatione in communi supra diximus, eandem videlicet sensationem circa plura obiecta specie distincta simul versantem adequatè sumptam esse vnam, inadæquatè sumptam esse se multiplicem, modo ibi explicato, dicendum proportionaliter est de phantasmate per huiusmodi sensationem producto.

Idem autem in productione phantasmatum ordo seruatur, quem in productione sensationum seruari supra indicauimus: hoc est eiusmodi, vt prius eodem prioritatis genere, quod inter sensationes ipsas intercedit, producantur illa, quae per sensationem sensuum exteriorum, etiam alia, quae per sensationem sensuum communium aut etiam estimatiuum: quando haec etiam cum sensu exteriori, & communi operatur; denique alia, quae per sensationes, aut phantasias, seu potentias phantasticas, a qua phantasma nomen habet, aut memoriae sensitiuae, producantur. Recipiuntur verò phantasmata omnia non in anima, sed in corpore, non tamen in spiritibus, nec in membranis cerebri, sed in ipsa substantia cerebri, quam sensuum interiorum organum esse diximus maxime secundum partem anteriorem. Quare nulla est, quae a quibusdam fingitur phantasmatum a sensoris sensuum exteriorum ad cerebrum, aut a cerebro ad alias corporis partes transmissio: sed omnia in cerebro consistunt, & eadem anima, quae per phantasma in cerebro situm cognoscitur, per huiusmodi cognitionem excitata, in alia corporis parte per aliam potentiam aliquid aliud interdum operatur. nec ea phantasmata, quae rerum contrarium sunt representatiua vllam inter se habent contrarietatem, ratione cuius in eadem subiecti parte simul recipi nequeant.

493 Ac licet saepe phantasmata, quae corrupta non sunt, corrupta videantur, quia non occurrunt, vt infra: saepe tamen aliqua, interdum etiam omnia corrumpuntur ob alterationem cerebri a morbis aliisque causis profectam, vt ob nimiam humectationem, vel exsiccationem, vel frigiditatem, vel calefactionem, qua eiusdem cerebri temperies ad phantasmatum conseruationem requisita tollitur. Facilius autem, ceteris paribus, corrumpuntur, quae minus intensa sunt, vt propter actus minus inten-

45
Corund
subiecti.

46
Corund
corrupti.

les producta vnde est, ut qui minus intendunt agunt, & facilius obliuiscantur. Quod si curatur an phantasmata producuntur & corrumpuntur in instanti, an in tempore.

Respondendum videtur, quemadmodum aliquis actus sensationis fit in instanti, ut visio, quae fit eodem instanti, quo sensorium visus illuminatur, licet continuetur deinde, in brutis quidem sensum in nobis uero liberale, ut uentibus non sentit, at ferè sp. per aliquid quod tempus quod tamè de actu sensationis circa obiectum externum immediate versante certus est, aliis uero fit in tempore, ut sensus caloris, qui fit eodem tempore, quo sensorium tactus calescit: ita aliquod phantasma produci in instanti, licet continuetur deinde per aliquod tempus, ut dictum est de actu, per quem producitur: aliquid uero produci in tempore, ut item actus, per quem producitur: & quemadmodum debita dispositio in subiecto ad conseruationem phantasmatum requiritur, quae habet contrarium, remittitur in tempore, sed omnino definit in instanti extrinseco, quo primum non est: ita etiam phantasma remitti in tempore, sed omnino definire in instanti extrinseco, quo primum non est dispositio in subiecto ad eius conseruationem requiritur.

494. Concurrunt uero phantasmata ad sensationes, quae concurrentibus phantasmatibus sunt non effectiue, sed obiectiue tantum: & quidem ita, ut res, cuius est in cerebro phantasma, per quamlibet huiusmodi phantasmatibus partem, si forte contingat alias eius partes corrumpi, representari, & cognosci posse, modo sit pars aliqua in habens magnitudinem proportionatam sensibus internis phantasmate uentibus, ut proportionaliter requiritur in obiectis sensuum exteriorum. Ac cur tam multis, tamque diuersis phantasmatibus cerebro impressis anima uone potius, quam in alio utatur intelligi non potest, nisi dicamus primam cognitionem in uicquam esse in nostra libertate, aut principio intrinseco independente ab extrinseco, sed pendere ab aliquo extrinseco, uel Deo, uel Angelo bono, aut malo inuis, aut extra obiectum proponente, uel alio aliquo extrinseco occurrente, & aliqua ratione obiectum proponente, atque ita per modum proponentis obiectum concurrente ad eius necessariam cognitionem: quae semel habita, potè deinde anima, in qua est

libertas, uel in eadem cognitione liberare hore, uel ad aliam, atque aliam transire. Ita tamen aliquo modo a fine: atque omnem ad uerendo alius, atque alius speciebus, siue sensibilibus, siue intelligibilibus (est enim hoc utrumque par ratio) semper tamè aliquo affinis, atque conexio, ita, ut una repraesentet indirectè, aut confusè, quod altera repraesentat directè, & distinctè, id est, quia altera quasi nocet, atque, excitat, & anima libera possit pro sua libertate a cognitione uisus ad cognitionem alterius transire: & quando plures huiusmodi conexiones illi repraesentantur unam potius, quam aliam sequi: ut cum ex cognitione amici uenimus in cognitionem uestium, quibus indutus est; & ex hac in cognitionem, uel materiam, ex qua sunt huiusmodi uestes, uel pretii, quo emptus sunt, & numerum, ac fondinarum, uide numerum materia eruitur, & c. nec fieri potest, ut sine huiusmodi aliqua conexione obiectura, & consequenter ipse eorum sensibilibus, aut intelligibilibus, cum ijs ad obiecta absentia cognoscenda utimur ab unius ad alterius rei cognitionem progrediamur. Bruta uero quia libera non sunt, non solum in primis sed etiam in aliis omnibus consequentibus cognitionibus determinantur ab obiecto, uel in sensu, uel in phantasmate, repraesentato: quod ut magis apprehendant secundum uiam, quam secundum aliam connexionem ita pergunt cognoscere secundum unam potius, quam secundum aliam connexionem. Hinc facile intelligas, cur phantasmata interdum ita obrita quodam modo lateant, ut et quæ sita non occurrant. Illa enim sic latent, in quorum cognitionem nulla nos obiectura, siue in se ipsius, siue in phantasmate repraesentatorum conexio ratione, uel loci, uel temporis, uel personarum, uel similis, uel dissimilis, uel alterius cuiusmodi inducit: quæ cum primis apparet, etiam id, quod quaerebatur, occurrit. Idem proportionaliter dic de speciebus intelligibilibus. Quod si quaeras, qui fieri possit, ut phantasma ignotum quaeratur. Respondetur, quod quaeritur non omnino esse ignotum, sed partim ignotum, partim notum ratione alicuius partis, uel circumstantiæ, uel similis, uel dissimilis, & cetera: aut certè ignotum distinctè, notum confusè, & per id quod notum est, tanquam per uestigium duci nos incognitionem eius, quod ignotum erat. Idem hic etiam proportionaliter dic de speciebus intelligibilibus.

47
Exum.
concur/su
ad sen a
uones.

495 Abſtraſtor quaſtio eſt, qui fiat, ut ſi ſenſus interni inter ſe non niſi formaliter, ſeu virtualiter diſtinguantur, eodemque omnes ſenſorio vtuntur, vt diximus; aliquando debilitari, aut etiam corrumpi videatur memoria, illaefa phantafia, & æſtimatiua; aliquando lædi phantafia, ſana, & incoluſi æſtimatiua, aliquando è contrario.

Quam ita ſoluere conandum eſt, vt dicamus nullam ex his potentis ſecundùm id, quod dicunt ex parte animæ in nobis lædi poſſe, licet in brutis poſſint; ſecundùm id vero, quod dicunt ex parte corporis non poſſe lædi unam, quia lædantur omnes: ſecundùm operationes denique poſſe interdum lædi, ſeu impediri unam non impedita altera, ſic poteſt memoria debilitari, tã alteratione cerebri præſertim nimia humectatione, aut deſiccatione, tum præcipuè, & facillime deſectu ſpirituum ad eius operationes neceſſariorum vnde cumq; ijs contingat: corrumpi verò, vel ex parte, vel penitus ad corruptionem, vel particularem, vel totalem phantafmatum, de qua ſupra. Interdum autem lædi videtur phantafia in ſuis operationibus, cum re vera non læditur, immò maxime, ac facillimè operatur: ſed quia anima in rebus, quæ illi per phantafmata, ſeu imagines internas, præſertim cum vehementi ſpiritus agitatione, atque inflammatione, obijciuntur, tota occupatur; exteriorum ſenſuum organa præſertim delicatiora, vt oculos, & aurium ſpiritus deſtituta parum, aut nihil à ſenſibilibus externis mouentur: atque ita exterioribus ſenſibus non ſecus ferè, atque in ſomno ligatis, anima non ſecus ferè atque in ſomno phantafmata ipſa, ſeu imagines internas, perinde ac ſi eſſent res ipſæ, quarum ſunt imagines, concipit, ac prouide ab ijs, vt a rebus ipſis mouetur: & ſi quæ per ſenſus etiam exteriores percipiuntur phantafmata cum alijs, quibus vehementer inuenta eſt variè contingit, ac miſcet, unde illa eſt conceptum confuſo, & abſurdas, quæ in dementibus, & phreneticis aliquando ſe prædit. Interdum denique lædi videtur in ſuis operationibus æſtimatiua, incoluſi phantafia, & memoria; quia anima in phantafmatum ad phantafiam, aut memoriam pertinentium cognitione, & attentione, ita occupatur, & quodammodo abſorbetur; vt ijs, quæ ad æſtimatiuam ſpectant ut non poſſit, & tunc

rerum vſum non cognoſcat, aut propter cõjunctionem, aut ſeparationem, aliamuè mutationem phantafmatum vi phantafiæ factam, concipiat rationem aliquam boni ſeu conuenientis, aut mali, ſeu diſconuenientis æſtimatiuæ propriam, ubi non eſt. Senſus autem communis extenuſ tantùm in ſuis operationibus læditur, quatenus, vel in cerebro debita deſunt diſpoſitiones ad eius operationes requiſitæ, vel in ſenſibus externis, quos ſequitur, vt loquitur Ariſtoteles. lib. de ſomno, & vigilia cap. 2. & quibuscumq; operatur, aliqua contingit deceptio.

496 Hinc ſomni, & vigiliae mentiones admonet; vt aliquid de illis etiam dicamus, quandoquidem ſomnus, & vigiliae cõmuniter affectiones ſenſus communis factis ſupra explicari dicuntur, quæ mox dicel etiam poſſunt affectiones ſenſuum omnium exteriorum. Somnus enim formaliter eſt ligamen, ſeu impedimentum ſenſuum omnium exteriorum, & communis, quo minus expedire ſuas functiones exercere poſſint, non tamèn quodcuqueſſet ex vaporum in cerebrum aſcenſu proſectum. Qd addendum eſt, vt ſomnus ab inſenſibilitate, ſeu deſectu ſenſus orto ex timore, aut morbo, aliã cauſa, vt ceſtaſi, &c. diſtinguatur. Et ſic intelligendus eſt Ariſtoteles libro de ſomno, & vigilia cap. 1. cum ait ſonus enim paſſio ſenſitiua particulae, ut vinculum, & immobilitas quædam: Vigilia verò formaliter eſt ſolutio ſaltem alicuius ſenſus exterioris, & communis, ſeu liberatio à prædicto impedimento. Ac ſomnus quidem ab ijs cauſis effectiue cauſatur, quæ effectiue, ab ijs formaliter, quæ formaliter impediunt, ne ſpiritus animales ad operationes ſenſuum exteriorum neceſſarii à cerebro ad organa ſenſuum exteriorum deriuentur. huiusmodi autem cauſæ ſunt vapores paulo copioſiores præſertim humidis, frigidi, & craſſi cerebrum petentes, illudque opplentes: aut qui, etiam niſi non ita humiditate, & frigidityate cerebri addeuſari, & in craſſari poſſunt: ita, ut cerebri ſinus, & vias, quibus ſpiritus a corde ad cerebrum, & a cerebro ad ſenſuum exteriorum organa tranſmittuntur, ſua craſſitate obtentent: vnde conſequitur in ſenſuum exteriorum organis ſpiritus deſectus, atque adeo ligamen prædictum, & ſomnus. Hinc multa ad ſomnum attententia pro-

18
Somni,
& vigiliae

ſpiritus

blemata, quæ hic prætereo, facile dissol-
vuntur.

497 Vigilia vero causa efficiens, est
quæ alicum saltem sensum exteriorem,
& communem a prædicto impedimento,
in quo forum formaliter considerari dixi-
mus, solvit, hoc est vias aperit, quibus spi-
ritus vaporibus interclusis ad organa alicuius
saltem sensus exterioris ex potestate trans-
mitti possunt. Quod cum sit expergefitur
animal, & cogitat. Potest autem, vel a se
ipso expergeferi, vel ab alio & a seipso
dupliciter, vel per se, & naturaliter, vel
per accidens, & innaturaliter. A seipso per se,
& naturaliter tunc expergefitur, cum novi
caloris sui, spiritibus nimirum in corde
genitis, & accumulatis in arteriis ad cere-
brum vsque, vapores iter illis intercluden-
tes resolvit, & patefacta via spiritus ad sen-
sum exteriorem organa expedite trans-
fundunt.

A seipso per accidens, & innaturaliter,
cum ob dolorem alicum aliumve corporis
motum, vel timorem, alicumve passio-
nem ex oblata in somnis rei alicuius ima-
gine excitatum, spiritus agitur vapores
prædictos resolvit, aut ita discutit, & laxat,
vt ad sensum exteriorem organa expedi-
te peruenire possint. Ab alio denique
tunc expergefit, quando ab alio in exteri-
ori alicuius sensus organo sic alteratur, ut
spiritus, qui semper alicui supersunt, satis-
fieri ad hoc, vt anima eam alterationem
percipiat, & naturali conatu alicum spiri-
tum ei pari submitat, quo eandem alte-
rationem perfecte iam sentiat. Vnde colligas
sensus exteriore, ac præsertim in audi-
tum, & tactum, quorum organa vehemen-
tius ab obiectis alterari possunt, nunquam
adeo somno ligari, ac spiritu destitui, vt
nulla ratione, sed tantum, vt non expedi-
te, ac perfecte possint suas operationes
exercere.

498 Finis somni proximus est cessatio
& quies ab operibus sensuum exteriorem,
& communis ætemotus, & præcipuus est præ-
fectio nutritio, & suo tempore etiam au-
ctio, & spirituum, ac virium reparatio. Vi-
gilia vero finis est operatio vigilantis pro-
pria. Grauius tamen, & nimium somnium,
& nimia vigilia magna consequuntur
nimium quidem somnum humorum præ-
cipue superfluitas, & catarrhi ex vaporibus
caput petentibus, qui per vigiliam, & ope-
rationem discutuntur, itemque tarditas,

& hebetudo, ac virium enervatio ex longo
spirituum in organis motus, & sensus desic-
tu: nimiam vero vigiliam mala præter-
tium ciborum concoctio, & consequenter
cruditates, capitis siccitas ex vaporum ab-
sorptione, & debilitas ex defectu spirituum,
qui per vigiliam resolvuntur, nec ita copio-
si, vt in somno reparantur.

499 Curiosè autem Aristotel. de Ge-
ner. anima. cap. 1. querit, somnus ne an vi-
gilia præcedat, & rectè respondet vigiliam
præcedere, quod de vigilia ad verum som-
num comparata etiam in somno iuxta uterum
contento, verum est, etsi plurimum satus
dormiat, quia sic ad nutritionem, & audien-
tiam expedit: nec, cum vigilat, aliam, quod
quidem conficit, præter tactum, ex sensibus
exterioribus exercere potest. Quæri etiam
hic potest quod idem Aristot. libro de som-
no, & vigilia cap. 3. & experientia testatur,
cur quidam interdum dormientes surgant
ambulant, & alia vigilantium opera exer-
ceant.

Respondetur, quia per phantasiam, ali-
quæ sensum interiore non requirere in co-
operationem externi, apprehendunt se debe-
re surgere, ambulare, &c. nec oppletur
vaporibus, & impedita in habent posteri-
orem cerebri partem, unde spiritus in nervos
inertos dequantur, sed tantum ante-
riore, unde spiritus in nervos sensorios in-
fluunt. præterquam quod ut pars superior
dormientium spiritibus destituitur, vt dixi-
mus, & refrigeratur: ita partes inferiores,
spiritu abundantiore iugalescunt, & conse-
quenter ad motum aptiores redduntur. Ex
quo perspicuum fit, cum facultas progressiva,
& motiva non ita somno ligetur, & im-
pediatur, vt sensiva. Pauci tamen sunt
qui dormientes surgant, &c. illi scilicet tan-
tum, qui aut spiritu, aut apprehensione, &
passione aliqua, vehementiori agitantur.
Ac, cur hi, ubi euigilauerint, somnum quidam
quo ad surgendum impulsi sunt, recorden-
tur, surrexisse autem, aut quæpiam se egisse
non remota illa est, quod operatio
imaginatiua, aliarumque potentiarum, quæ
in somniis exercentur, relinquat species
obiecti, tum secundum se nisi hæc iam ad-
sit, tum vt antea per huiusmodi operatio-
nem representati: operatio vero potentia
motiua non relinquit sui speciem nisi per
sensum exteriorem cognoscatur.

Quamquam in his, qui in somno surgunt
ambulant, &c. sensus exteriore non ita lig-

vinciant, vt non interdum quoquo mó videant, audiant, alioſque ſenſus externos exerceant, interdum etiam in aliquid rogati reſpondant. Quæ autem hic de ſpirituſus diximus, in animalibus ſpiritu carentibus de aliquo proportionali intelligi debent: omnibus enim animalibus communis eſt ſomnus, ſicut, & ſenſus communis.

500 Cum ſomno, quàm connexum ſit ſomnium nemo non videt: ſiquidem ſonnum eſt cognitio, qua in ſomno cognofcitur, res abſens, aut non vera, vt præſens, & vera (loquimur. n. hic de ſomno naturali.) quæ cognitio interdum eſt a potentia phætaſtica, interdum ab æſtimatiua, interdum a memoria ſenſitiua, aut intellectuã, de qua infra, & ipſo intellectu. Cur autem minimi motus facti in ſenſorio per ſomnum maximi videantur? nam dormientes arbitrantur, inquit Ar libro de diuinatione per ſomnia cap. 1 Fulgura cadere, & tonitrua feri, cum paruus ſonus in auribus fit: & melle, & dulcibus ſaporibus perfrui, minima pituita deſcendere: & ambulare per ignem, & caleſcere vehementer, cõ paruus calor circa quaſdam partes fit.) pro eſt tum quia per ſomnum ceſſantibus ſenſuum exteriorum operationibus, ſolæ interiores potentiz operantur, ideoque anima nihil diſtracta magis ſentit, quod diſtracta minus ſentiret: tum quia per ſomnum plurimi ſpiritus ad ſenſuum exteriorum organa excurrere prohibiti colliguntur in cerebro, vaporesque eo aſcendentes perturbantur atque agitantur: quo fit, vt quemadmodum aqua cum agitatur, non ſolum diſtorta, & monſtruoſa; ſed etiam maiora omnia offēdit, quàm ſint, quod eſt exemplum Ariſt. lib. de ſomniis cap. 3. ita cum ſpiritus, & vapores agitantur, non ſolum perturbata, & conuulſa ſunt ſomnia, ſed etiam alterationes omnes in ſenſoriis interim factæ maiores, quàm ſint iudicentur. Cur rerum imagines in ſomnis oblatæ, non imagines; ſed res ipſæ præſentes videantur; ratio eſt, quia actus phantaſiæ, aliarumque potentiarum, quæ in ſomniis exercentur, vehementiores in ſomno, quàm in vigilia ſunt, ob rationes modo allatas, ideoque in res ipſas præſentes ferri videntur, quia res ipſæ præſentes vehementius mouere ſolent: nec anima ligatis ſenſibus exterioribus poteſt res ipſas præſentes in ſe, ſed tantum in ſuis imaginibus internis cognofcere: conſequenter nec poteſt rerum præſentium in

ſe, & præſentium tantùm in ſuis imaginibus diſcretem percipere, ſed videtur ſibi ſimpliciter præſentes habere. Cur aliqui magis, aliqui minus ſomniant, aliqui nunquam, ratio eſt; quia aliqui minus, aliqui magis abundant vaporibus, vt pueri alicui, ſed rari tantis; tamque craſſis, ut ſomni tempore omnino cerebrum obruant, & ſpiritus, ac potentiz omnis interioris operationem impediunt. Cur initio ſomni non multa ferè ſint ſomnia, in proceſſu autem multa, ſed turbulenta, in fine denique placida, & tranquilla, ratio eſt; quia initio ſomni abundant vapores ex ſibi cõcoctiõne aſcendentes: in progreſſu incipiunt vigere ſpiritus interim genitiſ; ſed multas etiã adhuc, & craſſis permixti vaporibus; ſub finẽ vaporibus iam attenuatiſ, aut ferè reſolutis ſpiritus magis domitantur, nec tantus fit in cerebro motus. Cur hæc potius, quàm alia ſomniamus, ratio multiplex eſt: potèſt ſæpius enim in ſomniis occurrunt, quæ vehementius uigilantes mouerunt, quæ uſum di, cæteris paribus, ſuadet iſta magis, quàm lata: item, quæ ſub ipſum ſomni tempus præſertim paulo attentius, & cum affectu cogitauimus: tum etiã, quæ naturalis corporis, & humorum temperies inclinã: nec non, quæ in pueritia, & adoleſcentia cognouimus, quippe quorum ſpecies, ut primæ, ac nouæ, ideoque cum admiratione ſuſceptæ, ac ſapius in ætate, in qua pauca ſunt ſpecies, recognoscitur, & cum pluribus connexæ ſunt: denique ex varia vaporum, ac ſpirituum diſpoſitione varietas etiam pendet ſomniorum, quàm accommodato nubium exemplo, in quibus ob variã vaporum diſpoſitionem variæ ſunt repræſentationes, explicat Ariſtotel. lib. de ſomniis cap. tertio. ſi quæras, an etiam bruta ſomniant? reſpondendum eſt affirmatiuè, licet id in aliis magis, in aliis minus competum ſit.

501 An autem, uſa ſit diuinitas per ſomnia, ſeu quod idem eſt, an aliqui ex ſomniis certò prædici, aut præcognofci poſſint, quaſtione eſt diſtinctione ſoluenda. Cum enim ſomnia alia a Deo, alia ab Angelo bono, vel malo, alia a natura, ſeu cauſis naturalibus eſſe poſſint: ex ijs quæ a Deo, uel Angelo bono ſunt, ſue per oraculum, hoc eſt uocem expreſſe ſignificantem ſue per uifionem ipſius rei, ſue potius imaginis rei, ſue per ſomnium propriè dictũ,

90
Diuina
ratio per
ſomnia.

à Deo tamen, vel Angelo bono dictum ad aliquid significandum; dubium non est, quin aliquid certo præcognosci, & prædici possit: ex his verò, quæ ab Angelo malo, seu demone sunt, nihil quidem recipiet, si Deus permittat aliquid certo præcognosci, & prædici posse: ad fallendum tamen potius, quam ad verum dicendum, is forte in ordine ad malum aliq, istencus est demon. Ex istis denique, quæ à natura, seu causis naturalibus sunt, nunquam certo præcognosci, aut prædici possunt actiones libere: (quod de hominibus etiam ab Angelo, siue bono, siue malo secundum sua naturalia spectato immittis ex Theologorum doctrina supponimus:) præcognosci tamen, & prædici valde probabiliter, interdum etiam certo possunt, quædam naturalia, quorum somnia sunt signa, vt morbi aliqui, quorum inchoationes, etiam si parvæ, vehementer in hominibus novent, iuxta supradicta. Cognosci etiam ex istis dem possunt complexio, & humor in corpore prædominans, qui erit sanguis, si læta, & volatus per æreæ; pituita, si humida, vt pluvia, flumina, &c. melancholia, si obscura, tristitia impeditur; bilis, si calida, rixæ &c. frequentius somniantur.

302. Reliqua sunt pauca quædam de alijs tribus sensibus interioribus, phantasia, æstimatoria, & memoria sensitiva. Phantasia quid sit, supra diximus. eam Arist. plerunque sumit pro actu secundo potentie phantasticæ, hoc est pro imaginatione, quam cum 2. de Anima text. 161. definit esse motum à sensu secundum actum tacto, intelligit esse concomitantem motum (formaliter enim est, actus) dependentem à sensu constituto in actu, id est operante, seu quod idera est ab operatione sensus circa obiectum externum verantis, cuiusmodi est, tum sensus exterior, tum communis, tum aliquando etiam æstimatoria, ita, ut non possit phantasia exerceri, quin huiusmodi sensus operatio præcesserit, modo à nobis supra explicato. Interdum tamen phantastici, seu imaginativi homines intelligit Arist. omnem potentiam sensitivam internam, sicut interdum, & phantasma tanquam passionem, & memoriam pertinere debet ad sensum commune, confundens videlicet inter nos hos sensus, quos alias distinguit. Sed sumpta phantasia præse, vt supra de-

scribitur est, de ea, præter dicta, queri adhuc potest. Primum, an agat in distans.

Secundo an propriè discurrat, seu unum ex altero inferat. Ad utrunq; respondetur negando. Tertiò an sit in nostra potestate, ut indicat Aristot. 2. de Anima text. 153. Respondetur non esse quoad primam eius operationem, esse quoad alias iuxta supra dicta. Quarto an omnia animalia habeant phantasiam Respondetur affirmando, licet in quibusdam a deo imperfecta sit, vt uix, ac ne uix quidem appareat; quo sensu intelligendus est Aristot. 2. de Anima text. 156. ubi etiam fornicæ, ap, & vermi negat.

303. Aestimatoria etiam quid sit ex dictis patet. Hic addo non esse confundendam rationem boni, & mali, seu conuenientis, & disconuenientis, quæ est obiectum æstimatoriæ, cum ratione boni, & mali, seu conuenientis, & disconuenientis, quæ attingitur ab omnibus potentijs cognoscitiuis etiam externis, quatenus obiectum sibi congruum, aut incongruum cognoscunt: quæ enim est obiectum æstimatoriæ non est sensibilis ab illo sensu externo, ut supra diximus. Et licet Aristot. æstimatoriam nunquam nominauerit, non idcirco eam, aut negasse, aut non agnouisse, sed sub phantasia latius sumpta comprehendisse dicendus est, quod tamen non facit secundo de Anima text. 1. 4. ubi commotionem affectuum, quam ad opinionem bonorum, & malorum consequi docet, negat consequi ad phantasiam, seu imaginationem eorumdem, secundum quam similiter nos habemus, inquit, sicut qui considerant in pictura difficultia, & confidenda.

Denique æstimatoria non omnibus inesse videtur animalibus, sed perfectioribus tantum.

304. Memoria item sensitiva quid sit supra explicauimus. Ad eius bonitatem, ac perfectionem confert: tum temperata cerebri humiditas, qua phantasmata facile recipiuntur, & retinentur: tum obiectum viuax, & vehemens: tum magna potentie applicatio, tum frequens rerum egiuntur repetitio. Falsum tamen est memoriam in posteriori præcipue cerebri parte vigere: sæpe autem memoria abstrahendo à sensitiva, & Intellectiua de qua infra cum reminiscencia confunditur: sed cum distinguitur, memoria propriè, & præse dicitur, tum poten-

30
Aestimatoria.

33
Memoria
sensitiva.

tia, tum actus versans circa rem antea cognitam, seu representatam, vt antea cognitam, seu representatam, & nulla obliuione obliterata: reminiscencia verò propriè, & presè dicitur, tum potentia, tum actus versans circa rem antea cognitam, seu representatam, vt antea cognitam, seu representatam, postquam obliuione aliqua intercidit. Quam obrem reminiscencia est quædam, quasi memoriz reparatio, & renouatio, quæ fit per ratiocinationem, qua id, quod obliuifumus ex aliquo eius relicto vestigio, idest ex aliquo simili, vel contrario, vel alia ratione connexo inuestigamus, & tandem inuenimus: ac proinde in brutis non reperitur.

55
Potentia
appetitiua,
et loco motiua.

505 Ad animam sensitiuam, post diuisione animæ, quam supra posuimus in vegetatiuam sensitiuam, & rationalem, pertinet etiam, tum potentia appetitiua sensitiuam, tum potetia loca motiua animal ut animas consequens: in quibus explicandis longior hic non ero. Tantum dicam potentiam appetitiuam sensitiuam, seu appetitum sensitiuum diuidi in concupiscibilem, & irascibilem; nullum tamen, aut concupiscibilem, aut irascibilem actum elici posse nisi circa obiectum sensibile, ut bo-

num, vel ut malum, verum, vel apparens cognitum: potentiam verò loco motiuam diuidi in naturalem, animalem, & mixtam. Naturalis dicitur, quæ vt moueat, nullam requirit præuiam cognitionem, vt vis pulsantis, quæ cor, arterias, & cerebrum dilatat, & contrahit. Animalis dicitur, quæ ut moueat, præuiam requirit cognitionem, & appetitionem, vt vis progressiva animæ mixta dicitur, quæ ut moueat, partim requirit præuiam cognitionem, & appetitionem ut vis respiratiua, qua respiratio communiter, sine præuia cognitione, & appetitione fit, sed pro arbitrio a nobis uariari non potest sine præuia cognitione, & appetitione. Nec tamen potentia hæc loco motiua mixta in nobis tantum: sed in aliis etiã animalibus reperitur. Hæc verò est inter potentiam cognoscitiuam sensitiuam, appetitiuam sensitiuam, & loco motiuam eas consequentem, seu animalem connexio, ut cognoscitiua per modum intelligentis, appetitiua per modum applicantis, loco motiua animalis, quæ dicitur etiam arbitraria, uoluntaria spontanea, per modum exequentis, ad motum concurrat. Hæc de anima sensitiuæ. Iam ipsa nos ordinis ratio ad animam rationalem inuitat.



ANIMA RATIONALIS.

Cap. XX.



506



ANIMA rationalis, seu quæ est principium primum rationis, animarum omnium nobilissima, non solum secundum veritatem, fidem-

que catholicam: sed etiam secundum Aristotel. pluribus locis testatam, a perquamque sententiam esse immortalis; & vera forma informans; ita, ut cum humano corpore verum compositum substantiale, vnumque per se constet; non autem tantum assistens, ut non minus inepte, quam impiè dixerunt; qui cogitativam, hoc est animam quandam materialem, & corruptibilem sensitivam, cuius proprium sit, tum substantiam singularem; non secus ac sensus accidentia singularia, cognoscere, tum dividere, componere, & circa singularia ratiocinari, fingentes, per illam, tanquam per propriam formam informantem, hominem in ratione hominis consistit; & cum illa deinde intellectum, seu animam rationalem tanquam formam tantum assistentem, perinde, ac navam naui, aut motorem mobilem, ut per species intelligibiles exphantasmatis acceptas cum ipsa operetur, & universalia intelligat, vniuersi asseruerunt: nec tempore præcedit corpus, cuius esse forma informans; sed in illo, cum primum fatis disposita est, a Deo de nouo proprie ac præse creatur, hoc est in suo

esse simpliciter sic dicto, seu substantiali independens a subiecto producitur, & eum eodem vnitur, non per vnionem vllam ab extremis distinctam a parte rei; sed distinctam tantum formaliter, seu virtualiter, iuxta alibi dicta de vnione: non tamen ita, ut vna, eademque numero anima rationalis in omnibus, aut pluribus hominibus sit, ut quidam senserunt; nec ita, ut in singulis hominibus duæ sint animæ rationales, altera bonorum operum, altera malorum principium, ut alii delirarunt: sed ita, ut in omnibus quidem hominibus sit vna specie, in singulis verò vna numero ad humanorum indiuiduorum multiplicariem indiuidualiter multiplicata; cux tota in toto corpore, quod informat, & tota in qualibet eius parte, non per accidens; sed per se, ac natura sua; præinde verè spiritualis, & ad modum aliarum substantiarum spiritualium realiter indiuidibilis sit: quod non esset si idcirco tantum indiuidibilis esse diceretur, quia eius partes tametsi non virtuales tantum, sed totales essent, a se tamen inuicem essentialiter dependerent, eo modo, quo quidam rerum quarundam creaturarum essentialia a se inuicem dependentiam admittunt: rectè necne dicam libro tertio, ubi de distinctionibus.

Hic subijciam, quod alibi quoque locum habere potest, par inscitia, atque impietatis specimen eos edere, qui de anima rationali, a hæuè re quapiam ad philosophiam spectante differentes, hoc, aut illud secundum fidem Catholicam,

quidem, aut Theologiam verum, secundum philosophiam autem falsum esse, non dubitantes affirmare.

507 Sed ad animam rationalem revertamur, cuius potentia alia ad praestantissimas quasdam operationes, aliquae ad minus praestantes ordinantur. Illae communiter, & rectè tres numerantur. Intellectus, Memoria, & Voluntas; quas tum inter se, tum ab anima formaliter, seu virtualiter tantum distingui patet ex dictis supra de potentis animae in uniuersum. Intellectus duplex ab Arist. 3 de Anima primis viginti textibus, aliiq; Philosophis passim distinguitur a genis, & patiens, seu passibilis. Per intellectum tamen agentem, non intelligitur ab Aristotele Deus, aut alia intelligentia, seu substantia abstracta realiter distincta ab anima rationali; sed intelligitur idem realiter, quod per intellectum patientem, seu possibilem, hoc est anima ipsa rationalis; quae sicut quatenus potest in se recipere intellectum, aut speciem intelligibilem, de qua infra, dicitur intellectus passivus, seu possibilis, id est in potentia passiva ad id, quod potest recipere; & quatenus recipit, patiens: ita quatenus potest actuè producere eandem intellectum, aut speciem intelligibilem, dicitur intellectus actiuus, & quatenus producit, agens. ut merito idem Aristot. 3. de Anima curis textibus doceat utrumque hunc intellectum separabilem, immidum, impassibilem, vno verbo immortalem esse: nec aliam praeterea quae sit animae intellectivae immortalitatem: & text. 17. eosdem intellectus, animae differentias appellat. easque necesse esse docere animae inesse. Quare nulla est horum intellectuum inter se, aut ab anima rationali distinctio, nisi formalis, seu virtualis. Nec verum est, quod aliqui contendant, solum intellectum patientem intelligere; agentem verò nihil intelligere, sed tantum species intelligibiles producere. Si enim realiter sumantur, uterque intelligit. Si formaliter, neuter sine altero intelligit adaequatè, sed tantum in aequa; quatenus vnus producit, alter recipit intellectum: at quatenus vnus producit, alter recipit speciem intelligibilem distinctam ab intellectu, neuter illo modo propriè intelligit. Neque cum intellectus agens ab eodem Aristotele eodem libro text. 10. dicitur substantia existens actu, graecè τὸ ὄν τὸ ἐν αὐτῷ ὄντι, aliud significatur, quam spiritus ve-

agens est, substantia id est essentia, seu natura sua esse quid actu, non autem potentia, ut est intellectus patiens, quatenus talis. neque si legatur, ut alie enim substantia existens actu, graecè τὸ ὄν τὸ ἐν αὐτῷ ὄντι, sensus erit alius, quam eundem ipsum intellectum agentem sumptum reduplicatè, ut agens est esse actionem / intelligens actuè sumptus, ut interdum sumitur, iuxta supra dicta vbi de actione) abstractendo ab eo, quod sit intellectus, vel productio speciei intelligibilis.

508 Intellectus patiens rectè ab eodem Aristotele lib. 3. de Anima text. 8. distinguitur in intellectum potentia, intellectum actu, & intellectum habitu. Intellectus potentia dicitur, quando nihil adhuc in se recipit, sed tantum potest recipere. Intellectus actu, quando in se habet intellectum. Intellectus habitu, quando in se habet species intelligibiles, in quibus consistit ratio habitus intellectiui, ut infra. Aristoteles tamen loco citato etiam intellectum habitu dixit esse potentia, non tamen, inquit, similiter, ut erat, antequam addidisset, aut inueniret. quibus verbis indicat in intellectum habitu esse potentia quidem, sed propinquiore, quam sit intellectus potentia simpliciter sic dictus. Et quomus idem Aristoteles ibidem sumat intellectum actu, pro eo tantum, quod est actu post acquisitum habitum; dubium tamen esse non potest, quin intellectus actu sit etiam ante acquisitum habitum. Praeterea ut rectè docet text. quinto, intellectus patientis, seu possibilis (intellige, ut talis est) nullam esse naturam, nisi hanc, quod possibilis est, modo supra explicato; quae causa est, ut text. deinde 12. eum rationalis comparet, in qua nihil actu sit scriptum: ita rectè docet ipsam fieri singula: & text. 19. quendam esse intellectum nempè eundem patientem, seu possibilem, qui fit omnia; quendam verò, nempè agentem, qui facit omnia, quod ita intelligendum est, ut intellectus patiens dicatur fieri omnia, non solum quatenus recipit intellectum, sed etiam quatenus recipit species intelligibiles omnium: contra verò, intellectus agens facere omnia, non solum quatenus esse illud producit species intelligibiles: sed etiam quatenus esse illud producit species intelligibiles: & idcirco sic fieri, hic facere omnia ratione intellectuum, & specierum in-

Intellectus
agens, &
patiens.

Intellectus
potentia
actu, &
habitu.

telligibilem dicatur; quod intellectio-
net, & species intelligibiles sint im-
gines quardam rerum, quarum sunt in-
tellectiones & species intelligibiles; li-
cet diverso modo, nempe intellectio-
nes quidem, imagines, seu species ex-
pressæ, species autem intelligibiles, ima-
gines, seu species impressæ, ut di-
ctum est capite superiori, ubi de mo-
do agendi sensuum interiorum; quas
imagines, quatenus intellectus in se
recipit, fieri, quatenus verò effecti-
uè producit, facere dicatur res, qua-
rum sunt imagines; sed, & fieri, &
facere dicatur huiusmodi res, non rea-
liter, seu in seipsis, sed representati-
uè, seu in sua imagine. quo eodem sen-
su accipiendum est illud in eodem r. 19.

Idem autem est secundum actum
scientia cum re ipsa: & illud in text.
36. omnino autem intellectus, qui se-
cundum actum intelligit res, ipse est
(si quidem ita legatur: ex graeco enim
legendum, omnino autem Intellec-
tus est, qui actu res intelligens) &
illud in text. 37. anima quodammodo
est omnia: & in eodem textu 37. est
autem scientia quidem sensibilia quodam-
modo, sensus autem sensibilia; & il-
lud in text. 38. & Intellectus forma
formatum, & sensus forma sensibillum:
& denique illud in text. 6. & bene vtrique
qui dicunt animam esse locum formati.

509 Alio modo Intellectus abstractio
ab agente, & patiente, rectè ab eodè Ar.
de Anima tex. 49. distinguitur in specu-
lativum, & practicum, illis verbis: Intel-
lectus autem qui propter aliquid ratio-
cinatur, & qui alius est, differt autem a
speculativo, sine.

Breviter speculativus dicitur, quatenus
est principium speculationis; practicus,
quatenus est principium praxis. quomo-
do autem speculatio, & praxis differant
lib. 1. ubi de scientia speculativa, & pra-
ctica diximus. Distingui etiam potest In-
tellectus in ordine ad suas operationes,
hoc est apprehensionem, iudicium prædi-
cativum, & iudicium illativum, de quib.
satis libro primo egimus; ita ut alius dica-
tur apprehensivus, alius iudicativus; &
rursus iudicativus alius prædicativus, alius
illativus. Immo tam multipliciter di-
stingui potest, quam multa sunt objecta

intelligibilia formaliter inter se distincta;
ita, ut intellectus adæquate quidem sum-
ptus unus sit, inadæquate autem sumptus,
tam multiplex sit, quam multa sunt ob-
iecta intelligibilia formaliter inter se dis-
tincta. quod idem dicendum proportio-
naliter est de memoria, de voluntate, de
sensu, de potentia materiæ, aliisque pluri-
mis potentiis. Nulla tamen harum di-
stinctionum secundum id, quod dicitur
intellectu, maior est, quam formalis, seu
virtualis. Atque intellectus, ut intellectus
seu principium intellectivum est, obiecti
formale adæquatam rectè dicitur effici-
telligibile, seu terminativum intellectio-
nis, ut tale est, seu quod idem est, verum,
ut verum veritate transcendentali sum-
ptum suppositione absoluta, ut comple-
ctitur non solum verum simpliciter sic di-
ctum, seu verè verum, sed et ærum secun-
dam quid, hoc est fictè, seu apparenter, &
obiectivè tantum verum: quia unus intel-
lectus noster non possit naturaliter suis vi-
ribus omne verum attingere.

510 Intellectio autem, quæ ut effecti-
uè ab intellectu producitur est actio, ut su-
biectivè in eodem recipitur est passio, ut
qualitas quædam est seipsa formaliter re-
presentativa rei, quæ intelligitur, & conse-
quenter imago quædam virtualis illius, ut
dictum est cap. superiori, ubi dephantasi-
matis, d f, & species intelligibilibus expressa
seu verbum mentis, quo nomine distin-
guitur a specie expressa, quæ non est intel-
lectio, sed sensatio.

Ac licet rectè species hæc expressa, seu ver-
bum mentis dicatur terminus intrinsecus
intellectionis sumendo intellectionem, ut
actio est, non distinguitur tamen hic terminus
a parte rei, sed formaliter, seu virtualiter
tamen ab intellectione, ut actio est, inter di-
cta aibi de actione. nec ipse ab intellectu
eò producente directè cognoscitur; sed est
tamen medium, seu ratio cognoscendi re-
persum representatum, & rectè tamen per aliam
cognitionem realiter ab ipsa distinctam co-
gnosci potest. Nullo autem modo concedendum est
omne nostram intellectionem ad accidentia,
aut ad sensibilia, aut ad universalia res-
tringi. Etenim, & accidentia, & substantiæ
& sensibilia, seu corporalia, & insensibilia
seu spūalia, aliæque purè intelligibilia, & sin-
gularia, & universalia potest intellectus nos-
ter cognoscere; non tamen eodè modo, sed

6
Intelle-
ctus ob-
iectum.

7
Intelle-
ctus spe-
ciatum.

9
Intelle-
ctus spe-
culativus
& practi-
cus.

ita, ut accidentia quidem ſingularia ſenſu externo, aut interno agente cum externo ſine phantaſmatis interuentu ſenſibilia cognofcat intuitiue; accidentia autem ſingularia ſenſu tantum interno phantaſmatis vrente ſenſibilia, & ſubſtantias, & ſpiritualia, aliaque pure intelligibilia, & vniuerſalia, ſive a rebus ſpiritualibus, ſive a corporalibus abſtracta non niſi abſtractiue intelligat.

Quomodo autem intuitiua, & abſtractiua cognitio differant capite ſuperiori explicatum eſt. Neque vero, vt ſubſtantias ſeparabiles, ſeu ſpirituales eo modo, quo a nobis intelligi poſſunt, & quoad illa predicata, quæ a nobis intelligi poſſunt (neque enim quoad omnia pro buius vite ſtatu intelligi a nobis poſſunt) intelligantur, vlla requiritur, aut intercedere poſſet realis vniio intellectus agentis cum patiente, aut vi cogitatrice ſupra exploſa, quæ perfectiſſime fiat per ſuſceptionem omnium ſpecierum intelligibilium, quibus eum ſimul intellectus agens perfectiſſime in patiente recipiatur, & cum eodem vniatur, atque ita conſtituatur ille, qui a quibusdam appellatur intellectus adeptus, & merum ſigmentum eſt.

Neque quod Ariſtoteles ſecundo de Anima text. octavo. docet intellectum, cum factus eſt ſingula. tunc, & ſeipſum intelligere poſſe, ita accipiendum eſt, vt alia omnia intelligere debeat, antequam vilo modo ſeipſum intelligat: ſed ita, ut tunc perfectus ſe intelligere ſeipſum poſſit, cum alia multa intellexerit, & ex ſuis operationibus naturam, eſſentiamque ſuam melius ratiocinando detexerit. Se ipſam tamen etiam, vt alia, quæ ſupra diximus abſtractiue tantum potentia intellectiua, ſeu anima per potentiam intellectiuam in hac vita intelligit.

§ 11. Præter interſectiones, dari ſpecies intelligibiles impreſſas realiter ab illis diſtinctas, hæc iam ſuppoſuimus, nunc aſſerimus: nec probabilem eorum exiſtentiæ opinionem, qui adhuc, vt intellectus res, quas aliquando præſentes intuitiue cognouit, etiam quando abſunt, cognofcere poſſit, ſufficere aiunt, quod eas aliquando co-

gnouerit, etiam ſi nullæ ipſarum ſpecies ab intellectibus diſtinctæ, intellectibus ipſis deſinentibus, in eo relinquuntur; quamquam hæc ſpecies ad alia etiam, quàm ad ea, quæ intellectus aliquando intuitiue cognouit, tunc quoque, quando abſunt, cognofcendæ, ſunt neceſſariæ.

Mitto hic quomodo habeant rationes imaginis, & dicantur ſpecies impreſſæ, quod vtrunque ſupra, ubi de phantaſmatis, explicatum eſt. Alia de illis, per obſcura, & perabſtruſa explicanda ſe offerunt.

Primum autem ſtatuendum eſt in duplici eas eſſe genere, alias incomplexas, ſeu ſimplices, hoc eſt reſpreſentatiuas terminorum incomplexorum, non tamen quorumcumque, ſed eorum tantum, quorum connexio non eſt immediata, ſeu non patet ex terminis, ut in principis per ſe notis; ſed eſt mediata, ſeu indiget, ut a nobis cognofcatur, aliquo medio, ut in aliis omnibus propoſitionibus non per ſe notis. Sed difficultas eſt quomodo producantur.

§ 12. Species igitur complexæ (vt ab his, in quibus res facilius videtur, ordiantur) quæ non quia ſint in ſua entitate realiter compoſitæ, ſed ob rationem allatam complexæ dicuntur, producantur mediata ab anima, immediate ab actu intellectiois, quæ ex præmiſſis inferitur concluſio, ſeu ab actu illationis, & quidem, ut ab agente principali: licet ſub alia ratione dici etiam poſſit, vt ab agente instrumentali qui actus, vt eſt ipſa ſpecies expreſſa in actu ſecundo evidens, vel non evidens concluſionis obiectiue, circa quam verſatur, hoc eſt connexionis, vel non connexionis ſubiecti cum practico ob connexionem, vel non connexionem eorum cum medio; ita relinquit poſt ſe in eodem intellectu ſpeciem impreſſam in actu primo euidenter, vel non euidenter, hoc eſt reſpreſentatiuam modo ſupra explicato euidenter, vel non euidenter euſdem concluſionis obiectiue: per quam ſpeciem poſſet deinde intellectus facile olicere alios actus circa eandem concluſionem ſimiles illis, per quem huiusmodi ſpecies producta eſt, hoc eſt euidens, ſi ille ſuit evidens,

Species
intelligi-
les in-
grife.

§ 12
§ 13

vel non evidentes, sed probabiles tantum, si ille non fuit evidens, sed probabilis tantum, &cet. cum antequam haberet huiusmodi speciem ferè non uisi difficilem posset elicere primam actum circa eandem conclusionem, quia nihil habebat, quod ei statim repræsenteret connexionem, vel non connexionem extremorum cum medio, & consequenter inter se; sed tantum quod ei repræsenteret vnuquodque extremum secundum se absque cognitione connexionis, aut non connexionis ipsorum inter se: quæ cum obicure sit, non nisi per medium multo ferè studio, ac labore querendum, & inueniendum cognosci potest.

Dixi ferè, quia inter conclusiones certam non per se notas quædam sunt, quæ medium a seo cuique, præsertim paulo ingeniosiori, obuium habent, ut sine difficultate occurrat. Sed, ubi est difficultas, species complexa, quæ post primum actum illationis producit, eam penitus tollit. Atque in huiusmodi speciebus complexis consistunt formaliter habitus intellectiui discursiui; habitus quidem scientiæ in speciebus complexis repræsentiatis conclusionis obiectiui euidenter, habitus uerò opinionis in speciebus complexis repræsentiatis conclusionis obiectiui probabiliter, &c.

§ 13 Species uerò incomplexæ producuntur item mediâ ab anima, immediatè ab actu intellectiui incomplexæ, seu apprehensionis, & quidem ita, ut ad quemlibet huiusmodi actum consequatur semper in intellectu species incomplexæ repræsentiatis obiecti incomplexi, ut per huiusmodi actum cogniti, non item semper, consequatur alia repræsentiatis obiecti incomplexi secundum se, sed tunc tantum, quod nec huiusmodi obiectum secundum se potest per phantasma repræsentiari, nec in intellectu adest alia species incomplexæ eiusdem obiecti secundum se repræsentiatis. Sed cum intellectiui incomplexarum, seu apprehensionum alia sint intuitiua, quas intellectus una cum sensibus externis, & comuni, aut etiam assistentiua circa obiecta sensibilia præsentia uersans elicit:

aliter abstractiue, quas idem intellectus elicit circa obiecta absentia: ad intuitiua nunquam species prædictæ sunt necessariæ, ad abstractiua uerò aliquando non sunt necessariæ, aliquando sunt. intellectiui enim incomplexarum abstractiuarum alia sunt, quas intellectus elicit circa obiecta sensibilia in phantasmatis repræsentiata, siue singularia, ut circa hæc album, vel hoc ungram sumpta eodem modo, quo in phantasmatis repræsentiatur, siue uniuersalia, ut circa rationem alii, vel ueri, abstrahendo a rationibus indiuidualibus, quibuscomin phantasmatis repræsentiatur, & ad has non sunt necessariæ species prædictæ, sed sufficienti ipsa phantasmata, circa quæ, vel adæquatè, vel inadæquatè sumpta, ut circa obiecta uersantur: alia autem sunt, quas intellectus elicit circa obiecta purè intelligibilia, siue singularia, siue uniuersalia, quæ secundum se nullo modo in phantasmatis repræsentiatur; sed ex sensibilibus, uel præsentibus in se, uel in phantasmate repræsentiatis ab intellectu deducuntur, ut spiritualia, ratio substantiæ, ut distinctè ab accidentibus, uel accidentis, ut distinctè a substantia, ratio causæ, uel effectus, & huiusmodi; & ad has sunt necessariæ prædictæ species.

414 Sed per arduum hæc ad explicandum uidetur, tum quomodo uniuersalia sensibilia in phantasmatis ab intellectu percipiuntur sine rationibus indiuidualibus: tum quomodo ex sensibilibus deducuntur purè intelligibilia: tum quomodo sunt species incomplexæ, quæ ad prædictas intellectiui incomplexæ abstractiua circa huiusmodi purè intelligibilia eliciendas sunt necessariæ.

Dicendum tamen uidetur uniuersalia, quæ sunt in rebus sensibilibus, uerbi gratia, rationem coloris, rationem albedinis, &cet. Simul cum rationibus indiuidualibus, vel in ipsis obiectis sensibilibus singularibus in se præsentibus, uel in eorum phantasmatis, tum a sensu, tum ab intellectu percipi: sed ut secundum se præcisè, ut tales nature sunt abstrahendo ab omni singularitate, quod intellectus proprium est,

TO
Fainter/ni
1100 11 001
2000 1000
1111111111
1100 11 001
1111111111

cognoscantur, debere intellectum a uoluntate applicari, & determinari ad huiusmodi naturas secundum se precisè considerandas, non considerata earum singularitate: purè uerò intelligibilia, nempe spiritualia, & alia, quæ, uel sunt corporalia quidem, non tamen secundum suas proprias, formalesque rationes, siue in uniuersali, siue in singulari sumptas, sensibilia, sed tantum intelligibilia: uerbi gratia, substantia corporea, ut distincta à suis accidentibus, accidens corporeum, ut distinctum a sua substantia, &c. uel abstrahunt a spiritualibus, & corporalibus, ut ratio substantiæ, ratio accidentis, ratio causæ, ratio effectus, &c. sumpta, ut abstrahunt, debere ex corporalibus per illationem deduci: atque ad spiritualia, in quibus præcipua uidentur esse difficultas, intellectum paulatim sic ascendere, ut ex certis effectibus corporeis inferat causas: deinde intelligat huiusmodi causas non posse esse res corporeas; atque ita remoueat ab illis rationem corporeæ, seu entis, formaliter extensæ, & diuisibilitatis: cognoscat naturam huiusmodi rerum non consistere in remotione, seu negatione corporeæ, licet per illam, tanquam per aliquid necessariò consequens, explicetur; sed in illo positiuo, ad quod huiusmodi remotione, seu negatio consequitur: denique hoc positiuum in eo situm esse intelligat, ut sit totum in toto, & totum in qualibet parte, seu omnimodam habeat uarietatem omnium partium virtualium identitatem: qui est conceptus positiuus, quem nos in hac uita naturaliter de rebus spiritualibus, ut spirituales sunt, formare possumus: quo differunt alij omnes conceptus, tum rerum corporearum, siue formaliter, & reduplicatiue, siue materialiter, & specificatiue sumantur; tum etiam spiritualium, si materialiter, & specificatiue, non autem formaliter, & reduplicatiue sumantur, ut est ratio entis ex se; tum denique abstrahentium a corporeis, & spiritualibus, ut est ratio entis utriusque communis.

Denique species incomplexas, quas necessarias esse diximus ad intellectiones incomplexas circa purè intelligibilia prædicta, effectiue produci mediata ab anima, immediate ab intellectibus in complexis, seu apprehensionibus prædi-

ctis, ad eum proportionaliter modum, quo ens rationis dicitur fieri, licet sic ab ipsa cognitione, qua cognoscitur, ut extremo libro tertio, dicitur: ita, ut in genere causæ efficientis, prior natura sit intellectio prædicta: in genere uero causæ finalis, prior natura sit species; nunquam tamen nec in tempore, nec in instanti temporis detur illa, quin detur hæc, ut eius effectus, & obiectum simul; licet hæc secundum se, illa definere, permaneat, ut alijs similibus intellectionibus facile iam eliciendis inferuiat.

317 Ex his colligas primò, phantasmata ad productionem specierum intelligibilium interdum nullo modo concurrere, quando scilicet prædicta species producuntur per intellectiones abstractiwas supradictas, non concurrere tamen effectiue, sed partim dispositiue, ac materialiter, quatenus supponuntur ad intellectiones abstractiwas supradictas, partim obiectiue, quatenus obiciuntur intellectui, dum uel rationes quædam uniuersales rerum sensibilibus in ipsis phantasmatis representatas a rationibus indiuidualibus abstrahit, uel alias purè intelligibiles ex illis, quæ in phantasmatis cognoscit, deducit, ut supra dictum est: atque his ipsis modis interdum concurrere proximè interdum remotè tantum, ut infra. Secundo quomodo intelligendum sit illud Aristot. in 3. de Anima tex. 30. nunquam sine phantasmate intelligit animas; & illud in eodem libro. tex. 32. formas igitur intellectiui in phantasmatis intelligit; & denique illud in eodem lib. tex. 39. in formis sensibilibus intelligibilia sunt, & quæ in abstractione dicuntur, & quæcunque sensibilem habitus & passiones sunt. Et ob hoc, qui non sentit aliquid, nihil neque addiscet, neque intelliget, & cum speculetur, necesse est simul phantasma aliquod speculari; phantasmata autem uelut sensibilia sunt, præterquam quod sunt sine materia.

Non enim hæc ita accipienda sunt, ut Aristotel. uelit intellectum nostrum nihil unquam intelligere, nisi cooperante phantasma, seu sensu interno utente phantasmatis, (quamuis in intellectibus abstractiuis id ferè fiat) & intelligendo id, quod intelligit, in phantasmate, ut in obiecto: sed ita, ut quando intellectus in pura potentia de

Phantasma à ad specier. Intellectus & Intellectio produndas concurfus.

bet a liq̄uid de nouo intelligere, nec habet sensibilia in se ipsis presentia, necessario habere debeat representata in phantasmatis, vt uel in ipsis intelligat, uel ex ipsis deducat modo supra explicato.

Tertio cur species intelligibiles imperfecte nobis res pure intelligibiles representantur enim est, quia ex rebus sensibilibus, uel in se presentibus, uel in phantasmate representatis, non quidem, ut ex materia, sed et ex obiecto proximo, aut remoto ab intellectu quodammodo educuntur sen quod idem est, ad presentiam rerum sensibilibus, uel in seipsis, uel in phantasmatis proxime, aut remote ab intellectu producuntur: res autem sensibiles non nisi imperfecte in cognitionem rerum pure intelligibilium ducere nos possunt.

Dixi proximo, aut remote, quia quedam species intelligibiles producuntur ad presentiam rerum sensibilibus, uel in seipsis, uel in phantasmatis, immediate, & proprie: alie, mediate, & remote, quatenus producuntur ad presentiam aliarum specierum intelligibilium, a rebus tamen sensibilibus modo explicato acceptarum. Quarto cur eadem species intelligibiles a quibusdam dicantur aliena, non autem propriae rerum, quarum sunt species: ratio enim est, quia ex rebus sensibilibus accipiuntur modo explicato. Quinto intellectum agentem non alia ratione dici efficere obiectum intelligibile actum, nisi quatenus producit, ut dictum est species intelligibiles. Quod uero dici solet eiusdem intellectus munus præterea esse illustrare phantasmata, non ita intelligendum esse, ut intellectus agens aliquid lucis phantasmatis impertiat, aut ob ipsam eum phantasmata coniunctionem, ea elueat, ut ad species intelligibiles effectiue producendas concurrere possint: sed ita ut uel in ipsis, uel ex ipsis intelligat, modo supra explicato: & melius dici intellectum ad presentiam phantasmatum, non quidem tempore, sed aliquando intelligere, & producere species intelligibiles, ut dictum est, quam illustrare phantasmata. Sexto et in collectiones, quando ab eodem intellectu, qui eas produxit reflexe cognoscitur abstractiue per speciem intelligibilem, non autem intuitiue cognoscit. Atque hic reiciendum illud est, quod aliqui uidentur uelle resolutionem intellectus ad suam aliquam operationem fieri per quandam intellectus ip-

sius secundum suam substantiam super se ipsum, seu in seipsum replicationem, quaproinde sensui conuenire negant: nihil enim tale facit intellectus, cum reflexe cognoscit, sed cognitionem tantum elicit habentem pro obiecto aliam suam cognitionem, non quidem in seipsa, sed in specie intelligibili representata, atque ita cognoscit se cognoscere, aut cognouisse, aut cogniturum esse, aut posse cognoscere, quæ operandi modum imitatur et, licet imperfecte, sensus interior, cum cognoscit aliquid a se ante cognitum fuisse, quod sine confusa aliqua cognitionis suæ præteritione cognitione fieri non potest.

116 Sed, ut, quæ reliqua sunt de speciebus intelligibilibus, ab soluiamus, de earum ad actus intellectiōnis eōcursu distinguendū est: species n. complexæ ad eos concurrunt obiectiui, tum et effectiui, ita, ut sub diuersa rōne dici possint tenere se, tum ex parte obiecti, quatenus. s. uicē obiecti gerunt, tum ex parte potentie, in qua sunt, quatenus eā intrinsecē determināt, & iuuant, ad obiectū in ipsis representatū faciēti, ut supra dictū est intelligendū: spēs autē incomplexæ ad eas quidē intellectiōnes, per quas efficiuntur non nisi finaliter, & obiectiue eōcurrunt: ad alias autē illis, per quas effectiue sunt, similes facilius deinde producendas, non solum obiectiue, sed et effectiue proportionaliter, ut de speciebus complexis dictū est, concurrere uidentur. Ac spēs quidē incomplexæ et si rerū contrariarū sint, non sunt inter se contrariæ, nec quiddā hinc a quo corrumpatur species aut complexæ in quibus. rationem habitus intellectiui discursum consistere diximus, eam tamen proportionaliter dicendæ sunt hinc inter se contrarietate, quam habent ad actus, ad quos inclinant, seu possunt concurrere: contrarij igitur, & impossibiles erunt habitus scientiæ, & erroris, uel opinionis falsæ, uel etiam suspicionis, uel dubitationis circa idem: habitus autem scientiæ, & opinionis ueræ circa idem, nullam habent contrarietatem: consequenter tam ipsi, quam ipsorum actus simul esse possunt, modo tamen opinio uerisumatur præcise, ut opinio ueræ, seu assensus ex ratione probabili, uel auctoritate alieius (quamq̄, quæ est ex autoritate proprie dicti) circa propositionē uerā, non aut pro formis sine intellectuali, hoc est suspicionis, quæ opinio, & fidē huma-

13
Species
intelligi
bilium.
imperfecte.

12
Species
intelligi
bilium
simples.

14
Species
intelligi
bilium.

15
Species
intelligi
bilium ad
intellectum
non con
uersus.

nam etiam circa propositionem veram sic consequitur, ne altera pars vera sitis sapere inquam, non semper; aliquando enim etiam opinio, & fides humana (de diuina enim hic non loquimur) omnino ab intellectu excludit firmidinem, seu suspensionem partis oppositæ, licet falsum illi subesse absolute non respiciat.

Alia, quæ de speciebus intelligibilibus hic pluribus explicanda non ducimus, ex didis hoc, & superiore capite, ubi de philosophariis, quæ vero de istis, ut habitus intellectuales sunt, addi possent, ex libro primo, ubi de scientia, intelligitur.

117 De habitibus tantum intellectus, quos Aristot. 6. Ethic. cap. 3. enumerat, & de ingenio, iudicioque adiungendum hic aliquid est.

Ac primum, quod ad habitus illos pertinet, qui sunt intellectus, sapientia, scientia, prudentia, & ars, pro certo habendum est, non omnes ibi habitus intellectuales ab Aristotele enumerari, sed eos tantum, quibus anima affirmando, aut negando, verum dicit, ut ibidem Aristotel. loquitur, & quibus proinde virtutis intellectualis nomen merito comenit; neque hos tamen omnes, sed præcipuos tantum, qui ad alios potiores habitus intellectuales sua natura non ordinantur.

Intellectus dicitur ibi habitus principiorum, & quidem speculatiuorum, quo propositiones speculatiuas immediatas, seu per se notas cognoscimus: & aliquando sumitur pro potentia ipsa intellectiua, quatenus naturaliter apta est cognoscere huiusmodi proprietates: aliquando vero sumitur pro speciebus intelligibilibus simpliciter potentia intellectiua superadditis; quibus ita representari possumt termini incomplexi prædicarum propositionum; ut illis cognitius, siue vilo medio eorumdem etiam inter se connexio cognoscatur.

Sapientia multipliciter, sed quattuor præcipue modis sumitur: interdum pro humanarum, diuinarumque rerum scientia, quomodo aggregatum est omnium scientiarum, sumpta scilicet particula (humanarum) pro (creatarum); interdum pro scientia per altissimas causas, cuiusmodi est præcipue Metaphysica: interdum pro scientia rerum præ-

stantissimarum, siue sit per altissimas causas, siue non, cuiusmodi item est, præcipue Metaphysica: interdum pro aggregato ex intellectu, seu habitu principiorum, & scientia rerum præstantissimarum, hoc est ex principijs per se notis, & conclusionibus circa res præstantissimas, quæ item acceptio præcipue Metaphysicæ cum suis principijs acceptæ conuenit. Et sic sapientiam sumit Aristotel. libro citato cap. septimo. Scientia eodem libro cap. tertio citato sumitur ab Aristotele pro sola speculatiua, de qua alibi diximus.

Prudentia ibidem cap. 5. definitur habitus cum vera ratione actiuus, & breuius, recta ratio agibilium, de qua plura hic dicenda non sunt. Ars ibidem cap. quarto definitur habitus cum vera ratione factiuus; & breuius, recta ratio factibilium, de qua satis alibi diximus. In ea igitur enumeratione Aristotel. habitum principiorum factiuorum, & scientias factiuas, seu artes doctes reducit ad artem viuentem, ad quam ordinantur, & quam solum ipse ibi definit: habitum vero principiorum actiuorum, & scientias actiuas, ad prudentiam, ad quam item ordinantur. Logica denique præcipue ad sapientiam, & scientiam, tum etiam ad scientias actiuas, & factiuas, & medijs illis ad prudentiam, & artem.

118 Quod ad ingenium iudiciumque spectat, quod alterum ex duobus supra propositis est, multorum ingenia, iudiciaque non mediocriter quæstio illa exercet, an ingenij, iudicij maior, minorue præstantia ex sola corporis dispositione, an ex anima, an ex utraque dependeat. In qua difficultate illud primo loco ponendum, si ingenium, aut iudicium sumatur pro eo quod dicunt ex parte anime, quoad suum esse non pendere a corpore, sed a Deo cum anima ipsa, qua cum identificentur creati: si vero sumantur pro operationibus ipsis ab ingenio, iudicioque pendentibus, dubium esse non posse, quin melior, deteriorue corporis dispositio ad maiorem, minoremue illarum præstantiam conferat, sic Aristot. secundo de Anima text. 94. ex tactu, quem homo animalium omnium exquisitissimum habet, inferat hominem anima-

17
ingenij
iudicij
quatuor
modis
præ
stantia

lum omnium prudentissimum esse: tum addit, omnium autem, & in genere hominum sed in sensorium hoc ingeniosos esse, & non ingeniosos: secundum autem aliud nullum duri enim carne inepti mente, molles autem carne bene apti, quæ ita intelligenda sunt, ut non quælibet carnis mollities ingenij excellentiam arguat, sed ea tantum, quæ ad naturalem, & optimam corporis temperationem consequitur: atque hæc propterea id arguit, quod in optimè temperato corpore, optimi, tenuissimi que spiritus ad corporales omnes functiones, siue remotæ, siue proximè potentie intellectiue inseruientes, quam expeditissime, ac perfectissimè obundas necessarii generantur. Hanc autem optimam corporis temperationem videtur Aristotel. scilicet. 30. probl. 1. velle illi esse, in qua melancholia dominatur, dum causam conatur reddere, cur omnes, qui aliqua vnquam in re ingenio claruerunt, melancholici fuerint. Verum Arist. non de melancholia, seu atra bili frigida, & sicca fecit dum se sumpta, quæ homines pigros, & hebetes reddit: sed de ea, quæ haurit bilis, sanguinis, & spirituum calore adusta, calida, & sicca est, & ad omnium motuum promptitudinem, ac celeritatem magnopere confortat, vno ab ipso Arist. comparata, intelligi debet. Quod si quæras, an ipsæ animæ rationales, licet omnes eiusdem speciei atomæ sint, in diuiduam tamen, ita inter se differant, ut alia secundum se abstracto a corpore perfectior, atque adeo ingenio, iudicioque præstantior; alia imperfectior, minusque præstans sit: respondetur difficile omnino esse id iudicare, multa tamen esse quæ partem affirmantem probabilem faciunt.

Ad intellectum pertinent etiam admiratio, & alia quædam, quæ uberem philosophandi materiam præbere possunt. Sed de intellectu satis hic iam dictum de memoria intellectiua, & uoluntate aliquid dicendum est.

519 Memoria intellectiua nihil aliud est, quam ipse intellectus, ut recordatur rerum a se intellectarum, seu, ut intelligit res a se ante intellectas: & eodem modo diuidi potest in memoriam potentiam, memoriam actum, & memoriam habitum, ut intellectum diuidi supra diximus. Eius a reminiscencia discernitur, & si quid aliud de illa querendum superest, ex dictis hoc est, & superius capite intelligi satis potest.

520 Voluntas, quæ alio nomine appetitus rationalis ad distinctionem appetitus sensitio, & appetitus naturalis appellatur pro obiecto formali adæquato habet uolubile, hoc est terminatiuum uolitionis, ut tale est, comprehendendo tamen sub uolubile, etiam uolubile, & sub uolitione etiam uolitionem; sicut nomine uoluntatis comprehenditur etiam potentia uolendi, seu, si ita loqui fas sit, uoluntas. At si uoluntatem distinguamus in uolitiuam, & uolitionem: ut uolitiua est, pro obiecto formali adæquato habet uolubile præse sumptum, ut distinguitur a uolitione, seu terminatiuum uolitionis præse sumptum, ut distinguitur a uolitione, quatenus tale est, seu quod idem est, bonum, ut bonum bonitate transcendit tali sumptum suppositione absoluta, ut complectitur non solum bonum uerum, sed et fictum, seu apprens: Ut autem uolitiua est, pro obiecto formali, habet uolubile, seu terminatiuum uolitionis, quatenus tale est, seu quod idem est, malum, ut malum sumptum item suppositione absoluta, ut complectitur non solum malum uerum, sed et fictum, seu apprens. Indifferens autem, ut indifferens, seu abstractans a bono, & malo, nulla ratione potest esse obiectum uoluntatis, siue tamè circa bonum, siue circa malum ueretur uoluntas, semper in suis actibus pendet ab intellectu tanquam proponente obiectum: ut uerissimum illud sit, nihil uolium nisi cognitum: quemadmodum è contrario, intellectus in suis actibus, tamet si non omnibus, pendet a uoluntate, tanquam ab applicante, & determinante ad hoc potius, quam ad aliud intelligendum. Plura de uoluntate hic non addo.

521 Alia, quas supra indicaui, minus principales animæ rationales potest, sunt potentia ridendi, potentia fendi, potentia mouendi localiter corpus certis quibusdam motibus ab intellectu, & uoluntate pendetibus, ut artificiosè saltandi, scribendi, pingendi, complodendi manus, supplodendi pedem, &c.

Ac potentia quidem ridendi pro obiecto formali habet risum, qui est pectoris, oris, & faciei motus a diaphragmate, aliisque musculis factus ex cognitione intellectiua obiecti iucundi, noui, & repentinis, uoluptate, seu gaudio uoluntatis inde consequente, cordis dilatatione, ac spirituum diffusionem ortus.

Præiores autem ad risum sunt sanguinei, & biliiosi, quam melancholici, & pitui-

19
Voluntas20
Alia minus principales animæ rationales potentia.21
Risus.18
Memoria intellectiua.

toſi ob maiorem caloris, & ſpiritus copiam ad prædictum motum efficiendum neceſſariam, & rudis, atque Inexpertus, quã ſapiẽtes, & experti quod plura illis, quam his, noua, & inſolita videantur.

22
Lacryma.

522 Potentia ſendi habet pro obiecto formali ſecum, ſeu lacrymas, quæ nihil aliud ſunt, quam tenuior pituita ex venis capitis, & cerebri deſtuens, quatenus glandulis intus ad oculorum angulos fitis excepta per oculos effunditur, ſed, ut animæ rationalis, vt rationalis effectus dicantur, ortum ducere debent ex cognitione intellectuali obiecti triftis, vel læti, & triftitia, vel lætitia conſequentem in voluntate. atque vt plurimum quidem cauſa lacrymarum in voluntate eſt triftitia, ad quam conſequitur compreſſio miſculorum, quibus lacrymæ exprimentur: interdum autem eſt lætitia, ad quam conſequitur, tum cordis, & arteriarum, tum etiam meatuum, per quos lacrymæ ſiunt, diſtatio ob ſpiritus effuſionem, & conſequenter lacrymarum ipſarum effuſionem: nec triftitia, & lætitia vera, ſiue hæta fit. Aliquædo etiam lacrymæ ſponte ſua ob huſtoris copiam, & meatuum laxitatem excidunt lætitiæ nem autem quandam ab humoris, & ſubtilis terre admixti in concoctione, ſeu imperfecta concoctione habent. Et cum ex gaudio proſiliunt calidiores, cum verò ex dolore, ſeu triftia decidunt tepidiores, aut etiam frigidæ interdum ſentiuntur, non ſolum quia in gaudio magna ſpiritus ex corde copia, quibus lacrymæ caleſcunt, effunditur, in triftitia verò ſpiritus ad cor reuocantur, ſed etiam quia effuſus per gaudij ſpiritus, generatim caleſcunt, iſdem verò per triftitiæ reuocatis, ita tepelcunt, aut etiam frigeſcunt, vt lacrymæ reſpectu generum in gaudio frigidæ, in triftitia caſu rationem habeant. Eadem autem videtur lacrymarum, & ſaliuæ materia, tenuior, ſpituita, quam diximus, ita, ut, quæ per oculos non effunditur, ad os deriuetur, licet ſalſitas, quæ in lacrymis ſentitur, in ſaliua ordinaria non ſentitur, quia, cum ad modum remiſſa fit, humore, in quo eſt, per longiores meatus quaſi colato, aut penitus deperditur, aut maiori pituitæ copiam admixta ſenſibilis eſſe deſinit.

23
Potentia loco moti
a trati
reponendi.

523 Potentia loco motiua in ordine ad motus, quos ſupra dixi, ſicut & ea, quæ ad riſum, & ea, quæ ad lacrymas concurrunt, ætatis animæ rationalis, vt rationalis eſt, tribuitur, quatenus eadem anima rationa-

lis, quæ per intellectum cognofcit aliquid extrinſecum a ſe faciendum, & per uoluntatem mouetur ad illud uolendum, per prædictam potentiam loco motricem, ſeu executive illud idem exequitur: ſicut potentia loco motiua in ordine ad motus a ſenſatione tantum, & affectu ſenſitiuum pendentes, tribuitur animæ ſenſitiuæ, ut ſenſitiua eſt, quatenus eadem anima ſenſitiua, quæ per ſenſus cognofcit aliquid ſibi bonum, vel malum, & per appetitum ſenſitiuum mouetur ad illud proſequendum, vel fugiendum, per potentiam loco motricem, ſeu executive illud idem localiter proſequitur, vel fugit. nec repugnat unam eandemque potentiam loco motiua ſub una ratione ad animam rationalem, ſub alia ad ſenſitiuam pertinere: niſi quis malit dicere potentiam loco motiua ſe conſequi ad peculiarem quendam animæ gradum, ſecundum in quem conſueuat anima loco motiua in animæ diuifione diſtinctæ numeranda, ut numerari uidetur ab Ariſt. 2 de Anima tex. 24.

524 Sed hoc ad modum loquendi pertinet: illud ad rem, quod prædictæ minus principales animæ rationalis potentie organice ſunt, principales autem, de quibus ſupra, inorganice dicuntur autem in uniuerſum potentie organice illæ, quæ, ut exant in actum, indigent organo, inorganice, quæ non indigent. Sed dubitari poſſet, quid hic organum nomine fit intelligendum. Breuiter, organum hic dicitur pars corporis animata non ſolum, quæ proprie inſtrumentaliter ad operationem animæ concurrat, ut muſculi ad motum progreſſiuum, ſed etiam, quæ materialiter, luſcipiendo in ſe qualitatem aliquam, ratione cuius, & obiectum quodammodo coniungatur potentie, quando immediatè coniungi non poſſit (ſiue hoc, quod luſcipitur, fit effectiue ob obiectum, vt lumen in oculo, ſiue ab anima ipſa, vt phantasma in cerebro, ſiue ab utroque, vt interdum compreſſio in tactione durorum, &c.) & potentia, ita determinetur ad eliciendum actum, vt nec illum poſſit non elicere, modo adſint omnia ad illum eliciendum requiſita; nec elicere poſſit alium, quam illum, ad quem ab huiusmodi qualitate vice obiecti determinatur. Hæc de animæ rationalis potentia.

525 De anima ipſa rationali ſeparata ne multa, quæ illi cum Angelis communia ſunt, & attingenda hic non cenſeo, miſcere cogar, illud tantum proponam, quod Ariſt.

24
Potentia organice
& inorganice.

25
Anima ſeparata.


de illa scriptum relinquit 3. de Anima text. 20 ubi, separatus autem (intellectus .f.) est, inquit, solum hoc quod quidem est, & hoc solum immortale est, & perpetuum, quæ sic accipienda sunt, ut Aristot. nomen intellectus separati, non intelligat tantum intellectum agentem, sed etiam partem realiter eum illo, & cum anima intellectiva identificatum, ut diximus, atque ita doceat animam intellectivam, tunc, cum separata est a corpore, esse solum hoc quod est, hoc est esse solum, atque adeo perfecte intellectivam sine ulla a rebus sensibilibus externalis, aut a phantasmatibus, ut ab obiecto dependentia, qua in intelligendo turbetur, & impediatur, vt sepe accidit, dum corpus informat Non explicat tamen Ar. quomodo tunc anima intelligat, an per species hic acquisitas, & conservatas, an per alias quas vel ipsa tunc acquirat, vel a Deo illi pro status illius ratione infusas accipiat sed tantum ait hoc solum immortale esse, & perpetuum. quibus verbis distinguit animam, ut intellectivam a seipsa, ut sensitivam, & docet eam solum, ut intellectivi rationem habet esse immortalem, & perpetuam

non autem, ut sensitivam, sumpto sensitivo pro eo, quod proxime potest sentire, quod anima separata non convenit Quod verò ibidem addit (nos reminiscimur autem, quia hoc quidem impossibile est, passivus vero intellectus corruptibilis est, & sine hoc non intelligit) non ita accipienda est, vt dicat, nos post mortem, sed in hac vita interdum non reminiscimur, quia licet hoc, quod docuit esse immortale, sit impossibile, passivus tamen intellectus, id est phantasia latius sumpta, vt comprehendit etiam memoriam sensitivam (sic enim sumit ibi passivum intellectum,) ratione phantasmatum, est corruptibilis, atque ita interdum corumpitur: memoria autem ea, quæ est intelligibilium (intellige pro huius vitæ statu) non sine phantasmate est, inquit idem Ar. lib. de Memor. & reminisc. cap. 1. Atque hæc de Anima, rebus que physicis dicta sufficiant.



¶

¶



THESIUM PHILOSOPHICARVM LIBER III.



EX METAPHYSICIS.



Um omnis libero digna homine rerum cognitio magni in primis aestimanda, & magnopere expectenda est: tum Metaphysica maximè humanarum præstantissima disciplina merito admiranda, & singulari quodam amore pariter, & honore videtur prosequenda. Etenim si eorum, de quibus agit, amplitudinem, & excellentiam spectes, nullam, aut latius per hanc rerum uniuersitatem excurrentem, aut altius sese, Deoque propius at tollentem inuenies si accuratam, quam sequitur agendi rationem, ac uiam intuearis, nullam in rebus inuestigandis, contemplandisque subtiliorem agnoscas: si eiusdem usum, utilitatemque consideres, nullam acuendis, & perpoliendis ingenijs accommodatiorem, nullam in reliquarum scientiarum principijs constabiliendis, propugnandisque actiorem; nullam ad eam humanæ felicitatis partem, quæ in contemplatione reponitur assequendam, pluribus, aut maioribus abundantem, instructamque præsidijs, ultro fateberis. Mihi quidè ex illa etiam theses aliquot, quæ tamen ea de Deo, deque alijs ab omni materiæ concretionem semotis, seu inæstis que mentibus, quorum tractationem Theologi sibi, recepto iam usu, uindicant, ne quaquam attingat) in medium afferre cogitanti, talis quædam, ac tanta illius species, atque maiestas animo obuersatur; nihil, ut mirari subeat eam ab Aristotele, aliisque passim Philosophis, exquisitissimis in cælum laudum præconijs ferri. Sed ut ab alijs congestas in eâ

laudes præteream, Aristotelis certè in Metaphysicorum librorum proœnio testimonium de multis unum, sed quod instar omnium sit, præterite non debet: qui cum eam solum scientiarum liberam, nec humanâ eius esse possessionem affirmasset: nec aliam, inquit, quam huiuscemodi decet honorabiliorem purare, quæ enim diuinissima, eadem etiam honorabilissima est. Talis uero bifariam duntaxat utique fuerit. Nam, & illa, quam maximè Deus habeat, diuina scientiarum est, & si qua est, quæ diuinorum sit. hæc autem sola utrumque consecuta est: Deus enim tum causa omnibus esse videtur, tum quoddam principium: & talem, aut solus, aut præcipuè Deus habet. Cæteræ itaq; omnes magis ea necessaria (ad vitam scilicet, & alia corporis commoda) sunt: nulla verò melior.



METAPHYSICÆ

natura, ens, eiusque passiones
in communi.

Cap. I.

Metaphy
sica nom;
na nati-
vam indi-
canti.



Vam Latini Philosophi Metaphysicā quā si post, vel trās vel supra naturalem vocatōem nomināt: eam Aristoteles nō nisi multitudine numero

τῶν ἐπὶ τῆς φύσεως, hoc est post, vel trās, vel supra naturalia vt eruditi obseruarūt viri, appellare consuevit. Non ideo tāmen post naturalem eam dici putandum est; quia naturæ, vel dignitatis, sed quia inuentionis, & doctrinæ ordine posterior sit scientia rerum naturalium: trans autē, uel supra naturalem vocari cōstat; quia est de rebus ordine, tum naturæ, tum dignitatis res naturales hoc est a Phisicis tractari solitas excedentibus alijs etiam ab Aristodignitatis plenissimis ornatur nominibus. nunc enim antiquoasticè Philosophia 4. Metaphys. text. 5. 7. 8. & alibi nunc prima Philosophia 4. Metaph. text. 4. 6. Metaph. text. 3. & alibi dicitur quia inter omnes Philosophiæ partes nobilissima est: nunc Theologia 6. Metaphys. text. 6. & 11. Metaphys. sum. 3. c. 1. quia Deum, quæ lumine naturali cognosci potest tanquam principale subiectum considerat: quæ præcipua causa est, cur idem Aristoteles in librorum Metaphysicorum progymio supra citato doceat hanc scientiam non humanam esse possessionē, eamq; Deo solo, aut maximè obtineri: & eadē causa est, cur libri Meta-

physicorum a quibusdam dicantur libri diuinorum: nunc sapientia 1. Metaphys. in progymio, & c. 44. & 11. Metaph. c. 1. & 2. quia primas, & altissimas rerum causas inuestigat, eiq; oēs sapientiz conditiones cōueniunt, ut idē Ar. in progymio prædicto probat: nunc deniq; princeps, & domina ceterarū scientiarū, cui ceteras contradicere nefas sit 1. Post. c. 7. non quia ceteræ scientiæ illi propriè subalternentur, sed quia eius est ceterarum principia. cum opus est confirmare, ac defendere, vt infra.

§ 17 Superuacaneū igitur cui piā fortasse videatur asserere hanc disciplinā, cui tot, tamq; honorificè conueniant appellationes, uerè, ac propriè scientiam speculatiuam esse, ut libro primo, ubi de scientia, ita a seorsū est; sed illud necessariō monēdū vñ cum Ar. 1. Metaph. c. 2. docet solā scientiā Metaphysicā liberā esse, quia illi ipsius gratia est, non ita eius accipiendā esse uerba quasi solam Metaphysicā speculatiuā esse velit: sed ita ut Metaphysicā singulariter quadā ratione liberam, seu sui iuris, & sui gratia esse significet; tū quia non solū cōordinatur natura sua ad opus, qđ illi cū ceteris oibus scientijs speculatiuis eō est: sed nec ulli alij scientiz in suarum rerum probationib; subditur; cum tū ceteræ oēs ipsi, saltem per accidens, interdum subdantur: tum quia corporalium, & materialium rerum cognitio, quæ in alijs scientijs speculatiuis traditur natura sua quasi gradus & aditus est ad cognitionem rerum incorporalium, & immaterialium, quæ traditur in Metaphysica: tum deniq; quia fines scientiarum omnium subduntur fini præ-

cipuo Metaphysicæ, qui est naturalis cognitio summi boni, hoc est Dei; in qua naturam scientiam autem hominis sitam esse plerique consentiunt.

528 Sed ut eiusdem huius disciplinæ, cuius iam genus non solum remotum, sed etiam proximum novimus, differentiam quoque, atque ad definitionem, naturamque totam perfectè cognitam, atque perfectam habeamus, illius subiectum paucis est explicandum. quod adæquate sumptum non est solus Deus, nec substantia abstracta, ut Deum, cæterasque intelligentias comprehendit: nec substantia composita, aut ens prædicabile, ita ut Deus, ceteraque intelligentiæ ad illam pertineant solum, ut principia substantiæ compositæ, aut entis prædicabilis: nec totum esse unius si per modum substantiæ considerati: nec res omnes in uniuerso subsistentes tam materiales, quam spirituales, quatenus per rationes quidditativas, & uniuersales, & per primas, ac supremas causas sunt cognoscibiles: nec solum ens reale, siue sumptum suppositione absoluta completa, hoc est pro omnino ente reali, siue sumptum suppositione absoluta incompleta, hoc est pro omni illo ente reali, quod a materia abstracti ratione, & re, vel determinate, quia. scilicet nullo modo possit esse nisi re, & ratione materia abstractum, ut sunt Deus, & intelligentiæ, vel saltem per indifferentiam, quia scilicet secundum se abstractas ab eo, quod sit, vel non sit in materia, ut sunt ratio entis, ratio substantiæ, &c. sed est ens siue principia alter, & simpliciter sic dictum, i. actu existens, seu præiens, siue minus principaliter, & secundum quid, seu cum addito sic dictum, id est non actu existens, seu præiens sed vel præteritum, vel futurum, vel etiã tantum possibile, tum reale, tum rationis, seu fictum quomodocumque (sub quo comprehenditur etiam ens negatiuum, ut infra, ubi de ente rationis, seu ficto) reale tamen primario, rationis, seu fictum secundario, sumptum suppositione absoluta incompleta proportionaliter, ut dictum est, quatenus est huiusmodi ens, seu quod in idem recidit, quatenus est scibile per principia propria huiusmodi entis. Quare non dantur tres Metaphysicæ totales, quarum una de Deo, altera de intelligentiis, tertia de ente, ut ens est, agat, sed una, cuius prædictæ sunt partes integrales, & definiti potest scientia de ente sumpto, ut dictum est.

529 Ad quam scientiam non pertinet, quod a liquis dicunt, uniuersique scientiæ proprium subiectum præscribere, aut demonstrare illud esse: nec quod alij afferunt, prima principia, tum uniuersalissima, & ipsius propria, ut sunt illa duo, quorum alterum est affirmatiuum, nempe, de quolibet verum est affirmare, vel negare, seu necesse est quodlibet esse, vel non esse, seu quodlibet esse, vel non esse, alterum negatiuum, nempe, impossibile est idem simul esse, & non esse, seu impossibile est de eodem simul idem affirmare, & negare: tum alia minus uniuersalia, & ad alias scientias unam, vel plures spectantia, confirmare, ac defendere illa ostensuè, seu directè demonstrando: sed solum arguendo, & ad impossibile proteruos, qui illa fortè negarent deducendo: quod illa præstat adhibitis, vel expressè, vel tacitè prædictis duobus uniuersalissimis, eidentissimisque principiis. Neque verò ad unum, aut alterum cause genus Metaphysica in suis demonstrationibus alligatur, sed per oia valetur generaliter: licet non eiusdem rationis materiam, aut formam habeat cuius Physica, sed materia quidem in ipsa dicatur quiddam per postum, modum intelligendi; cum fundamento in re, seu, quod pro eodè accipimus, formaliter, seu virtualiter hêt rationem perfectibilis, seu determinabilis: forma verò quiddam eodè proportionaliter modo hêt ratione seipso perfectiui, & determinatiui. Diuiditur autem eadè Metaphysica scdm se quidem in tres partes superiores thesi indicatas: ut uerò ab Ar. tradita est, a quibusdã diuiditur in *tristia*, quæ quinque prioribus libris absolutis dicitur, & tractationem reliquis libris contenta *tristia* dicitur autem appellari congruè, institutione ad disciplinam quilibet capessendam, quæ traditur explicandò modò proportionè ad illius disciplinæ sed eodè, & melius ab alijs diuiditur in proëmium, quò duobus primis capitibus primi, & tractatione, quæ reliquo opere continetur, & in quatuordecim partes, iuxta quatuordecim libros, tribus potest licet decimus tertius, & decimus quartus liber a quibusdã immedie post decimũ haud sine rone collocet.

530 Ens quod Metaphysicè subiectum esse diximus, nec de ente reali, & rationis, seu ficto nec de substantia, & accidente, nec de Deo, & creaturis dè purè æquiuocè, nec uniuocè, sed analogicè, & quiddè analogia mista ex attributione, & proportionè. Neq. tamen negandum est nos posse

4
Eiusdem
materia.

2
Eiusdem
subiecti:

3
Eiusdem
dicitur.

5
Eas

aliquo modo concipere ens abstrahendo ab omnibus eius differentiis. Verè enim ita saepe concipimus. Sed ens sic conceptum, seu, quod idem est, huiusmodi conceptus obiectiuus entis non est adæquatus (quomodo necessarius includit omnes omnino differentias, & à Deo tantum distinctè cognoscitur) sed inadæquatus, & identificatus quidem realiter cum alijs conceptibus obiectiuus entis includentibus differentias ab iisdem tamen distinctus formaliter, seu virtualiter, vt proportionaliter dicitur infra de alijs vniuersalibus, & consequenter terminatiuus vnus realiter conceptus formalis, seu mentalis: quod de conceptu obiectiuo entis adæquato dici non potest; sed non ideo prædictus conceptus obiectiuus entis inadæquatus dici potest vniuersus: id quod non solum quia est inadæquatus, quod vniuerso repugnat, sed etiam quia secundum se spectatus non æquè primo ijs omnibus, de quibus dicitur, cõuenit, sed prius enti reali, quã rationis, seu facti, prius substantiæ, quã accidentis, prius: Deo, quam creaturis.

6
P. 11. 100.
p. 100.

531 Idem ens abstrahens ab ente reali a rationis, seu facti non habet quidem passiones vllas reales: habet tamen abstrahentes a rebus, & rationis, seu factis.

At ens reale habet passiones reales: ens rationis, seu factum passiones rationis, seu facti: illud quidem formaliter, seu virtualiter tantum a se distinctas: hoc verò nihil repugnat fingi habere etiam realiter a se distinctas. Sed, ut has passiones in ente reali, a quo facile ad ens rationis, seu factum transferri proportione poterunt, explicemus; ad duo illas reuocare genera possumus.

Aliæ enim sunt coniunctæ, seu complexæ: aliæ simplices, seu incomplexæ.

Passiones entis coniunctæ, seu complexæ dicuntur, quæ cum ente non conuertuntur, nisi sub distinctione, vt independens, vel dependens, infinitum, vel finitum, &c. & hæc licet proprie non tam passiones, quam diuisiones sint entis: quatenus tamen sub distinctione consequuntur omne ens sumptum realiter, seu ut est a parte rei, dicuntur etiam passiones, & tot sunt, quot sunt membra, quæ simul sumpta adæquate diuidunt totum ens. Dixi has passiones sub distinctione consequi omne ens sumptum realiter, seu ut est a parte rei, quia, si summa ens, ut est obiectiuè in intellectu, aliaue potentia, prædictæ passiones neque sub

distinctione illud consequuntur. Et in hoc sensu tantum verum est, quod aliqui dicunt inter membra adæquate diuidentia totum ens, immo, & inter contradictoria dari modum, quatenus scilicet id, quod est obiectiuè in intellectu verbi gratia, potest obijci, aut intelligi secundum aliquid, quod formaliter neque sit esse independens, neque dependens, neque esse infinitum, neque finitum, &c. immo neque esse independens, neque non independens, neque esse infinitum, neque non infinitum, &c. Passiones entis simplices seu incomplexæ dicuntur, quæ non sunt coniunctæ, seu complexæ, & consequenter non sub distinctione, sed absolute consequuntur omne ens. Et huiusmodi sunt præcipuè tres, Vnitas, Veritas, Bontas.

Dixi præcipuè, quia ad omne ens consequuntur plurimæ aliæ passiones formaliter, seu virtualiter, tantum ab illo distinctæ, partim absolute, ut sunt plurimæ rationes formales terminatiuæ relationum; partim relatiuæ, ut sunt aptitudines ad coexistendum alteri, ad essendum præsens alteri, ad essendum simile saltem analogicè alteri, & huiusmodi: sed præcipue sunt prædictæ tres eodem ordine, quo sunt enumeratæ ens nõ realiter, aut a parte rei, sed formaliter, seu virtualiter consequentes, quarum, ut frequentior est usus, ita maior requiritur explicatio.

532 Sed prius paucis exponendum videtur, qua ratione dixerimus ens, tñ a suis differentiis, tum a suis passionibus formaliter, seu virtualiter distingui. Id enim ita accipiendum est, ut ens prædictum nõ sit ens adæquate sumptum, hoc est includens quidquid aliquo modo, seu materialiter, siue formaliter, siue implicitè, siue explicitè dicitur rationem entis hoc est alicuius extra nihil, quo modo sumptum ens, nec differentias, nec passiones vllas habet, nec de vlla prorsus re prædicari potest: sed ens inadæquate sumptum, hoc est, vt præcisè dicit alicuius extra nihil, quo modo sumptum ens habet, tum differentias, tum passiones, vt diximus, & de qualibet re prædicari potest.

Dicuntur autem differentia huiusmodi entis illæ, quæ huiusmodi ens diuidunt, & contrahunt, siue immediate, ut ratio substantiæ sumpta inadæquate, & præcisè pro differentia, secundum quam substantia differt ab omnibus alijs, & ratio accidentis sumpta item inadæquate, & præcisè pro

differentia secundum quam accidens differat ab omnibus alijs. sive mediate, ut ratio Leonis, & ratio Leonis, vel ratio Petri, & ratio Pauli sumpta secundum adaequationem, & praesertim pro differentia, secundum quam vnaturque huiusmodi rationum ab omnibus alijs differat.

Passiones vero eiusdem entis dicuntur, quae illud consequuntur, vbi cumque est, in quo praecipue distinguuntur passiones a differentijs, quarum nulla consequitur ens vbi cumque est, sed vnaquaeque indeterninata tantum entis specie reperitur. Eatenus igitur ratio entis dicitur distingui formaliter, seu virtualiter a suis differentijs, & passionibus, quatenus differentiae, & passiones, licet specificatiue, seu materialiter

& implicite sint ens, seu aliquid extra nihil, dupliciter rationem, seu formaliter, & explicite non sunt ens, seu aliquid extra nihil, hoc est non dicuntur formaliter, & explicite hanc rationem, quia est esse aliquid extra nihil, sed aliam, verbi gratia, rationem per se subsistentis, rationem individuationis de qua infra, &c. vbi sic non sunt formaliter, & explicite haec alia ratio, quae est esse aliquid extra nihil.

Possunt autem illae, quae sub vna ratione sunt passiones entis, quatenus illud, vbi cumque est, consequuntur, vt diximus, sub alia esse differentia, quatenus aliqua ratione formaliter diuidunt, & contrahunt ens. Sed iam praedictae tres praecipuae entis passiones in particulari sunt explicandae.



DE

DE

DE

Y

PRAE-

PRÆCIPVÆ ENTIS
paſſiones in particulari, hoc eſt
Vnitas, Veritas, Bo-
nitas.

Cap. II.



Vnitas.

333



Vnitas, quæ prima eſt ſimplex etis paſſio, formaliter non eſt negatio diuiſionis, nec negatio diuiſionis, & eſt in quo dicta negatio fundatur, ſeu cui ad-

iuungitur: ſed eſt indiuiſio in ſe (additur ali-
qui, & diuiſio a quocunq; alio, ſed hæc
additio nõ pertinet ad rōnem vnus forma-
liter, ſed ad rationem diuiſi a quocunq; alio)
quæ indiuiſio licet a nobis per negationem
diuiſionis explicetur, non eſt tam eſſentialiter
negatio: ſed eſt quid merè poſituum, ad quod
conſequitur prædicta negatio diuiſionis
formaliter, ſeu virtualiter tãdẽ ab eute, vt
ens eſt, diſtinctũ: quod poſituum eſt
reale in vnitæte reali, rationis ſeu fictum
in vnitæte rationis, ſeu ficta.

Nihil autem aliud eſt hoc poſituum, quã
vel identitas, vel unio. Quare quicquid
vnum eſt, vel per identitatem, vel per vnio-
nem formaliter vnum eſt. Sed vt duplex
eſt identitas, altera formalis, ſeu eſſentialis,
qua fit vnum eſſentialiter: altera materialis,
ſeu realis, qua fit vnum realiter: &

hec adhuc duplex eſt, altera maior per ſim-
plicitatem eiufdem eſſe realiter indiuiſi-
bilis, cuiusmodi eſt in Deo, in Angelis, &
Anima noſtra; altera minor per continui-
tatem, ſive per manentem, vt in ligno, aliis
que rebus quantis per manentibus, ſive ſuc-
ceſſiua, vt in motu ſucceſſiuo, & tempore:
ita duplex eſt unio, altera per ſe, qua fit
vnitum, & compoſitum per ſe, hoc eſt cõ-
ſtatum ex partibus conſtituentibus eus v-
nõ ſimpliciter in aliquo genere, cuiusmodi
phyſicè eſt compoſitum ex materia, &
forma ſubſtantiali; metaphyſicè compoſi-
tum ex genere, & differentia, moraliter re-
ſpublica, artificialiter domus: altera per
accidens, qua fit vnitum, & compoſitum
per accidens, hoc eſt conſtatum ex partibus
non conſtituentibus ens vnum ſimpliciter
in aliquo genere, ſed tantũ ſecundũ
quid, hoc eſt, vel ſecundũ meram aggrega-
tionem, quæ eſt vnio omnium minima,
vel ſecundã ordinem, quæ eſt paulo maior:
vel ſecundũ conglutinationem, aut
colligationem aliquam, quæ eſt adhuc maior:
vel ſecundũ informationem acciden-
tis ſcilicet informantis ſubſtantiam, quæ
eſt adhuc maior.

Quæcumq; tamen ſunt vnum per identitatem
reclẽ omnia dicuntur eſſe vnum per ſe, qua
tenus ſunt vnum ſimpliciter in aliquo ge-
nere.

Quæ autem sunt vnum per vnionem, alia sunt vnum per se, alia per accidens, per se illa, quæ sunt vnum per vnionem per se, per accidens illa, quæ sunt vnum per vnionem per accidens, de quibus supra: licet nonnulla possint sub vna ratione dici vnum per se, sub alia vnum per accidens, vt domus, exempli gratia, quæ artificialiter est vnum per se, physice est vnum per accidens.

Vnitas autem transcendens, de qua hic agimus, sumpta in communi abstrahit, ab eo, quod sit per identitatem, vel per vnionem, per se, vel per accidens. An autem abstrahat etiam ab vnitate numerali, & formali, & vtranque sub se comprehendat, dubitant aliqui; sed affirmandum est, ideoque vtraque hoc loco explicanda.

2
Vnitas
numeralis
seu prin-
cipium in
diuidua
tionis.

334. Vnitas numeralis, seu indiuidualis, dicitur, qua formaliter res constituitur vna numero, seu indiuidua, & singularis: vnde dicitur etiam principium indiuiduationis, seu singularitatis. Quod non est formaliter collectio accidentium, quæ ad iuncta naturæ communi illam ita determinent, vt de pluribus inferioribus dici nequeat; licet per huiusmodi collectionem a posteriori aliquando explicetur, ut apud Porphyrium cap. de specie, ubi Indiuidua dicuntur, inquit, huiusmodi, quoniam ex proprietatibus consistit vnum quodque eorum, quarum collectio nunquam in alio eadem erit: nec materia signata, siue sumatur cum quantitate a se distincta, siue cum potentia tantum ad, huiusmodi quantitatem, siue secundum se abstrahendo ab omni ordine, ad formam tam substantialem, quam accidentalem: nec forma substantialis: nec actualis existentia: nec hæcceitas, seu differentia indiuidualis, si per eam intelligatur aliquid a parte rei distinctum a differentia specifica: sed est ipsa entitas cuiusque rei, quatenus est una numero, seu indiuidua numerice, ita scilicet, vt non possit dici de pluribus numero eiusdem rationis, sed de uno tantum: quam rationem ab entitate rei formaliter, seu virtualiter tantum distinctam nihil vetat appellari hæcceitatem, & differentiam indiuidualem, modo differentia indiuidualis sumatur, non vt primo differre facit indiuiduum, in quo est ab omnibus aliis, quæ ratio valde differt a ratione vnitatis numerice, seu indiuidualis, sed vt primo constituit indiui-

duum, vt indiuiduum: non solum autem dicitur vnum numero indiuiduæ, quod in plura indiuidua eiusdem rationis diuidi non potest; sed etiam vna numero species, quæ in plures species, & vnum numero genus, quod in plura genera eiusdem item rationis non est diuisibile. Hæc de unitate numerica, seu de principio indiuiduationis, quod in quo nam formaliter, fitum sit Aristot. nusquam tradere videtur, licet sæpius doceat multiplicationem indiuiduorum solo numero differentium oriri ex materia. quæ doctrina supponit non posse dari plura indiuidua saltem completa numero tantum distincta, nisi in rebus materialibus: quod tamen neque ab Aristoteli probatum est, neque ab aliis probari potest.

3
Vnitas
formalis.

335. Vnitas formalis, seu essentialis dicitur, qua vnaquæque res constituitur vna formaliter, seu essentialiter, hoc est vnus formæ metaphysicæ cõpletæ, seu vnus essentia: & adequatè sumpta in Deo includit etiam vnitatem numericam naturæ, in creaturis non includit: non tamē in creaturis ab vnitate numerica distinguitur a parte rei, sed formaliter, seu virtualiter tantum.

Duplex autem est vna, qua aliquid dicitur in se vnum formaliter, seu essentialiter & tam multiplex est, quam multa sunt in diuidua, quorum vnumquodque non solum est vnum numero, seu indiuidualiter per vnitatem numericam, seu indiuidualem, sed etiam vnum formaliter, seu essentialiter per vnitatem formalem, seu essentialis, hoc est consequentem ipsorum essentiam, quæ sicut spectata, vt essentia formaliter, & præcisè, nec est essentia numerica, nec specifica, nec generica, sed tantum essentia ita spectata, vt vna ea vnitate, quæ ad illam, ut essentia est, consequitur, formaliter, & præcisè, nec est vna vnitate numerica nec specifica, nec generica, sed vnitate, quæ dicitur formalis, seu essentialis, hoc est consequens essentiam, vt essentia altera, qua aliquid dicitur vnum formaliter, seu essentialiter commune multis, & hæc est vnitas vniuersalis, quæ diuiditur in specificam, & genericam & si sumatur, vt ab aliquibus sumitur, pro vnitate reali simpliciter sic dicta, hoc est excludente realem diuisionem plurium naturarum inter se similitum in specie, vel in genere, non datur in creatis nisi obiectiue in intelle-

Actu, & conſequenter eſt ens rationis: Dixi in creatis, quia in Deo datur natura vnitate reali ſimpliciter ſic dicta communis tribus diuinis perſonis, de qua Theologiſſi verò ſumatur, vt ſumenda eſt pro vnitate æquiualeute, ſeu virtuali, ſeu quod idem eſt, fundamentali, qua plures naturæ realiiter inter ſe diuiſæ, ſed ſimiles in ſpecie, vel in genere dicuntur vna, quatenus ſecundum id, ſecundum quod ſimiles ſunt, ſpecificariuè ſumptæ, ſunt terminatiuæ vnus formalis, ſeu mentalis conceptus, perinde ac ſi eſſent vna vnitate reali ſimpliciter ſic dicta, hoc eſt excludente realem diuiſionem plurium naturarum inter ſe ſimilium in ſpecie, vel in genere; ſeu quod idem eſt, ſunt fundamentum, cur a nobis vnico conceptu concipi poſſint, perinde ac ſi eſſent vna, vt dictum eſt; datur à parte rei: & ſic recte dicitur natura communis ſpecifica, vel generica, hoc eſt ſimilis ſaltem in actu primo in pluribus numero tantum, vel etiam ſpecie differentiibus, vt natura hominis, vel animalis, eſſe a parte rei vna non ſimpliciter, ſed cum addito diminutè, hoc eſt vna ſpecie, vel genere, quod eſt eſſe vnum vnitate æquiualeute, ſeu virtuali, ſeu fundamentali iam explicata, de qua loquitur Ariſto. 10. Met. tex. 1. vbi docet quædam eſſe unum, quorum ratio vna eſt: talia autem, quorum intellectio vna. Sed de hac vnitate formali, ſeu eſſentiali communis pluribus, ſeu vniuerſali iterum redibit ſermo infra, ubi de vniuerſalibus, hic de diſtinctione, & multitudine, quæ vniuerſali opponuntur, agendum iam eſt.

336 Diſtinctio in vniuerſum formaliter eſt negatio unitatis inter aliqua duo, non autem relatio, licet ſepe admodum relationis concipiatur, & tam multipliciter diuidi poteſt, quam multipliciter diuiditur vnitas.

Plerumque tamen reſtringitur ad eam, quæ eſt negatio identitatis inter aliqua duo. Et ſic celebris, nec mala diuiſio eſt diſtinctionis in realem, & rationis.

Diſtinctio realis, ſeu actualis, ſeu a parte rei ſimpliciter ſic dicta, eſt negatio identitatis realis, inter aliqua duo, quorum vnus, neque realiter, ſeu materialiter, & identicè ſumptum eſt actu, ſeu a parte rei alteri: & hæc ſat iſtius ſumpta diuiditur in poſitiuam, id eſt verſantem inter entia poſitiua, & negatiuam, vel totaliter, id eſt verſantem inter entia tantum negatiua, ſeu nõ entia,

vel partialiter, id eſt verſantem inter ens, & nõ ens: reſtricta verò ad entia poſitiua, diuidi poteſt in eam, quæ eſt inter ſuppoſitum, & ſuppoſitum, ſeu, ut multi loquuntur, inter rem, & rem, & dicitur maxima; & eam, quæ non eſt inter ſuppoſita, ſed vel inter partes, aut etiam accidentia diuerſorum ſuppoſitorum, vel inter materia, primam, & formam ſubſtantialem eiuſdem ſuppoſiti, vel inter ſubſtantiam, & accidens phyſicum, vel inter accidentia eiuſdem ſuppoſiti, &c. quæ ſunt minores, inter ſe tamen adhuc inæquales.

337 Diſtinctio rationis apud Ariſt. inter eſſentias: quo ſenſu 1. Phyſic. tex. 1. docet album, & muſicum ſe idem eſſe, ratione diſtingui. Vt verò communiter ſumitur duplex eſt, altera, quæ dicitur rationis ratiocinantis, altera, quæ dicitur rationis ratiocinata.

Diſtinctio rationis ratiocinantis dicitur quæ potentia, vel actu ſit a ratione, ſeu intellectu cognoſcente, vt diſtincta, quæ nõ ſunt diſtincta, ſed vnum quid, quod continet non ſolum in propoſitionibus omnino identicis, ut cum dicimus, homo eſt homo in quibus unum, & idem bis apprehendentes cognoviſimus, vt duos, ſed quotieſcunq; concipimus diſtinctionem aliquam, ubi non eſt.

Dicitur autem hæc diſtinctio rationis ratiocinantis, quia tota eſt a ratione, ſeu conceptibus rationis ſine vlllo fundamento in re: quæ mobrem dicitur etiam diſtinctio rationis ſine fundamento in re. Diſtinctio rationis ratiocinata, quæ autonomatiçè dicitur diſtinctio rationis, tripliciter ſumitur: primo pro ea, quæ potentia, vel actu ſit a ratione, ſeu intellectu cum fundamento in re, hoc eſt pro diſtinctis conceptibus, qui a ratione formari poſſunt, vel formantur circa aliquid realiter unum, & idem, æquiualeuter tamen ſeu virtualiter multiplex: quod ſecundum vnã rationem, ſecundum quæ æquiualeat vni numero, vel ſpecie diuerſo eſt terminatiuum vnus numero, vel ſpecie diuerſo conceptus, ſecundum aliam, ſecundum quam æquiualeat alteri numero, vel ſpecie diuerſo, eſt terminatiuum alterius conceptus numero, vel ſpecie diuerſita, ut hæc diſtinctio non ſit in re, ſed in conceptibus rationis, ſeu intellectus in adæquate rem potentia, vel actu concipiuntibus, cum fundamento tamen iam expli-

caro in re. & sic est distinctio realis. Secundo pro obiecto huius distinctionis, quam potentia, vel actu fieri diximus a ratione, hoc est pro rationibus obiectiuis realiter inter se identificatis, distincte tamen conceptibilibus, vel conceptis a ratione, seu distincte terminatiuis, vel terminantibus predictos conceptus rationis: & hoc modo distinctio rationis ratiocinatæ dicitur etiam fundamentalis, formalis, essentialis, & æquiualeus, seu virtualis. licet enim hæc nomina sub diuersa ratione illi conueniãt, omnia tamen unam, eandemque distinctionem significant: quæ dicitur rationis ratiocinatæ, quatenus est obiectum rationis, distinctos conceptus inadæquatos circa unum, & idem potentia, vel actu formantis ex causa ab ipso obiecto petita, & iam explicata: dicitur fundamentalis, quatenus est fundamentum, modo explicato, eorumdem conceptuum distinctorum, & inadæquatorum: dicitur formalis, tum quia uest terminatiua, vel terminans predictos conceptus formales, seu mentales, tum quia est inter rationes obiectiuas, quæ dicuntur formales, non solum extrinsecè, quatenus possunt terminare, vel terminant predictos conceptus formales, seu mentales: sed etiam intrinsecè, quatenus respectu rei realiter, seu materialiter sumptæ æquiualeat, seu virtualiter habent se per modum perferentis, æstantis, & determinantis, atque adeo per modum formæ, unde etiam dicuntur formæ non physice, sed metaphysice, hoc est non realiter, sed virtualiter tantum distinctæ ab eo, cuius dicuntur formæ: dicitur essentialis, quia est inter rationes obiectiuas essentialis illi, cuius sunt rationes obiectiuæ: dicitur denique æquiualeus, seu virtualis, quia licet non sit distinctio realis, seu actualis, seu a parte rei simpliciter sic dicta illi tamen aliquo modo æquiualeat, quatenus est uirtute, quod illa est a ctu, etiam abstractendo plerumque a ratione, seu intellectu potentia, vel actu concipiente distinctis, inadæquatique (quæ eius imperfectio est) conceptibus, quod in re unum, atque idem est. Dixi plerumque, non autem semper, quia quædam sunt distinctiones uirtuales, quæ non conueniunt rebus, nisi ut potentia, uel actu terminant conceptus intellectus.

Tertio pro distinctione formali, seu essentiali, hoc est pro negatione unitatis, q

ratio, seu intellectus, potentia, uel actu agnoscit inter rationes formales, seu essentialis, abstractendo tñ ab eo, quod predictæ rationes sint et realiter inter se distinctæ, ut sunt ratio, seu essentia hominis, & leonis, uel non sint realiter, sed uirtualiter tñ inter se distinctæ, ut sunt ratio, & essentia rationalis, & animalis in eodem homine. Quæ tertia distinctio rationis ratiocinatæ, seu, ut multi breuius loquuntur, distinctio rónis acceptio necessariò admittenda est, ut celebris, quam dixi, diuisio distinctio in re, & rónis sit adæquata

538 Cómmodius nihilominus, & minori cū æquiuocationis periculo ut distinctio in eò diuidi posse in ueram, uel simpliciter, uel secundum qd, & fictã Vera simpliciter est, tñ realis iã explicata, tñ illa formalis, seu essentialis, quæ est inter entia realiter distincta, & dici pot formalis, seu essentialis realis. Vera scd m quid, seu cū addito est illa formalis, seu essentialis, q est inter rónes formales, seu essentialis, unius, eiusdèq; realiter entis, ut inter rónalitatè, & animalitatè unius, eiusdèq; realiter hois: q est distinctio rónis ratiocinatæ sumpta secundo modo supra explicato, & ad æquiuocationè uitandã, dici pot formalis, seu essentialis virtualis, quæ licet plerumque sit inpendèter a nostro intellectu, ut dicto est non dñ tñ uera distinctio, seu distinctio simpliciter, sed tñ scd m quid, seu cum addito nempe formalis, seu essentialis, & ad æquiuocationem uitandã, virtualis, q a noie ueræ distinctiois, & distinctiois simpliciter, & sine addito intelligitur distinctio realis, aut et formalis, seu essentialis qdè, sed q sit inter entia distincta realiter. Ficta uerò est, quæ a potètia aliqua cognoscète, sed p̄cipue ab intellectu fingitur, seu pcipitur, ac si esset, cū nò sit. Et hæc est, quæ dñ distinctio rónis ratiocinantis, de qua supra. Atq; ex his constat non oia, quæ distinguuntur realiter distingui et formaliter, seu essentialiter, nec è contrariò: sed quædam distinguuntur realiter tñ, quædam formaliter, seu essentialiter tantum, quædam, & realiter, & formaliter, seu essentialiter simul.

539 Nec inter ueras distinctiones alia datur minor reali, & maior formali, seu essentiali supra explicata. Quo circa, nec distinctio, q a quibusdã dñ formalis ex natura rei, seu ita explicetur, ut sit illa, quæ est inter duo habentia diuersam essentiam, sed eandem existentiam, siue ita, ut sit illa, quæ

eſt inter duo formaliter, ſiue eſſentialiter diuerſa, quorum unum, neque realiter, ſeu materialiter, & identice ſumptum eſt alterum, a quo tamen a ſe inuicem dependit, & conſequenter, nec per abſolutam Dei potentiam ab inuicem ſeparari, aut vnum ſine altero eſſe poſſunt; nec diſtinctio, quæ ab iſdem, & alijs dicitur modalis, & deſinitur eſſe illa, quæ eſt inter modum, & re, cuius eſt modus, intelligendo per modum aliquid poſitiuum reale, quod neque realiter, ſeu materialiter, & identice ſumptum ſit idem cum re, cuius dicitur eſſe modus, ab illa tamen eſſentialiter dependeat: & cõ ſequenter, neque per abſolutam Dei potẽtiã poſſit eſſe ſine illa, ſiue dicatur habere diuerſam eſſentiam, ſed eandem exiſtẽtiã cum re, cuius eſt modus, vt quidam dicunt, ſiue dicatur habere non ſolum eſſentiam, ſed etiam exiſtentiã diuertã a re, cuius eſt modus, ut alij volunt, eſt admittenda: non ſolum quia neutra ſic explicata in rerum natura datur, ſed etiã quia neutra dari poteſt: conſequenter nec datur, aut dari poteſt modus ſic explicatus.

ſ
D ſi n e i r
n i i ſ g a a

540 Signum diſtinctionis formalis, ſeu eſſentialis rerum habemus optimum ex diuerſitate conceptuum obiectiuorum: quæ ubi nulla omnino eſt, nulla poteſt eſſe diſtinctio, niſi ficta, ſeu rationis ratiocinantis.

Signum verò diſtinctionis realis, in ijs, quæ ſpecie diſſerunt, eſt realis ſeparatio quoad exiſtentiã ſaltem poſſibilis, id eſt, ſi verum quoad realitatem, ſeu entitatem ſuam poſſit, per aliquam ſaltem potentiã, deſinere, remanente alteri in ijs verò, quæ ſunt eiufdem ſpeciei, non ſen per ſufficit realis ſeparatio prædicta, poſſibilis, ſed interdum requiritur actualis. In vniuerſum tamen, tam in ijs, quæ ſpecie diſſerunt, quã in ijs, quæ ſunt eiufdem ſpeciei, ubi eſt realis vno diſtincta a continuitate, (quæ licet interdum dicatur vno, magis tamen proprie dicitur identitas, ſed non or, quã eſt per ſimplicitatem natura realiter indiuifiſibilis, vt ſupra diximus,) ibi eſt diſtinctio realis oppoſita identitati reali: ſeruo autem hic eſt de ijs, quæ adequatè, & completè inter ſe realiter diſtinguuntur, non de ijs, quæ inadquatè, & incompletè tantum, vt pars, & totum, ſeu vt includum, & includens. Vt aliud realis diſtinctionis ſignum a quibusdam aſſertur ratio produ-

centis, & producti; id eſt, ſi vnum ſe habeat per modum producentis, alterum per modum producti: ſed hoc etiam acceptum de producente, & producto efficienter in ijs, quæ dum producunt, continuã ſibi effectum, non eſt verum ſimpliciter, ſed tantum ſecundum quid, quatenus res, quæ ita producitur, vt continetur cum cauſa, prius natura intelligitur eſſe ſecundum ſe, quã continuata cum cauſa, atque adeo prius natura non continuata, quã continuata. Itaque non ſolum uniuerſalius, ſed etiam melius diſtinctionis realis ſignum eſt ſupra allatum.

Signum autem indiſtinctionis, ſeu indentitatis realis, quam formaliter tollit diſtinctio realis, eſt negatio ſigni ſupra allati diſtinctionis realis; quæ negatio, & cõ ſequenter indiſtinctio, ſeu idẽtitas realis, licet non ſemper a nobis cognofci poſſit, ſep tamen poteſt, ſi propriam rationum formalium, ſeu eſſentialium, de quib. ambigimus, an ſint idem realiter, naturã diſtingenter conſideremus, & abſurda, quæ ex reali earum inter ſe diſtinctione ſeque- rantur, perpendamus, vt accidit in paſſionibus entis, in attributis Dei, & cætera.

541 Cum diſtinctione confunduntur aliquando diuiſio, & ſeparatio: proprie tamen, & præſe diuiſio, & ſeparatio formaliter dicunt diſtinctionem, ſeu negationem inter ea, quæ olim fuerunt quid vnum per continuationem, vel per unionem: & præter hanc diſtinctionem, ſeparatio interdum addit etiam diſtantiã, uel temporalem, uel localem inter extrema. Interdum tamen, tam diuiſio, & ſeparatio, quam diſtinctio, dicunt negationem unitatis inter ea, quæ nunquam fuerunt quid vnum.

Interdum etiã ſumuntur actiue, aut quaſi actiue pro actione, uel actionis caſſatione ad quam conſequitur diuiſio, aut ſeparatio, aut diſtinctio. Interdum denique paſſiue pro paſſione, ad quam item conſequitur diuiſio, aut ſeparatio, aut diſtinctio. Sicut autem per indiſtinctionem, ſeu indiuiſionem, quã conſtituit unitas, ſeu unũ in eſſe unius, tollitur conſequenter multitudo: ita per diſtinctionem, ſeu diuiſionẽ, quæ eſt negatio unitatis, ponitur conſequenter multitudo. Et ſecundum ſe quidẽ prius eſt unitas, quã multitudo: nobis tamen notior eſt multitudo, quã unitas.

6
Diuſio
& ſepara
tio.

7
MULTI-
TUDO

Quod si quæras, quomodo unitas multitudini, seu unum multis opponatur respōdetur distinguendo. quadrupliciter enim unum, & multa comparari possunt.

Primò, ut multa sunt aliquo modo unum quid, hoc est una multitudo, (quomodo sumitur multitudo, cum ponitur, ut membrum diuidens ens in illa diuisione, quæ ens diuiditur in unum, & multa) & sic unum, & multa opponuntur solum, ut duo disparata. Secundo, ut multa sunt pluribus unitatibus: & sic unum, & multa opponuntur, ut pars, & totum, quæ oppositio, & quomodo se, an non sit relatio realis, aut rationis, ex dicendis infra de relatione intelligitur. Tertio, ut unum dicitur indiuisionem in se idem identitatem, uel unionem modo dicto, multa uero dicitur diuisionem in se negationem identitatis, uel unionis: id est opponuntur, uel contradicitoriè, si illa multa non sint capacia identitatis, & unionis, cuius habent negationem, uel priuatiuè, si illa multa sint capacia identitatis, uel unionis, cuius habent negationem.

In quo sensu Aristoteles 4. Mete. text. 4. & 10. Meteor. text. 9. docet unum opponi multitudini priuatiuè, licet enim posteriore loco dicat opponi contrariè, sumit tamen contrarietatem sate pro contrarietate, seu oppositione priuatiua, ut a sibi sate. Quarto, ut unum habet rationem mensuræ, multitudo uero mensurati: & sic unum, & multa opponuntur relatiuè, quæ autem relatione ex dicendis infra de relatione colligi poterit.

¶ 112. Unum per se, & unum per accidens quid sint patet ex supradietis, sed quia unum in communi diximus idem esse, quod indiuisionem, indiuisionem autem nihil aliud esse, quam identitatem, uel unionem, & de unione satis alibi diximus, de identitate, quæ constituitur idem, & consequenter de diuersitate, quæ constituitur diuersum, quæ eadem opponitur aliquid dicendum super est.

Identitas igitur alia est formalis, sed essentialis, alia materialis seu realis, ut supradietum est. Et hæc interdum sumitur presè pro simplicitate naturæ omnino indiuisionibilis realis diuisione, quæ est maxima identitas, uel pro continuitate, quæ est minor: interdum latè pro quacunque unitate, siue sit per identitatem presè dictam iam explicatam, siue per unionem.

Et eodem modo interdum presè, interdum latè sumitur idem. presè enim idem dicitur, quod uel simplex omnino indiuisionibilis realis diuisione, uel continuum esse, latè quæ unum est, & utroque modo aliquid dicitur idem, interdum absolute, interdum relatiuè ad se, uel ad alterum, cum dicitur idem sibi, uel alteri eiusdem tamen ad se non potest esse relatio realis, sed tantum rationis: ad alterum autem potest esse realis, si alterum sit realiter distinctum, rationis tantum, si non sit realiter distinctum.

Et quatenus idem, cum sate sumitur pro uno, tot modis dicitur, quot dicitur unum: cum tamen aliqua ratio formalis dicitur, non formaliter, sed identicè, siue altera particula (identicè) sumitur pro realiter, seu eadem ratio, & materialiter.

Diuersitas etiam, & diuersum interdum late, interdum presè sumitur: late idem est diuersitas, quod differentia, & diuersum quod differentia: presè uero diuisum, & aliud est diuersum esse, aliud dicere ex Aristot. 10. Meteor. text. 15. differentia: presè dicitur, quæ habent aliquid commune, in quo conueniunt, & aliquid proprium, in quo non conueniunt: idem uero esse, quæ se totis, seu ad quæ sunt supra, ut talia sunt, in nullo conueniunt. & quæ ex his factis est intelligere, quomodo omnino ens sit, uel idem, uel diuersum, seu quod idem est, sit uel idem, uel aliud, ut docet Aristot. 10. Meteor. text. 15. & quomodo diuersum, & aliud dicat, uel non dicat relationem realem, uel rationis.

¶ 113. Veritas, quæ secunda est simplex entis passio, non consistit formaliter in relatione fictionis, seu apparentiæ, nec in conformitate rei secundum esse reale ad seipsam secundum esse apprehensum, uel cognitum, nec in denominatiue extrinseca a ueritate, quæ est in intellectu, siue diuino, siue creato, etiam si ueritas, quæ est entis passio, seu transcendens restringatur ad ueritatem transcendentem rerum creatarum, nec in conformitate rerum cum ipsarum ideis in intellectu diuino existentibus, aut omnino cum intellectu diuino, aut creato, nec in eo, quod res non sicut nec apparenter, sed a parte rei habeat omnia ea, quæ ad ipsius esse præsentim essentialis requiruntur, sed in cognoscibilitate rei, seu in aptitudine prima, quæ res apta est terminare cognitionem ueram, id est rei conformem, ut infra, quæ aptitudo non est re-

¶ 112. Unum per se, & unum per accidens.

¶ 113. Identitas & diuersitas idem & diuersum.

latio vlla realis, aut rationis: sed est ipsa res sine absoluta, siue respectiva, vt formaliter est terminativa cognitionis verae, seu obiecto conformis: & consequenter nõ distinguitur ab eñe, nisi formaliter, seu virtualiter, vt proportionaliter diximus de unitate. A qua sententia non videtur differre alia, quæ predictam veritatem asserit formaliter consistere in entitate rei, connotando cognitionem, seu conceptum intellectus, cui talis entitas conformatur, vel in quo talis res repræsentatur, vel repræsentari potest, prout est: licet nõ adeo clarè rem explicet, & si ita intelligatur, vt prædicta veritas consistat formaliter in entitate rei, vt conformi cognitioni seu conceptui, quo repræsentatur, vt est, coincidat cum alia supra reiecta sententia, & falsa sit.

544 Cum autem veritas, & verum, tum in essendo, tum in cognoscendo, tum in significando reperiri possit: Veritas transcendens, quæ de hæcæus locuti sumus, dicitur veritas in essendo. Veritas autem in cognoscendo nihil aliud formaliter est, quam conformitas cognitionis cum re cognita: atque hæc est, quæ a multis dicitur veritas complexa: nec solùm in compositione, & diuisione, seu quod idem est, in secunda intellectus operatione: sed etiam in tertia, hoc est in consequentia, seu illatione, & quidem non minus verè, & propriè, quam in secunda reperitur. immo tamèn latè patet veritas complexa, quam veritas in cognoscendo, quæ etiam in prima intellectus operatione, hæc est in simplici apprehensione, immo proportionè quadam etiam in sensu reperiri potest. Sed quæcumque tãdem sit veritas in cognoscendo, siue complexa, siue simplex, siue intellectiua, siue sensitiua, dupliciter dici potest, cognitio esse vera, seu obiecto conformis, nempe verè, vel apparenter: ita, vt cum veritas transcendentiã cognitionis veræ, seu obiecto conformis, si veritas transcendentiã sumatur à simplicissimè, vt dicitur de verã, & apparente, seu ficta, & iam cognitio vera sumenda sit à simplicissimè, vt dicitur de verè ac simpliciter vera, & de apparenter, seu fictè vera, & qualis est cognitio, quæ cognoscitur ens fictum, perinde, ac si esset veram.

Veritas denique in significando nihil aliud formaliter est, quam conformitas si-

gni formaliter sumpti cum re significata: quæ comprehendit sub se etiam veritatem in cognoscendo, si nomine signi intelligatur etiam cognitio; non comprehendit si nomine signi intelligatur tantum signum a cognitione distinctum. Ad eandem veritatem in significando reduci potest etiam veritas in imitando, quæ a quibusdam dicitur veritas practica, quæ ideatum eius imitatur, eamque itaqum quoddammodo significat.

545 Ac veritati quidem positivæ reali in cognoscendo, & significando respondet opposita falsitas positivæ realis in cognoscendo, & significando, idest positiva realis disformitas cognitionis cum re cognita, & signi cum re significata, quamvis enim in simplici apprehensione, etiam si circa ens fictum veretur representans per maliter apprehendenti ens fictum, ac proinde verè non ens, non secus, ac si esset verè ens, non sit positiva realis falsitas complexa, quæ propriè, ac presè, atque adeo simpliciter dicitur falsitas, deceptio, & error, quo quis sibi persuadet esse, quod non est, vel non esse, quod est: est tamen positiva realis falsitas simplex, seu disformitas apprehensionis cum obiecto apprehenso, quæ apprehenditur, ac si esset, verè ens, quod non est verè ens, quæ falsitas: cet latius sic dicta, & secundum quid, seu cum addito, idest simplex, est comparata, licet disformis, nõ autem disparata, vt quidam aiunt, habitudo apprehensionis ad obiectum apprehensum.

At veritati positivæ reali in essendo, vt distinguatur a cognoscendo, & significando, aut etiam imitando, nulla respondet falsitas positivæ realis in essendo, neque in rebus naturalibus, neque in artificialibus neque in moralibus, neque in aliis. Et in hoc sensu rectè dicitur falsitas non esse in rebus, seu a parte rei, sed obiectivè tantum in intellectu, aliã potestiam cognoscente: quæ quod idem est, non esse in entibus positivis reallibus, seu veris, sed tantum in fictis ab aliqua potentia cognoscente: quæ quatenus obijciuntur, vt vere entia, cum non sint verè entia, dicuntur, & sunt obiectivè falsitas falsitate, quæ nihil aliud est, quam ratio terminatiua cognitionis falsæ, vel appriæ, & presè, atque adeo simpliciter sic dicta, si sit cognitio complexa, vel latius, & secundum quid, seu cum addito sic dicta, si sit cognitio simplex.

73
Bonitas.

146 Bonitas, quæ tertia est simplex in
tis passio, quæ consistit formaliter in ratio-
ne convenientiæ: minus cum altero: nec in
intrinseca rei perfectione, siue perfectio su-
matur secundum se, siue, ut perfectio a-
lterius: sed in appetibilitate rei, seu in ipsa
re, siue absoluta, siue respectiva, ut forma-
liter est terminativa appetitus alicuius sal-
tem rationalis, ut est principium actuum
prosecutionis: & consequenter non distin-
guitur ab ente, nisi formaliter, seu virtuali-
ter, ut proportionaliter dicitur de unitate,
& veritate. Dixi saltem rationalis, hoc
est voluntatis, quia alij appetitus non pos-
sunt ferri in quolibet bonum transcen-
dens, voluntas autem potest in quolibet:
ita ut obiectum formale adæquatum volun-
tatis, quatenus voluita est, sit bonum,
ut bonum in bonitate transcendentali sum-
ptum suppositione absoluta, ut alibi dixi-
mus.

Neque tamen nego in quolibet bono in-
esse rationem convenientis respectu alicuius,
ideoque sæpe sumi bonum pro conveni-
entia, & contrariis interdum etiam con-
fundi bonum cum perfecto, hoc est habere
tæ omnia, quæ ad suum esse requiruntur:
sed aio rationem boni transcendentis
non consistere formaliter in ratione conve-
nientis, aut perfecti, sed in ratione termina-
tivi appetitus, ut dixi supra, ut bonum, ut bo-
nū formaliter sic terminativum appetitus,
ut terminativum appetitus, seu quod idē
est obiectum formale appetitus, sumpto
semper appetitu, ut dixi: licet materiali-
ter sit semper convenientis alicui, seu rela-
tivum ad aliquid, ut convenientis illi.

Dixi, seu relativum, &c. quia convenientis,
ut convenientis est quid relativum ad aliud,
nisi forte hoc vocabulum extendatur etiam
ad hoc, quod esse convenientis per modū
obiecti, seu terminati alterius, quod ad ipsū
referatur, non quomodocumque, sed per
modum appetitus sumpti, ut dictum est:
quo sensu idem formaliter esset termina-
tivum appetitus sumpti, ut dictum est, &
convenientis appetitus sumpto item, ut di-
ctum est, & consequenter non posset cum
iis, qui rationem formalem bonitatis in ra-
tione formali convenientiæ reponunt, alia
esse, quam de nomine controversia, in qua
non est operæpretium immorari. Solum
addo prout terminativum appetitus sum-
pti, ut dictum est, ens verum, vel appa-
rens erit, ita bonum verum, vel appa-
rens fore:

& consequenter, si quis assignari sibi postu-
let rationem boni transcendentis latissimè
sumpti, ut non solum de bono vero, sed et
de apparente dicitur; assignandum illi esse
rationem terminativam appetitus sum-
pti, ut dictum est, complectentem sub se
non solum terminativum appetitus sum-
pti, ut dictum est, quod est ens verum, sed
etiam illud, quod est ens appa-
rens, seu fictum.

147 Bonitatis malitia, & bono malum,
sed nō tamen cuiuslibet bono quodlibet ma-
lum opponitur. Itaque triplex disti-
nguendum est malum primum negativum, quod
est pura negatio boni, quomodo purum nō
esse dicitur quoddam malum. Secundum
privativum, quod est privatio boni, quo-
modo cæcitas dicitur malum illi, in quo
est tertium positivum, quod est aliquid po-
sitivè contrarium, vel repugnans, & vno
verbo disconveniens alteri, quomodo ca-
lor febrilis dicitur malus animali. Sed pri-
mum latissimè, & improppriissimè dicitur
malum: secundum, & tertium non in omni-
bus entibus est, aut esse potest. De bonitate
& malitia morali, & consequenter de divi-
sione illa boni in utile, delectabile, seu con-
veniens naturæ, & honestum, & mali in
mala opposita hic non agimus. Quæ morè
hæc de ente in communi, et iusque passio-
nis dicta sint. Aliquas iam præcipuas, eius
species, seu membra disjunctiva, hoc est
essentia, & existentia, intrinsecam, &
creaturam, causans, & causatum, vniocum,
& avariocum, & analogum, vniuersale,
& particulare, prædicamen-
tale, & non prædicamen-
tale, reale, & rationis, seu
fictum, carens,
quatenus ad

Meta-
physicum pertinent;
hoc est quatenus
ad ens illud,
quod

Metaphysicæ subiectum est, ex-
plicandum conferunt,
prosequamur.

••

••

••

13
M-110

ENS, ESSENTIÆ,
& existentia, increatum, &
creatum, cauſans,
& cauſa-
tum.

Cap. III.



Hic diuiſio entis in ens eſſentia, & ens exiſtens, ſeu in eſſentiam, & exiſtentiam ſuo modo ſolum habet etiam in ente rationis =

hic tamen in ente tantum reali explicabitur, a quo ad ens rationis proportionaliter transferri facile poterit.

Eus igitur eſſentia dicitur ens ſumptum nominaliter, hoc eſt habens eſſentiam, ens vero exiſtentia dicitur ens ſumptum participiter, hoc eſt habens exiſtentiam: quibus duabus entis rationibus datur ratio communis abſtrahentis ab eſſentia, & exiſtentia, non tamen in uocata, nec pure æquiuoca, ſed analogica, ut diximus de ratione entis eorum inuenienti reali, & rationis, ſeu ſiſto, ſubſtantia, & accidenti, Deo, & creaturis.

Dicitur autem eſſentia cuiusque rei id, quo primò res intrinſecè conſtituitur illa, quæ eſt, ſeu eſſe formale rei, ſed aliquando

ſumitur adæquatè, ut includit omne genus rei, & differentiam, qua primò res diſfert ab omnibus alijs: aliquando in adæquatè, ut includit unum, aut plura, aut etiam omnia genera, ſed non differentiam prædictam, vel differentiam tantum prædictam, vel unum, aut plura genera, ſed non omnia, & differentiam prædictam.

Exiſtentia uero dicitur id, quo formaliter res eſt actus a parte rei, ſeu eſſe actuale rei, & in ijs, quæ habent cauſas, hoc eſt in creaturis reſpectum dicitur eſſe id, quo formaliter res eſt actus extra ſuas cauſas.

Atque in Deo quidem iure Philoſophi, Theologi que conueniunt eſſentiam, & exiſtentiam non niſi formaliter, ſeu virtualiter, ut includens ab inſiſto diſtinguit, ita, ut exiſtentia ſit de eſſentia Dei adæquatè ſumpta in creaturis autem alii aliter eſſentiam, & exiſtentiam diſtingui uolunt ſed omnino dicendum eſt non diſtingui realiter, aut modaliter, aut diſtinctione vlla actuali, ſeu a parte rei ſimpliciter ſic dicta, ſed formaliter, ſeu virtualiter tantum. Unde reſpectu obiecti in intellectu noſtro poſſe actu eſſe eſſentiam creature ſine exiſtentia, & e contrario, a parte rei tamen non poſſe actu eſſe eſſentiam ſine

*ſentia
& exiſtentia*

existentia, nec è contrario: & consequenter falsam eorum sententiam esse, qui rerum creaturarum essentias ab æterno, antequam a Deo producerentur, in seipsis fuisse dixerunt: in seipsis inquam, in Deo enim, tanquam in causa efficiente, ideali, & finali, non est dubium quin fuerint. Verum eas his modis in Deo fuisse, non est ipsas simpliciter ab æterno fuisse, sed est ab æterno fuisse ipsarum causam efficientem idealem, & finalem.

Rectè nihilominus quædam de rebus etiam creatis propositiones dicuntur esse æternæ veritatis, illæ scilicet, in quibus subiecti cum prædicato connexio, ita necessaria est, ut etiam ab æterno verum fuerit dicere tali subiecto, verbi gratia, homine in quacunque differentia temporis posito, necessario illi in eadem differentia temporis connexum esse tale prædicatum, verbi gratia, rationale, siue id a Deo, qui de factò solus ab æterno fuit, siue a creatura, quæ ab æterno creata fuisset, diceretur.

549 Ex his oritur quæstio, quæ licet de nomine videatur, ita tamen etiam in intellegi potest, ut sit de re nimirum, an essentia creaturæ, priusquam existat, dicenda sit nihil, an aliquid esse. Cui respondendum ad maiorem claritatem videtur distinguèdo, tam enim aliquid, quam nihil illi oppositum dupliciter sumitur, vel principaliter, & simpliciter, vel minus principaliter, & secundum quid, seu cum addito diminuenente. Aliquid seu ens, & esse principaliter, & simpliciter dicitur solum id, quod est actu existens, seu præsens: & sic certum est essentiam creaturæ, priusquam existat, non esse aliquid, sed nihil, seu non ens, oppositum enti principaliter, & simpliciter sic dicto: quod tamen nihil, seu non ens, est nihil, seu non ens minus principaliter, & secundum quid, seu cum addito diminuenente sic dictum. Aliquid, seu ens, & esse minus principaliter, & secundum quid, seu cum addito diminuenente dicitur id, quod non est actu existens, seu præsens, sed præteritum, vel futurum, vel saltem possibile, & sic etiam certum est essentiam creaturæ priusquam existat esse aliquid, seu ens, quatenus est saltem possibile, non autem nihil, seu non ens oppositum enti minus principaliter, & secundum quid, seu cum addito diminuenente sic dicto: quod nihil, seu non ens, quatenus opponitur etiam enti possi-

bili dicitur, principaliter, & simpliciter nihil, seu non ens, si quista me vergeat, an absolute, & sine distinctione essentia creaturæ antequam existat dicenda sit nihil, an aliquid. Respondetur, neque nihil, neque aliquid absolute, & sine distinctione, sed tantum cum addito & distinctione dici posse, nempe nihil præsens, sed aliquid possibile.

Vnde rectè colligas primo hos duos terminos, nihil, & aliquid, seu non ens, & ens, licet secundum se sint contradictorii, & consequenter alterutrum inesse debeat subiecto cuiusque sumpto, ut est a parte rei: subiecto tamen sumpto, ut est obiectivè in intellectu, quemadmodum est essentia creaturæ præcisa per intellectum ab existentia, posse neutrum inesse. Secundò interdum id, quod sub una ratione est verè nihil, seu non ens, sub alia posse verè esse aliquid, seu ens, & è contrario, nempe verè nihil, seu non ens oppositum enti principaliter, & simpliciter sic dicto, hoc est existentem, seu præsentem, posse esse verè aliquid, seu ens minus principaliter, & secundum quid, seu cum addito diminuenente sic dictum, hoc est non existens, seu præsens, sed vel præteritum, vel futurum, vel saltem possibile, & è contrario.

Dixi interdum, non autem semper, quia quod est omnino nihil, seu non ens principaliter, & simpliciter sic dictum, hoc est oppositum enti possibili, quod nihil, seu non ens uno verbo est impossibile, nullo modo aliquid, aut ens dici potest, nisi cum addito non solum diminuenente, sed etiam distrahente vocabulum a propria significatione nempe ens impossibile. Tertio falli eos, qui essentiam rerum creaturarum confundunt cum earum esse præterito, vel futuro, vel possibili, quasi idem sit considerare res creatas secundum ipsarum essentiam, & considerare, secundum ipsarum esse præteritum, vel futurum, vel possibile, cum esse tiam, ut essentia in creatis sit pura quidditas secundum se abstracta, & ab omni existentia, non solum præsentem, sed etiam præteritam, futura, & possibile; quæ quomodo inter se differant, paucis hic exponendum est.

550 Existentia præsens dicitur, quia formaliter res actu est in rerum natura: præterita, quia fuit: futura, quia erit: possibilis, quia potest esse: Sed præsens, ut a præterito futuro, & possibili distinctum, eandem semper habet notionem, quam dixi.

3
Aliquid
nihil.

3
Præsen-
s, præteritum,
futurum,
possibile

Præteritum aliquando dicitur, quod fuit, & iam non est, ita ut præter positivum, secundum quod fuit, includat etiam negativum existentie præsentis aliquando quod fuit, etiam nisi adhuc sit, ita, ut quatenus præteritum solum præcisiue, non autem negatiue abstrahat ab existentia præsentis. Futurum verò aliquando dicitur, quod erit, & nondum est, ita, ut præter positivum secundum quod erit, includit etiam negationem existentie præsentis aliquando quod erit, etiam si iam sit, ita, ut quatenus futurum solum præcisiue, non autem negatiue abstrahat ab existentia præsentis. Possibile de hiis aliquando dicitur, quod potest esse, & non est, aut etiam non fuit, nec erit, ita ut præter positivum secundum quod potest esse, includat etiam negationem existentie præsentis, aut etiam præterita, & futura: aliquando quod potest esse, etiam si actu sit, ita, ut quatenus possibile solum præcisiue, non autem negatiue abstrahat ab existentia præsentis. Non solum autem præteritum, & futurum, sed etiam possibile secundum positivum, quod dicit, refertur ad præsens: præteritum quidem, ut id, quod aliquando fuit præsens: futurum, ut id, quod aliquando erit præsens: possibile, ut id, quod potest esse præsens: quibus eiusdem ad seipsum nulla sit relatio realis, sed rationis tantum, ut alibi quoque diximus. At præsens ut præsens, distinctum a præterito, futuro, & possibili non est idem formaliter, quod actu existens, sed quod actu coexistens alteri, atque ita dicitur relatiue ad alterum coexistens. Ex quibus colligis existentiam de præsentis, præterita, futura, & possibili non dici uniuocè, sed analogicè: Et quidem ita, ut abstrahendo a creatis, & increatis, prius natura dicatur de præsentis; loquendo autem de creatis prius natura dicatur de possibili, tum de futura, deinde de præsentis denique de præterita.

§ 1. Sed possibile præter relationem rationis ad seipsum præsens, secundum quam dicitur posse esse præsens, dicit etiam rationem terminatiui potentia, quia potest fieri præsens, & in hoc sensu dicitur possibile, ut possibile reduplicare non quidem intrinsecè, sed extrinsecè potentiam, cuius est terminatiuum, seu per quam potest fieri actu existens, & consequenter alteri coexistens, seu præsens. Quamobrem quado queritur quid sit possibile, vel sumitur possibile reduplicatiue, & formaliter, ut possibile, &

sic dicitur, tum rationem terminatiui, quam dixi, tum relationem rationis ad seipsum actu existens, & consequenter alteri coexistens, seu præsens: uel sumitur specificatiue, & materialiter pro eo, quod est possibile, & sic dicitur rationem positivam entis non materialiter sumpti, id est essentia eius, quod dicitur possibile, abstrahendo ab omni alio. Et quamuis huiusmodi essentia, ut sic, non dicat esse ab alio, uel non esse ab alio, ut possibile tamen est ab alio, & consequenter posterior natura illo alio. Contra verò impossibile sumptum reduplicatiue, & formaliter, ut impossibile, dicit negationem tum rationis terminatiui, quam dixi, tum relationis rationis ad seipsum, ut actu existens, & consequenter alteri coexistens, seu præsens: sumptum verò specificatiue, & materialiter pro eo, quod est impossibile, dicit negationem rationis positivam entis non materialiter sumpti, id est essentia eius, quod dicitur impossibile. Sed quia negatio, ut negatio, seu nihil, ut nihil concipi non potest, nisi per modum entis, tunc dicitur a nobis concipi aliquid impossibile, quando concipitur aliquid tãquam ens, seu essentia quædam positiua terminatiua potentia, per quæ possit fieri actu existens, & præsens, cum non sit ens, seu essentia huiusmodi: seu quæ id est, quando concipitur tanquam possibile id, quod implicat contradictionem, id est in sua ratione inuoluit ens, & non ens illi oppositum; licet ut est obiectiue in intellectu concipiatur inuoluerè tantum rationem entis. Atque ex his illud etiam patet, quemadmodum si possibile reduplicatiue sumatur rectè dicitur, idcirco aliquid esse possibile, quia datur potentia, per quam fieri potest: ita si impossibile reduplicatiue sumatur, rectè dicitur, idcirco aliquid esse impossibile, quia non datur potentia per quam fieri possit: & quemadmodum si possibile specificatiue sumatur, non rectè dicitur, idcirco aliquid esse possibile, seu habere rationem positivam entis, seu essentia, quia datur potentia, per quam fieri potest: ita si impossibile specificatiue sumatur non rectè dicitur, aliquid esse impossibile, seu implicare contradictionem, quia non datur potentia, per quam fieri possit: denique quemadmodum possibile specificatiue sumpti, seu essentia, quæ fieri potest actu existens, spectata præcisiue, ut essentia, prius est ratione, quam possibile reduplicatiue sumptum, seu quam essentia, ut ter-

impossibile.

minatiua potentia, per quam fieri potest actu existens: ita impossibile specificatiue sumptum, seu quod implicat contradictionem, prius ratione esse, quam impossibile reduplicatiue sumptum, seu quam habens negationem terminatiui potentia per quam fieri possit. Hactenus de prima eius diuisione proposita.

512. Altera erat diuisio in ens increatum, & creatum. Ens increatum non aliud est, quam Deus, de quo, vt vnus est, seu, vt naturaliter cognoscibilis est, pertinet quidem ad Metaphysicum agere: sed quia hanc etiam sibi partem Theologi non abnuentibus Philosophis vindicant, eam illis vltro relinquemus: quid Arist. de Deo senserit, tantum attingemus. Nec dubitari sane potest, quin ijs multa de Deo praeclara tradiderit, ut quod sit, & vnus, immaterialis, seu incorporeus, & omnis expertus magnitudinis, & consequenter indiuisibilis, seu impartibilis, a sensibilibus separatus, aeternus, immobilis, seu immutabilis, impassibilis, inalterabilis, per suam substantiam intelligens intellectu maxime delectabilis, quae sit vita optima, & perpetua, idemque actus, & sempiternus, optimumque viuens, & principium, unde omnia pendent, & optimus, ac pulcherrimus sit. Sed quaedam tamen istorum non satis probasse: in alijs quibusdam minus recte de Deo videtur sensisse. Certè in octauo Phys. primum motorem, cuius nomine intelligit non aggregatum ex omnibus ceterorum motoribus, nec primam intelligentiam post Deum, sed Deum ipsum, non euidenter probat dari: nec item euidenter probat eum esse vnus in text. 48. & 49. quid sit de ratione, quam ad idem probandum assertit in fine duodecimi Met. quam, vt meliorem, sed non, vt euidenter viti graues admittunt: nec esse immobilem, & immaterialem, seu incorporeum. Non videtur tamen in ea fuisse sententia, non quidam illi tribuunt, Deum finaliter tantum, non autem efficienter, aut etiam efficienter quidem, non tamè immediate mouere supremum caelum, & alia omnia finaliter tantum, non autem efficienter causare putauerit: sed in ea, vt etiam efficienter, & immediate mouere supremum caelum, & non finaliter tantum, sed etiam efficienter causare alia omnia existimauerit. At immensitatem Dei non solum non agnouisse, sed negasse videtur. nihil tamen con-

cludit ratio, qua in octauo Phys. text. 84. vtitur ad probandum primum motorem esse in circumferentia supremi caeli maior inter Interpretes controuersia est, an Arist. primo motori, seu Deo potentiam in finitè tribuerit. satis nihilominus certum videtur non tribuisse. certum etiam non euidenter probasse in octauo Phys. text. 78. nullam potentiam finitam posse mouere tempore infinito. nec text. 79. nullam potentiam infinitam posse esse in magnitudine finita quibus proportionibus non ad probandum primum motorem, seu Deum esse infinitum, sed ad probandum esse impartibilem, omninè carètem magnitudine, quod probandum proposuerat text. 78. vtitur tum text. 86. & ultimo eiusdem libri, tum etiam text. 41. 12. Met. An uerò sibi ipse consistit, dum ex vna parte pluribus locis, aut supponit, aut docet Deum cognoscere oia, ex altera parte in 12. Met. 51. docet diuinam mentem (ipsam quidem intelligere, sed non alia, quae, & probare nititur illis verbis, etenim quaedam melius est non uidere, quam uidere, alioquin non fuerit quod optimum intellectio, difficile est iudicare. Certius illud videtur, eum esse Deum per intellectum, & voluntatem agere senserit existimasse tamen esse determinatum ad volendum, atque ita esse agens necessarium, non liberum. insigni videlicet documento, quam facile summa etiam ingenia suis freta viribus, & diuino desituta praesidio labantur.

513. Ens creatum in praedicta diuisione non presè, sed latè sumitur, vt còplectitur non solum quod immediatè ex nihilo, seu independentè a subiecto productum est, sed etiam, quod mediatè, hoc est genitum quidem est, sed ex materia immediata ex nihilo, seu independentè a subiecto producta, & uno verbo omnia præter Deum. Itaque hoc diuisionis membro continentur etiam Angeli, seu intelligentiae aliae à Deo, de quibus itidem Metaphysici est agere, sed hoc etiam non onere Theologi liberant. Illud dixerim. Aristot. eodem ferè modo de secundis intelligentiis ac de prima philosophatum videri, nisi quod fecundas a prima pendentes, & numero spæris caelestibus, infra supremam, & primam Intelligentiam ad mouendum assignatam, constitutis, iisque aliter ex Eudoxi, aliter ex Calippi sententia enumeratis, pares facit. Theologi nimirum hic etiam consulendi.

5
Ens in-
creatum,
seu Deus.


6
Ens crea-
tum.

Dubitacionem habere non poteſt quod ſequitur: monendum tamē videretur, quod aliqui etiam indubitata in dubium interdum vocent: cum ſcilicet ens in increatum & creatum diuiditur, diuiſionis membra ſumi realiter, ita vt nullum fit ens, quod realiter, vel increatum, vel creatum modo explicato non ſit, non autem formaliter, quomodo certum eſt alias rationes formales ab his omnino diuerſas, neutram ex his eſſe, ſed alias formaliter: & quod hinc ſequitur ipſam etiam creationem paſſiue ſuam, ſecundum quam creatura intrinſecē creatura dicitur, licet formaliter non ſit quid creatum, ſed ipſa creatio, qua ut forma metaphyſica creatura conſtituitur,

realiter tamen eſſe quid creatum.

Idem proportionaliter dico de alia diuiſione entis in cauſam, ſeu cauſam, & cauſatum, quæ ſatis ex libro ſuperiori, vbi de cauſis patet. Tantūmodo priore diuiſionis membro comprehenditur Deum, tum creaturas, quæ rationem cauſæ participat, poſteriore tantum creaturas, & ut diuiſio omni omnino enti adequata ſit, nomine cauſæ, & cauſati intelligenda eſſe non ſolum, quæ rationem cauſæ, & cauſati habet in præſenti, ſed etiam, quæ habuerunt, vel habebunt, vel habere poſſunt.

7
Cauſa &
cauſatum



ENS VNIVOCVM, æquiuocum, & analogum.

Cap. IV.



554

D

Tuisio hæc entis, quæ quomodo entis conveniat, infra dicitur, quæq; in logica rudius, & quantum ad Logicæ finem satis est, in Metaphysicæ subtilius explicari debet, aliter etiam tradi solet in uniuoca, & æquiuoca, quæ deinde subdiuidantur in æquiuoca à casu, quæ propriè, & præse dicuntur æquiuoca, & æquiuoca à consilio, quæ propriè, & præse dicuntur analogæ, ut infra. Et quamuis uniuocæ, Græcè synonyma, & æquiuocæ, Græcè homonyma ex vi vocabulorum ferè non distinguantur, nec aliud significant, quam cognomina, seu habentia simul vnum, & idem nomen: ex Philosophorum tamen usu, magno opere differunt.

Uniuoca igitur ab Aristot. in Antepredicamentis cap. primo rectè in hunc modum definiuntur. Uniuoca dicuntur, quorum, & nomen commune est, & secundam nomen eadem substantiæ ratio, id est essentia omnino similis, & consequenter vna unitate virtuali supra explicata, secundum quæ multa omnino similia in eo, in quo similia sunt specificatiue sumpta, sunt terminatiua vni conceptus. Ad hanc autem omnimodam essentia similitudinem uniuoco-

rum propriam requiritur, ne essentia per nomen significata adæquatè sumpta natura sua omnino equaliter, seu eque primò, & æquè perfectè conueniat omnibus uniuocatis, seu omnibus, de quibus huiusmodi essentia prædicatur, quæ necessario debent esse multa, vel actus, vel saltem potentia.

Dixi omnibus uniuocatis, quia est uniuocorum alia sint, quæ dicuntur uniuoca uniuocantia, id est voces uniuocam habentes significationem falsam, quæ dicuntur uniuoca æquiuocata, id est res uniuoco vocabulo significata, in prædicta definitione definiuntur tantum uniuoca uniuocata. Et cum hæc subdiuidantur in essentialia, quæ scilicet sunt de essentia eorum in quibus sunt, & accidentalia, quæ scilicet non sunt de essentia eorum, in quibus sunt, sed illis accidunt, prædicta definitio, licet ex intentione Aristot. conueniat tantum uniuocis essentialibus, abstrahendo tamè ab intentione Aristot. conuenit non solum uniuocis essentialibus, sed etiam accidentalibus, quæ Aristot. appellat denominatiua, & peculiari definitione definit, nec aliud breuiter sunt, quam concreta accidentalia uniuoca hæc: cum tantum intendit Aristot. definire, quæ unius denominatiua secundum se alia sint uniuoca, alia non uniuocæ.

Denique cum uniuoca essentialia essentialia, sicut etiam accidentalia, subdiuidantur in uniuoca participata, id est natura

f
Uniuoca.

communes vniuoco vocabulo immediate ſignificatas, & a pluribus eadem ratione participatas, vt animal reſpectu hominis, & bruti, & vniuoca participantia, id eſt ipſa plura, ſue ſingularia, quæ naturam communem, ſue minus vniuerſalia, quæ naturam communem, ſeu vniuerſaliorem vniuocè participant, vt Petrus, & Paulus reſpectu hominis, homo, & brutum reſpectu animalis; in prædicta definitione non deſcribuntur tantum vniuoca eſſentialia participantia, nec tantum participata, ſed vtraque formaliter ſumpta: & definitio ſub una ratione eſſentialis, ſub alia accidentalis dici poteſt.

9
Aequiuo-
ca.

555 Aequiuoca rectè item ab Ariſtotele ibidem deſiniuntur eſſe, quorum nomen ſolum commune eſt (intellige materialiter, ſeu quoad ſonum vocis, nõ formaliter, ſeu quoad ſignificationem) ſecundum nomen vero ſubſtantie ratio (id eſt eſſentia) diuerſa, quæ definitio non æquiuocis, quæ dicuntur æquiuocantia, id eſt uocibus æquiuocis habentibus ſignificationem, ſed æquiuocis æquiuocatis, id eſt rebus æquiuoco uocabulo ſignificatis conuenit. & ſi quidem particula illa ſubſtantie ratio diuerſa ita explicetur, vt ſignificet eſſentiam omnino diuerſam, definitio non conueniet niſi æquiuocis a caſu, id eſt habentibus idem nomẽ, & rationem per nomen ſignificatam omnino diuerſam, cuiusmodi ſunt Gallus homo, & gallus auis: quæ idcirco dicuntur æquiuoca a caſu, ſeu a fortuna, quia caſu, ſeu fortuna fit, vt idem nomen rebus omnino diuerſis imponatur: atque hæc ſunt æquiuoca præſe dicta, quæ dicuntur etiã purè æquiuoca, & abſolutè æquiuoca: ſi verò ita, vt non ſignificet eſſentiam omnino diuerſam, ſed vel omnino diuerſam, uel partim diuerſam, ſeu diſimilem, partim ſimilem, deſinitio conueniet, tum æquiuocis a caſu, de quibus iam diximus, tum æquiuocis a conſilio, id eſt habentibus idem nomen, & rationem per rationem ſignificatam aliquo modo ſimilem, ſimpliciter tamen diuerſam: quæ dicuntur æquiuoca a conſilio, quia conſilio fit, ut rebus aliquo modo ſimilibus, licet ſimpliciter diuerſis, idem nomen imponatur. atque hæc ſunt æquiuoca latè dicta, ſeu analogæ, & ſunt quodammodo media inter vniuoca, & purè æquiuoca. Et hoc ſecundo modo ex Ariſtotele intentione videtur prædicta definitionis particula explicanda, qua uis ex ejuſ-

dem etiã intentione definitio, qua item ſub vna ratione eſſentialis, ſub alia accidentalis dici poteſt, principaliter æquiuocis a caſu, minus principaliter æquiuocis a conſilio, ſeu analogis conueniat.

556 Inter æquiuoca a conſilio, ſeu analogæ non rectè numerantur ea, quæ a quibusdam dicuntur analogæ inæqualitate, ſeu ſecundum inæqualitatem, & deſiniuntur eſſe, quæ habent idem nomen, & ſecundum nomen rationem omnino ſimilem, in æqualiter tamen perfectam in inferioribus. vt anima, quod licet ſecundum ſe ſpectatum vniuocè in omnibus ſuis inferioribus reperitur, ob inæqualitatem tamen differentiarum, a quibus contrahitur, in una, & in alia ſpecie perfectius eſt. Quare hiſ miſis, quæ vniuoca non analogæ ſunt, analogæ diuiduntur, in analogæ attributionis, & analogæ proportionis. Analogæ attributionis, ſeu ſecundum attributionem, ſeu per attributionem, ſeu, ut loquitur Ariſtoteles, ab uno ad vnum, dicuntur, quorum eſt idem nomen, ſaltem loquendo de minus principalibus analogatis, & ſecundum nomen ratio eadem quoad terminum, diuerſa quoad relationem, ſeu habitudinem ad terminum.

Dixi ſaltem loquendo de minus principalibus analogatis, quia principale analogatum non ſemper eodem uocatus nomine, quo minus principalia analogata. Dicitur autem principale analogatum illud, in quo res per nomen analogum analogia attributionis ſignificata formaliter, & intrinſecè reperitur, vt ſanum in anima, & ens in ſubſtantia: minus verò principalia analogata illa, in quibus res per nomen analogum analogia attributionis ſignificata, uel non reperitur formaliter, & intrinſecè, ſed tantum ſecundum aliquam denominationem extrinſecam fundatam in aliqua relatione, ſeu habitudine, quã prædicta analogata minus principalia dicunt ad principale analogatum, vt ſanum in pulſu, erbo, medica mento, & aliis: uel reperitur quidem etiam formaliter, & intrinſecè, non tamen principaliter, ſed minus principaliter, ut ens in accidente.

Denominantur verò minus principalia analogata a principalibus analogatis, interdum tanquam a fine, ut medicina ſana a ſanita te animalis interdum tanquam ab efficien-

10
Analogæ.

te, vt præcepta, & instrumenta medica à Medico: interdum tanquam ab Idea etiam externa, vt hemopictus, & marmoreus ab homine vero: interdum tanquam à materia, vt accidentia dicuntur entis entia, quatenus sunt quid substantia, in qua sunt, quæ principaliter dicitur ens, licet accidentia secundum aliam rationem dicantur etiam secundum sententiam, & substantia aliter etiam ad accidentia se habeat, quam vt materia.

557 Analogia proportionis, seu secundum proportionem dicuntur, quorum est idem nomen, & secundum nomen ratio non omnino, sed proportionaliter eadem, seu similes. In hoc autem distinguitur proportio præse dicta ab illa habitudine quantitatum, quæ dicitur ratio, quod ratio, græcè $\lambda\gamma\omega\varsigma$, ut ab Euclide libro quinto definitur, est duarum magnitudinum eiusdem generis mutua quædam secundum quantitatem habitudo, qualis est verbi gratia, inter duo, & quatuor, quæ dicitur ratio dupla: proportio autem græcè $\alpha\pi\lambda\alpha\sigma\iota\alpha$, vt ab eodem ibidem definitur, est rationum similitudo, qualis est, verbi gratia, inter duo, & quatuor ex una parte, & quatuor, & octo ex altera, quæ dicitur proportio dupla.

Communior tamen recentiorum latinorum vsus obtinuit, vt habitudo illa duarum quantitatum, quæ ab Euclidis interprete dicitur ratio, appellatur proportio: habitudo autem illa, quæ ab Euclidis interprete dicitur proportio, appellatur proportionalitas: Et huiusmodi habitudo reperitur etiam in his analogis, quæ propriè dicuntur proportionis, vel proportionalitatis, quale analogum est principium, vt dicitur de principio lineæ, siu minis, vitæ, & pes, vt dicitur de pede animalis, montis, & fecuræ.

558 Tam autem inter analogia attributionis, quam inter analogia proportionis, alia sunt pura, alia mista.

Analogia puræ attributionis dicuntur illa, inter quæ nulla est analogia proportionis, vt sanum, quatenus dicitur de animali, pulsu, & medicamento.

Analogia puræ proportionis, illa, inter

quæ nulla est analogia attributionis, vt principium, quatenus dicitur de principio lineæ, siu minis, vitæ.

Analogia mista ex attributione, & proportionem, illa, inter quæ est analogia, tum attributionis, tum proportionis. Vt ens, quatenus dicitur de Deo, & creaturis, de substantia, & accidente. Et hæc subdividuntur in propria, & in propria-propria dicitur, quæ propriè participant formam per nomen analogum significatam, vt substantia, & accidens rationem entis, in propria, seu metaphorica, quæ inuopriè, & metaphoricè participant formam per nomen analogum significatam, ut homopictus, & homo marmoreus rationem hominis. Alias minus usitatas analogorum tam attributionis, quam proportionis diffusiones omitto illud omitendum nõ est analogia proportionis, propter vocabulorum inopiam, interdum cadere in actu secundo nomine, quo illud, quod est inter ipsa proportionale significatur. Querētis aut, an cum multa, nulla habita ratione convenientiæ ipsorum inter se, sed tantum ob memoriam, vel amorem alicuius, vel ob spem aliquam, vel alia huiusmodi de causa, eodem nomine appellatur, vt eus quibus nomen imponit patris, vel alterius, cuius memoriam conseruari, vel consilium simile esse cupit, aut sperat, consentida sint æquiuoca a consilio, an a casu? Respondetur simpliciter sentienda esse æquiuoca a casu, si in re nullam habeant convenientiam: secundum quid tamen dici posse æquiuoca a consilio, quatenus in mente, & desiderio nomē imponētis aliq̄ habent convenientiam. Rursum querētis an analogia puræ proportionis sint verè analogia, an, ut aliqui putant, vniuoca? Respondetur esse verè analogia: Quod tamē dici solet vnum analogatum. Iq̄ definitum esse in ordine ad alterum, intelligendum esse de analogatis attributionis, siue puræ, siue mixtæ cum proportionem, minus principalibus. non autem de analogatis puræ proportionis. Quod autem aliqui dñt hoc inter analogia, & vniuoca esse discrimē, qđ illa a parte rei non sunt præcisæ, hæc a parte sūt præcisæ a suis differentiis, nõ solum, ut falsum, sed etiam, ut impossibile reijciendum est; licet verum sit analogia adæquate sūpra in cōceptu suo obiectiuo inuoluere differentias, vniuoca vero adæquate sumpta non inuoluere. Atque ex

his tãdem intelligi poteſt, diuiſionẽ in ens
vniuocum, æquiuocum, & analogum, eſſe
quidem adæquatam: Illius tãmen mẽbris
formaliter ſumptis, non conuenire enti
ſecundum ſe præciſe ſumpto, ſed enti,
vt nominabili, & conceptibili, ſeu ter-
minatiuo nominum, & conceptuum, qui-
bus nominari, & concipi poteſt: Eiuſ-
dem autem mẽbris, realiter, ſeu

materialiter ſumptis, conuenire enti
ſecundum ſe præciſe ſumpto,
abſtrahendo ab eo,
quod ſit ter-
mi-
natiuum nominum, & con-
ceptuum, quibus no-
minari, & conci-
pi poteſt.



ENS VNIVERSALE,

& particula- re.

Cap. V.



559

I
Vniuersa
le.



Acc etiam entis diuifio, proportionaliter, vt alia proximè explicara, fub diuerfa ratione ad Logicã & Metaphyficam pertinet.

Atque vniuerfale quidem ex vi vocis fignificat aliquid ad multa pertinens, & diuiditur in vniuerfale complexum, & in complexum. Vniuerfale complexum dicitur propositio quælibet vniuerfalis.

Vniuerfale incomplexum fubdiuiditur in vniuerfale in caufando, in fignificando, in repræfentando, in effendo, in prædicando. Vniuerfale in caufando eft illud, quod licet fit aliquid fingulare, tamè poteft multa caufare, vt Deus, vel Sol.

Vniuerfale in fignificando eft illud, quod licet fit aliquid fingulare, tamen multa fignificat, vt hæc vox (homo) Vniuerfale in repræfentando eft illud, quod licet fit aliquid fingulare, tamen multa repræfentat, vt idea plures fimiles domus. atque ad hoc reducitur etiam vniuerfale in imitando, vt domus ad imitationem plurium Idearum conftituta. Vniuerfale in effendo eft unum aptum effe in pluribus, vt homo, feu natura humana. Vniuerfale denique in prædicando eft vnum aptum præ-

dicari de pluribus, vt item homo. Nominè tamen vniuerfalis non eft intelligendū hic, nifi vniuerfale in effendo, & confequenter etiam in prædicando, quæ realiter idè funt, licet formaliter differant. Vniuerfale igitur in effendo non datur, nec dari per vllam potentiam poteft extra fingularia, & confequenter explodenda penitus eft opinio aiferens effe naturas quafdam communes a fingularibus fenfibilibus feparatas, feu per fe exiftentes, infenfibiles, ingenerabiles, incorruptibiles, immutabiles, & æternas, appellatas Ideas, quarum participatione fingularia, fenfibilia habeant fuum effe fpecificum, & genericum tanquam a veris principijs fui effe.

Quam opinionem, etfi Ariftoteli Platoni tribuit, eamque Plato alicubi præfertim in Parmenide, & Timæo paulo ante medium indicare videatur: credibile tamen videri poteft, quod alij exiftimant, illum tamen patentem abfurditatem nõ admiffiffe: fed idearum nomine interdum intellexiffe Ideas diuinas: interdum vero intellexiffe idem, quod intellexit Ariftoteli. per naturas vniuerfales per fe infenfibiles, ingenerabiles, incorruptibiles, immutabiles, & æternas in bono fèfudici folitas, vt infra: quas idcirco Ideas appellauerit, quod imagines, & fimulachra funt fuarum idearum in mente diuina exiftentium.

Atque hæc pofteriore idearum apud Platonem notione pofta, dicendum confequenter eft, eum dixiffe Ideas effe fub-

stantias, quia Ideas, seu naturas vniuersales substantiales principaliter, etsi non solum considerantur: & eadem extra singularia esse docuisse, non quia realiter, sed quia formaliter, seu virtualiter a singularibus distinguuntur: ac licet omnium generum, & specierum Ideas in 10. de Republica posuerit, in Timæo tamen non posuisse Ideas esse obiecta conceptuum communium quorumcunque, sed tantum scitificorum, in eo scientiam, quam ibi intelligentiam vocat, ab opinione distinguendo, quod scientiæ obiectum sunt Ideas, id est naturæ communes, seu vniuersales, quas diximus, non quia semper, sed quia perueniunt ita sit.

§60 Idem vniuersale in essendo datur in singularibus, & quadruplex ex Arist. colligitur eius definitio.

Prima est ex septimo Met. text. 45. Vniuersale est illud, quod natura aptum est esse in pluribus. Secunda ex primo Poster. text. 55. Vniuersale est vnum existens in pluribus. Tertia ex primo Periber. cap. 3. Vniuersale est, quod aptum est prædicari de pluribus. Quarta ex primo Poster. text. 45. cit. Vniuersale est vnum, quod prædicatur de pluribus. Quæ omnes sunt bene definitiones, modo in secunda illud (esse in pluribus) & in quarta illud (prædicari de pluribus) sumatur, ut sumi debet in actu primo, pro eo scilicet quod est aptum esse in pluribus, & prædicari de pluribus ita, ut coincidat secunda definitio cum prima, & quarta cum secunda non omnes tamen sunt essentielles, sed tantum prima, & alie quatenus reducuntur ad primam, in qua si loco particule (illud,) qua significatur genus remotum, ponatur particula (vnum) qua significatur genus proximum, perfecta, & essentialis definitio vniuersalis erit, vnum aptum esse in pluribus, seu quod idem est vnum in pluribus, saltem potentia. Quæ definitio sic explicanda est, ut per particulam (vnum) intelligatur tantum vniuersale esse quid vnum in eorum abstrahendo ab eo quod fit vnum huc, vel illa unitate, per particulam vero (in pluribus) determinetur, qua unitate vniuersali dicatur esse quid vnum, quæ non alia est, quam unitas formalis, seu essentialis, qua aliquid dicitur esse vnum commune pluribus, quibus insit, ac de quibus consequenter prædicari potest, & est unitas æquiuocans, seu vir-

tualis, seu quod idem est, fundametalis, qua naturæ realiter plures saltem potentia, & similes, in eo, in quo similes sunt, specificatiue sumptæ æquiuale vni, quatenus ita sunt terminatiue vni conceptus, ac si essent realiter una, seu quod idem sunt, sunt fundamentum cur vni conceptu concipi possint, ac si essent realiter vna, ut dictum est supra, vbi de unitate.

Dixi saltem potentia, quia ad rationem vniuersalis non requiritur, ut prædictæ naturæ realiter plures dentur a parte rei in actu secundo, sed satis est, si dentur in actu primo, seu dari possint, & hoc est, quod exprimitur per particulam illam (aptum esse) vel in alia definitione supra allata per illam (saltem potentia.) Neque hæc aptitudo, seu potentia vniuersalis ad essendum in pluribus est formaliter non repugnantia, seu negatio repugnantia ad essendum in pluribus, sed positua proprietas consequens naturam, quæ dicitur vniuersalis, ab illa tamen formaliter, seu virtualiter tantum distincta; per quæ natura, quæ dicitur vniuersalis, constituitur talis, ut possit habere plures similes, seu quod idem est, ut sit terminus potentiaæ actiue, quæ ita potest realiter multiplicari, ut sit in pluribus similis: vnde colligas aptitudinem, seu potentiam vniuersalis ad essendum in pluribus, in ipsa natura, quæ dicitur vniuersalis, esse passiuam modo explicato, non actiuam: licet possit etiam huiusmodi positua aptitudo, seu potentia explicari per negationem repugnantia ad essendum in pluribus, quæ ad illam consequitur.

§61 Sed ut melius intelligatur, quo sensu supra dictum sit, vniuersale dari in singularibus, distinguendum est vniuersale in vniuersale.

Fundamentaliter, seu materialiter, & vniuersale formaliter sumptum. Vniuersale fundamentaliter, seu materialiter, sumptum remore sunt indiuidua, proxime vero est ipsa natura, quæ dicitur vniuersalis sumptæ secundum se præcisè, ut talis natura est, verbi gratia, natura humana, ut natura humana est: & hoc modo non est dubium, quin detur vniuersale in singularibus.

Vniuersale vero formaliter sumptum est eadem natura, quatenus habet vniuersalitatem. Sed ut dupliciter sumitur vniuers-

salitas, ita dupliciter sumitur vniuersale formaliter; uno modo pro eadem natura, quæ dicitur vniuersalis, quatenus habet vniuersalitatem realem, hoc est quatenus est una apta esse in pluribus, seu quatenus est una in pluribus, saltem potentia unitate in virtuali, seu fundamentali, & a proutudine, seu potentia paulo ante explicata, quæ simul sumptæ constituunt vniuersalitatem realem: & hoc etiam modo datur vniuersale in singularibus a parte rei ante omnem intellectus nostri operationem.

Ac iuxta hæc intelligenda est, tum diuifio, quam Aristot. primo Perih. cap. 1. tradidit his uerbis; sunt hæc quidem rerum vniuersales, illæ uero singulares, tum definitio vniuersalis supra allata, tum omnis eiusdem doctrina de vniuersalibus.

Altero modo a quibusdam sumitur pro eadem natura, quæ dicitur vniuersalis, quatenus habet vniuersalitatem rationis, hoc est quatenus est una apta esse in pluribus non unitate virtuali, seu fundamentali, & a proutudine, seu potentia explicata, quæ uitraque in naturis realibus, quæ dicuntur vniuersales, realis est; sed pro unitate reali simpliciter sic dicta, hoc est excludente realem diuisionem plurium naturarum in specie, uel in genere similibus, & a proutudine ad essendum in pluribus huiusmodi unitatem comitante, quæ simul sumptæ constituunt aliam quandam vniuersalitatem rationis: & hoc modo non datur vniuersale in singularibus a parte rei ante omnem intellectus nostri operationem, sed datur obiectiue tantum in intellectu, ut potè constitutum, non autem uerum vniuersale.

Atque hæc distinctione facile conciliantur duæ in speciem contrariæ sententiæ, quarum altera vniuersale in singularibus a parte rei dari, ait, altera negat. *§6.* Omnino tamen reiiciendum est, tum quod quidam docent, una quæcumque natura vniuersalem, in singularibus habere unitatem formalem a parte rei distinctam ab unitate numerali, & minorem illa, tum quod alii tradunt, una quæcumque naturam vniuersalem secundum se sumptam, priusquam in rerum natura, aut etiam in intellectu existat habere unitatem quandam præcisionis, quam in singularibus a parte rei non retineat.

At quod dici solet vniuersale esse ingenerabile, incorruptibile, immutabile, æter-

num, insensibile, semper, & ubique, ita accipiendum est, ut vniuersale, siue materialiter, siue formaliter formalitate reali supra explicata sumptum dicatur ingenerabile, incorruptibile, immutabile, æternæ ratione essentia, seu prædicatorum essentiarum, quæ in omni differentia temporis semper eadem illi conueniunt; quo sensu propositiones aliquæ de rebus etiam corruptibilibus dicuntur æternæ ueritates, ut alibi diximus: dicatur etiam ingenerabile, incorruptibile, immutabile, non omnino, sed per se primò, & immediatè, licet in indiuiduis generabilibus, & corruptibilibus, ad ipsorum, quibuscum identificatur, generationem, corruptionem, mutationem, etiam ipsum realiter generetur, corrumpatur, mutetur: dicatur præterea insensibile secundum se præcisè, licet in indiuiduis sensibilibus sit sensibile: dicatur denique sp, & ubique esse non positio, sed negatio: quatenus nec tempus, nec locum certum, & determinatum ex se postulat. Quæsitio autè illa, per quam cognitionè intellectus fiat vniuersale formaliter, non est intelligenda de vniuersali sumpto formaliter formalitate reali supra explicata, sed de vniuersali sumpto formaliter formalitate rationis. Quod, cù sit (quanquàm fieri necesse non est) non sit per illa cognitionè intellectus agens, quæ est productio speciei intelligibilis in passæ nec per cõparationem, seu cognitionè cõparatiuam, qua intellectus plura inter se cõparat, quatenus in natura similia sunt, nec per abstractionem, seu cognitionè absolutam, qua natura communis abstractitur per intellectum a differentiis; & sed in sua essentia præcisè cognoscitur: nec per illa præcisè cognitionem absolutam, qua natura cõis ià ab inferioribus, per intellectum abstracta cognoscitur, ut una unitate reali simpliciter sic dicta, seu excludente realem diuisionem plurium naturarum similibus, quæ unitatè ià diximus non esse nisi obiectiue in intellectu, sed fieri sepe solet partim per hanc cognitionè directam, seu absolutam, qua natura cõis abstracta cognoscitur, ut una unitate, quæ dixi, partim per cõparationè, seu cognitionè comparatiuam, qua eadè natura ià cognita, ut una unitate, quæ dixi, cognoscitur ulterius, ut apta esse in pluribus a proutudine consequente ad unitatè, quæ dixi: fieri tamen etiam potest, si quis naturam iam abstractam, & cognitam, ut unam unitatè, quam dixi, concipiat actus

eſſe in pluribus, vel abſtractam, & cognitam iam, vt actu, vel potentia exiſtente in pluribus, concipiat, vt vnam vnitatem, quam dixi.

563. Nec abſtractio naturæ communis ita neceſſario fieri debet a pluribus indiuiduis, ut non poſſit etiam fieri ab vno tantum, & quamuis, ſi præter illud vnum nõ poſſet per vllam potetiam dari aliud eiusdem ſpeciei, ſeu numero tantum ab illo diſtinctum, non poſſet ab illa fieri abſtractio naturæ communis ſpecificæ, poſſet tamen adhuc fieri abſtractio naturæ communis genericæ. Sed ſicut quidõ fit abſtractio naturæ communis a pluribus ſimul, neceſſario præcedere debet comparatio illorum plurium inter ſe, quatenus in illa natura conueniunt: ita quando fit abſtractio ab vno tantum neceſſario præcedere debet comparatio illius vnus cum ijs, a quibus abſtrahitur, ſi fermo fit de abſtractione non temere, ſed certa ratione facta. Nec per cognitionem illam abſolutam, qua natura communis abſtracta cognoscitur, vt vna præciſe, neceſſario cognoscitur, vt vna vnitatem hæc, vel illa determinata: ſed cognofci poteſt, vt vna unitate abſtrahente ab hæc, & illa vnitatem determinata: quam vnitatem abſtrahente m, ſi quis appellare velit unitatem præciſionis, ſeu indiuiſionem naturæ communis in ſua inferiora non repugnauerim. Sed ſunt qui nomine vnitatis præciſionis intelligere videantur indiuiſionem naturæ communis in ſua inferiora ſumptam pro negatione, ſeu priuatione diuiſionis eiusdem naturæ communis in ſua inferiora, quam priuationem naturæ communis ſecundum ſe præciſe ſumptam adiunctam habeat, antequam in rerum natura, aut in intellectu exiſtat, ſtatim verõ, atque eſt in ſuis inferioribus, amittat: & huiusmodi unitas præciſionis iam ſupra reiecta eſt. Iam autem cognitio abſoluta, qua natura communis abſtracta cognoscitur, vt vna, quam comparatiua, qua cognoscitur, vt actu, vel potentia exiſtens in pluribus eſt cognitio directæ, ſed quæ dici etiam poſſit reflexa, ſi cognitio reflexa ſumatur non præſe pro cognitione, qua intellectus cognofcit ſuam cognitiuicem, nec latè pro cognitione, qua intellectus cognofcit cognitionem alterius, ſed latè pro cognitione quacunque aliam aliquam in cognitionem ſupponente. Fallum tamen eſt, quod quidam aiunt prædictam

cognitionem comparatiuam nõ poſſe eſſe ſimplicem apprehenſionem, ſed tantum iudicium.

564. Diuiditur a multis vniuerſale in vniuerſale ante rem, in re, & poſt rem. Vniuerſale ante rem, ſeu ante res, ſeu ante multa dicitur natura communis ante, & extra ſingularia ſubiſtens, vt ſingebatur ab opinione tributa Platoni, de qua ſupra. Vniuerſale in re, ſeu in rebus, ſeu in multis dicitur natura communis in iſtis ſingularibus actu, vel potentia exiſtens. Vniuerſale poſt multa dicitur a multis ipla natura communis, vt affecta vniuerſalitate rationis, de qua ſupra: & dici etiam poteſt eadẽ natura communis, ut affecta vniuerſalitate reali, de qua item ſupra. Diuiditur etiam in vniuerſale materialiter, & vniuerſale formaliter, vt ſupra diximus, & vniuerſale materialiter in abſolutum, & relatiuum. Sed vniuerſale ſumptum formaliter, vt ſupra definitum eſt, diuiditur, tum in vniuerſale cum, & æquiuocum, tum celebri illa diuiſione in genus, ſpeciem, differentiam, proprium, & accidens, ſumpta ex variis modis, quibus vniuerſale in pluribus ſaltem potentia ineſt, & conſequenter de pluribus prædicari poteſt: qua eadem diuiſione diuidi conſequenter poteſt etiam prædicabile, non quodcunque, ſed quod ad vniuerſale conſequitur, ſeu de pluribus prædicari poteſt, & nomine prædicabilis abſolute in telligi ſolet.

Quamuis enim vniuerſale propriè, & præſe dictum, & prædicabile, quod ad illud conſequitur adæquate diuidatur in genus, & ſpeciem: vniuerſale tamen abſtrahens a præſe, ac propriè dicto, & latius, ac minus propriè dicto, & prædicabile, quod ad illud conſequitur, quemadmodum, & in pauciora, & in plura, quam quinque; mæbra diuidi poteſt: ita rectè communiter in quinque diuiditur, nempe in genus, ſpeciem, differentiam, proprium, & accidens; vt dictum eſt. Et ſiue ad genus, & ſpeciem tantum, ſiue ad omnia prædicta quinque comparetur, habet rationem generis non vniuerſale, ſed analogicè, quod prius natura ſua dicitur de genere, & ſpecie, quibus ſolis conuenit abſtractio vniuerſalis, quæ fit ab inferioribus. & per eorum deinde participatiuè alijs tribus hoc eſt differentie, proprii & accidenti, quibus, ut talia ſunt, conuenit tantum abſtractio formalis, quæ fit a ſubiectis, vel quaſi ſubiectis. Non habet ra-

2
vniuerſale
in diuiſi

men, vel respectu generis, & speciei, uel respectu omnium prædictorum quinque rationem generis immediate, seu proximè, sed mediatè, seu remotè nec prædictæ quinque species uniuersalis sunt species infinitæ, sed subalternae, nec uniuocæ, sed analogæ.

Introdu-
tionis
porphyri
subiecti.
§65. Causas omnes definit Porphyrius in Introductione, cuius subiectum per se est uniuersale supra definitum commune prædictis quinque, ut ad Logicæ finem cõfert.

Dixi per se, ut excludatur tñ indiuiduũ, de quo Porphyrius agit tãtm in gratiam uniuersalis, tum uniuersale uniuersalitate rationis supra explicata, quod est interdũ a Porphyrio attingatur, non tractatur tamen per se, sed tantũ in gratiam uniuersalis uniuersalitate reali, supra item explicata.

Genus.
Genus igitur, quod aliquando sumitur pro collectione multorum habentium ordinem aliquem, tum inter se, tum ad aliquid tertium, tãquam ad principium, quo modo Romani dicuntur genus Romuli: ali quando pro principio generationis, hoc est pro parente, aut patria, uel potius pro origine, quæ a parente, aut patria ducitur: aliquando etiam confunditur cum specie, de qua infra, sumptum Logicè, ac philosophicè, ut a specie eodem modo sumpta distinguitur, dupliciter a Porph. in cap. de Genere definitur. Primò sic: genus est, cui supponitur species, intellige immediate, & hoc in serie prædicamentali. Secundo sic genus est quod de pluribus, & differentibus specie in eo, quod quid est, prædicatur.

Primam definitionem sumpsit ex Prædicamentis cap. de Substantia, ubi Aristot. subiiciuntur, inquit, generi species.

Secundam ex primo Topic. cap. 4 ubi Aristot. eam totidem uerbis habet. Quæ ambæ sunt bonæ definitiones accidentales, uel essentialis pro naria explicatione, quam possunt admittere. nec in ijs definitur genus sumptum materialiter pro natura, quæ dicitur genus secundum se sumpta, sed genus sumptum formaliter pro natura, quæ dicitur genus sumpta, ut habet genericitatem hoc est uniuersalitatem genericam non rationis, sed realem in naturis realibus, & proportionalem in naturis, seu entibus rationis: quamquam hoc, quod respectu naturæ, quæ denominatur genus, dicitur genus sumptum formaliter, respectu generi-

tatis, seu uniuersalitatis genericæ, quæ in prædicta natura fingitur a ratione, dici potest genus sumptum materialiter, ut proportionaliter dictum est de uniuersali in communi. Quod uerò dicitur genus conuenire suas species, & differentias, nõ ad actũ, & in se, sed potètia, & sub se, est ita intelligi potest, ut eas contineat in potentia nõ reali, sed rationis: in re tamen nihil aliud est, quàm genus latius patere, seu in pluribus reperiri, quàm eius species, & differentia: sicut speciem poni sub genere, in re nihil aliud est, quàm speciem minus latè patere quàm genus: nec ad hoc, ut genus existat, requiritur, ut existant omnes eius species, sed satis est, si existat una, & alia sint possibiles: nec ratio generis sumitur a sola materia, sed a materia, & forma simul in compositis ex materia, & forma, licet aliquod genus magis exprimat materiam, aliud magis formam: in aliis a ratione ipsorum formali.

Triplex autem distinguitur genus, summum, quod supra se nullum; medium, quod & supra, & infra se aliquid; infimum, quod infra se nullum habet aliud genus. Inter quæ tamen, & uniuersaliter inter gradus metaphysicos eiusdem indiuidui nulla datur distinctio a parte rei simpliciter dicta, sed formalis, seu virtualis tantũ.

§66. Species, quæ aliquando sumitur pro forma, seu pulchritudine, sumpta Logicè, ac philosophicè tripliciter ab eodem Porphyrio in cap. de specie definitur.

Primò species est, quæ est sub assignato genere, intellige immediate, & hoc in serie prædicamentali. Secundo species est, de qua genus in eo, quod quid est, prædicatur intellige immediate. Tertio species est, quæ de pluribus, & differentibus numero in eo, quod quid est prædicatur intellige immediate. Quæ omnes sunt bonæ definitiones accidentales, uel essentialis pro uaria explicatione, quam habere possunt, ut dictum est de definitionibus generis. nec ijs definitur species sumpta materialiter pro natura, quæ dicitur species secundum se sumpta, sed species sumpta formaliter, ut proportionaliter dictum est de eo, quod definitur in definitioibus generis. Sed cũ alia sit species infinita, seu atoma, & species finitima, quæ nullam infra se habet speciem, alia subalterna, quæ aliquam infra se habet speciem, quæque, ut respectu superioris habet rationem speciei, ita respectu in-

Species.

ferioris habet rationem generis: duz quidem peiores definitiones omni ſpeciei, poſtrema verò ſoli inſimæ, ſeu atomæ, & ſpecialiſſimè conuenit. nec ſpecies in communi de ſpecie inſimæ, & ſubalterna uniuocè ſed analogicè dicitur: magiſque ſpeciei nomen, & ratio inſimæ, quàm ſubalterna: ratio verò vniuerſalis ſoli inſimæ, non ſubalterna conuenit. Ac licet tam relationes, quibus ſpecies ad genus, & indiuidua, quam relationes, quibus indiuidua ad ſpeciem, & genus, & genus ad ſpecies, & indiuidua referunt, inter ſe diuerſæ ſint: in hoc tamen omnes conueniunt, quod ſunt rationis. Eodem autem proportionaliter modo, quo diximus poſſe genus exiſtere in vniuerſali ſpecie, poteſt etiam ſpecies in vniuerſali indiuiduo.

6
Differen-
tia.

567 Differentia etiam variè accipitur, & ſecundum ſe abſtrahit ab accidentalibus, & eſſentialibus. Sed accidentalibus omiſſa, eſſentialis, qua ſola eſt tertium vniuerſale a Porphyrio in ca. de Differentia quinque modis deſinitur.

Primò differentia eſt, qua ſpecies excedit genus, ſeu qua ſpecies abundat a genere: intellige exceſſu, ſeu abundantia actuali, & eſſentiali. Secundò differentia eſt, quod de pluribus, & differentibus ſpecie in eo quod quale quid eſt prædicatur.

Tertiò differentia eſt, quod aptum natum eſt diuidere (intellige eſſentialiter) ea, quæ ſub eodem genere ſunt.

Quartò differentia eſt, qua differunt à ſe ſingula, intellige eſſentialiter. Quintò differentia eſt, qua ita diuidit ea, quæ ſub eodem genere ſunt, vt ad eorum eſſentiam ſpectet, vel breuius: Differentia eſt pars eſſentiæ completiua, ſeu vltimò conſtitutiua. Quæ omnes ſunt bonæ definitiones. Secunda tamen non conuenit omnibus differentibus eſſentialibus, ſed tantum genericis. neque tamen dicendum eſt Porphyrium, aut Ariſtot. exiſtiſſe nullas dari differentias ſpecificas vltimas, ſed tantum genericas, cum, & Porphyrius, & Ariſtote. etiam ſpecificas vltimas agnouerint: tamen ſciendum ſit genericas, ut plurimum eſſe notitias. Nulla verò eſt, quæ ſub diuerſa ratione dici non poſſit, tum eſſentialis, tum accidentalis præter vltimam quæ ſi tradatur, ut breuius tradi poſſe diximus non eſt aliſi eſſentialis. Nec reiſcenda eſt diſtinctio illa differentiarum in metaphyſicam, qua de hæcenus egimus, & phyſicam,

hoc eſt materiam, vel formam, quatenus vnicem differentiarum interdum obtinent, & in concreto ſumptæ ad modum differentiarum in quale quid prædicantur, non tamen differentiarum metaphyſica, & abſolutè ſic dicta à ſola forma, ſed à toto composito in rebus compositis, vel à ratione formalis in rebus ſimplicibus ſumitur.

568 Proprium ex eodem Porphyrio in cap. de Proprio quattuor dicitur modis.

Primò, quod ſoli à ſicui ſpeciei accidit, ſed nõ omni, ut homini eſſe Medicum, vel Geometram. intellige in actu ſecundo, & loquendo de eo, quem uulgo Medicum, vel Geometram uocant. Secundò quod omni, ſed non ſoli, ut homini eſſe bipedem.

Tertiò quod ſoli, & omni, ſed non ſemper, ut homini canefcere. Quartò quod omni, & ſoli, & ſemper. Præter quos dantur differentia aliis etiam modi proprii, ſed Porphyrius eos tantum attulit, qui ad proprium quarto modo accepti, quod præcipue explicare intendebat, intelligentiam magis faciunt.

Alter proprii diuiſio traditur ab Ariſt. 2. Topic. cap. 4. in proprium ſimpliciter, proprium aliquando, & proprium ad aliquid, hoc eſt reſpectu alicuius, vel aliquo ſum, ſed, ut paulo clarius procedamus: Proprium ex vi uocis ſignificat id, quod alicui, vel aliquibus tantum conuenit, & non aliis, ſive id ſit eſſentiale quid, ſive accidentale, ſive ſimplex, ſive complexum, ſive genericum, ſive ſpecificum, ſive uniuerſale, ſive ſingulare. Ex peculiari autem Philoſophorum acceptione ſignificat quantum uniuerſale, de quo hic loquimur, atque hinc eſt illa diſtinctio proprii, ut proprii, & proprii, ut uniuerſalis. Ac proprii quidem, quod eſt quantum uniuerſale, nõ eſt de eſſentia eius, cuius eſt proprium, ſed accidens, neceſſariò tamen illi conueniens.

Verum cum duplex ſit neceſſitas, una ſimpliciter ſic dicta, ſeu abſoluta, & vt alij loquuntur, Logica, quæ per nullam potentiam tolli poteſt; quo pacto dicimus hominem, in quavis differentia temporis ſit, neceſſariò eſſe animal: altera ſecundò quid ſic dicta, ſeu, ut alij loquuntur, phyſica, quæ per uires quidem nature tolli non poteſt, per abſolutam tamen Dei potentiam poteſt, qua ratione dicimus, eolum neceſſariò moueri: neceſſitas, qua proprium

7
Proprii.

quartum vniuersale dicitur conuenire illi, cuius est proprium, aliquando est necessitas simpliciter, seu absoluta, & Logica, quando scilicet, vel est accidens metaphysicum, hoc est quoad suam realitatem, seu entitatem formaliter, seu virtualiter tantum distinctum ab eo, cuius est accidens, non tamen quocunque, sed quod sumptum etiam in actu secundo consequatur consequentia formali, seu virtuali id, cuius est accidens in quacunque differentia temporis id ponatur, vt dependentia respectu essentia rerum creaturarum specificatiue, seu materialiter sumptarum; vel est accidens physicum quidem, hoc est realiter distinctum ab eo, cuius est accidens, sed in actu primo, seu quoad conuenientiam precise consideratur, vt siccitas & calor in tali gradu respectu ignis: aliquando est necessitas secundum quid, seu physica, quando scilicet est accidens physicum, vt predicta siccitas, & calor si sumantur in actu secundo, seu quoad existentiam.

569 Idem proprium diuidi potest primo in genericum, seu consequens genus, ac specificum, seu consequens speciem. Secundo in simplex, cuiusmodi est risibilitas respectu hominis, & complexum, cuiusmodi est siccitas, & calor in tali gradu respectu ignis. Tertio in simpliciter, ac precise dictum, cuiusmodi est illud, quod alicui speciei, vel generi omni, soli, & semper conuenit; & secundum quid, ac late sic dictum, cuiusmodi est illud, quod alicui speciei, vel generi omni, sed non soli, vel soli, sed non omni, aliquando, vel semper necessario conuenit. Quapropter definitio illa proprii, quae ex Porphyrio circumfertur, proprium est, quod alicui speciei, soli, & omni, & semper accidit, conuenit quidem proprio quarto vniuersali, non tamen omni, sed alicui tantum: si autem ita tradatur: proprium est, quod alicui speciei, vel generi soli, omni, & semper accidit, vel vt ab Arist. 1. Top. c. 4. traditur proprium est, quod non indicat (intellige expresse, & formaliter) quid esse, soli autem inest, & conuenit de re praedicatur; conuenit quidem omni proprio quarto vniuersali simpliciter, & precise sic dicto, non tamen conuenit omni proprio quarto vniuersali. Quod ad adequate sumptum recte communiiter definitur esse, quod inest pluribus accidentaliter, & necessario, vel quod

de pluribus praedicatur accidentaliter, & necessario: quartum de definitionum prima est essentialis, modo illud (inest) sumatur in actu primo, secunda, vel essentialis, vel accidentalis pro varia explicatione, cuius est capax.

570 Accidens quintum in vniuersale, quod ad distinctionem proprii accedens commune dici solet, tripliciter a Porphyrio in c. de Accidente definitur. Primo accidens est, quod abest, & adest preter subiecti corruptionem. Secundo accidens est, quod contingit, eidem inesse, & non inesse. Tertio accidens est, quod neque est genus, neque differentia, neque species, neque proprium, sed ab essentialiter est in subiecto quae duae posteriores definitiones sumptae sunt ex Arist. Top. c. 4. & bonae sunt, sicut, & prima, & aliae illae duae, quibus communiter definitur esse, quod inest pluribus accidentaliter, & contingenter, vel quod de pluribus praedicatur in quale accidentaliter, & contingenter: quarum prior essentialis est, modo illud (inest) sumatur in actu primo: posterior vero essentialis, vel accidentalis iuxta varias explicationes dici potest. Prima tamē Porphyrij definitio, ex qua alias etiam facile intelligas, non ita accipienda est, vt particula (praeter corruptionem) cadat tantum supra particulam (abest) sed ita, vt cadat, & supra particulam (abest), & supra particulam (adest) totiusque definitionis sensus sit, accidens esse, quod vbi subiecto, cuius est accidens, & abest, & adest se potest, tamen per intellectum, intelligi adesse, & adesse, & quidem abesse non solum praesens, sed etiam in negatiue, tunc etiam realiter, non tamen simul, sed diuerso tempore, vel instanti, sine corruptione, seu destructione eiusdem subiecti, quod ad eius essentiam, seu praedicata essentialia, etiam si aliquando abesse, aut adesse non possit sine corruptione, seu destructione eiusdem, quod ad eius existentiam. Tunc autem dicitur aliquid destrui quoad existentiam, & non quoad essentiam, quando desinit esse actu in rerum natura, non tamen desinit esse aliquid possibile per aliquam potentiam: tunc vero dicitur destrui etiam quoad essentiam; quando desinit esse aliquid possibile, ad quamconque potentiam comparatur, quae desinit dupliciter fieri potest, vel primo, & per se, per negationem, seu ablationem praedicatae alicuius essentialis, vel secundario, & per accidens,

per negationem, seu ablationem prædicationi alicuius accidentalis quidem, sed necessarij necessitate simpliciter sic dicta, seu absoluta; quod qui negat, seu tollit, consequenter negat, seu tollit principium primum, seu essentiam, vnde huiusmodi prædicatum fuit.

§ 71 Diuiditur accidens commune ab eodem Porphyrio in separabile, & inseparabile, intellige realiter: & diuidi etiã potest in genericum, seu consequens ad naturam genericam, & specificum, seu consequens ad naturam specificam.


Itemque in metaphysicum, & physicu, de quibus plura infra, & aliis diuisionibus, quas necesse hic non est pluribus persequi. Conueniunt autem accidens proprium, & commune, quod vtrunque est accidens conueniens pluribus, & vtrunque habet rationem vniuersalis non solum respectu speciei, vel etiam generis, si sit genericum, sed etiam respectu indiuiduorũ non seorsum, sed simul sumptorum, quod idẽ de differentia quoque intelligendum est.

Differunt verò primò, & principaliter, quod proprium conuenit suis subiectis necessariò, accidens contingenter. Sed vt duplĩc supra distinximus necessitate, alteram simpliciter, alteram secundam quid-

ita duplex distinguenda est contingentia illi opposita: ita, vt aliquod accidens, qd sub vna ratione est necessarium, & consequenter proprium, sub alia sit contingens, & consequenter commune. Alia discrimina minus principalia, & minimè vniuersalia prætereo. Illud pono, quod dici solet proprium per se primò, seu immediatè, & tanquam primario subiecto conuenire naturæ genericæ vniuersali genericæ, vel specificæ, prout est proprium genericum, vel specificum; secundariò verò, & mediatè indiuiduis; intelligendum esse quoad conuenientiam. Quod verò Aristot. cap. de substantia, docet omnia accidètia: (& propria scilicet, & communia) primò inesse primis substantiis, intelligendum esse quoad existentiam.

Sed de vniuersali, tum in communi, tum in particulari hætenus. Particulare, quod formaliter sumptum vniuersali opponitur, vt pars subiectiua toti potentiali; materialiter sumptum interdum est singulare, seu indiuiduum, de quo satis supra; interdum vero minus vniuersale, quod respectu vniuersalis rationem induit particularis.

9
Partium
Lect.



ENS PRÆDICAMENTALE, & non prædicamentale.

Cap. VI.



572

Non minus hæc entis diuisio, quæ dux proximè explicatur, sub vna ratione ad Logicam, sub alia ad Metaphysicam spectat. Sed quoniam fit ens prædicamentale, de quo hic loquimur, intelligi nequit, nisi prius intelligatur, quid sit apud Latinos Philosophos prædicamentum, quod sicut, & apud Græcos κατηγορία dupliciter sumitur: aliquando pro tota serie ex summo genere vniuoco, & ijs, quæ sub ipso ponuntur constituta: aliquando verò pro solo genere summo cuiusque prædicamenti primo modo accepti. Sed frequentior est prima notio, & ab illa inscriptus videtur liber Prædicamentorum Aristoteli: cuius subiectum est prædicamentum in genere, seu commune omnibus decem prædicamentis, de quibus, infra, sumptum pro reali serie ex summo genere vniuoco, & ijs, quæ sub ipso continentur, seu quod idem est, sumptum pro rebus ipsis in huiusmodi serie dispositis, quatenus peculiari modo ad Logicam sive proximum conferunt. Ens igitur prædicamentale dicitur illud, quod ponitur in aliqua serie prædicamentali, ita, vt ad illam solam pertineat. Quod enim ad duas, aut

plures, aut omnes huiusmodi series pertinet, cuiusmodi præcipue sunt ens, unum, verum, bonum, non dicitur prædicamentale, sed transcendente. Tripliciter autem potest aliquid poni in aliqua serie prædicamentali, ita, vt ad illam solam pertineat: videlicet directe, indirecte, & reduciue, quæcumque hæc duo postrema interdum confundantur. directe, seu in recta linea ponuntur genera, species, & indiuidua: indirecte, seu ad latus ponuntur differentie: reduciue ponuntur, quæ non sunt genera, aut species, nec indiuidua, nec differentie aliquo tamen modo ad aliquid horum pertinent, vel, ut eius partes, vel ut termini, vel alio simili modo.

573 Atque, ut aliquod directe in prædicamento ponatur, aliquot requiruntur, conditiones.

Prima est, ut sit ens reale, hoc est habes essentiam realem, siue deinde sit actu existens, seu præsens, quod principaliter, & simpliciter dicitur ens reale, siue præteritum siue futurum, siue etiam tantum possibile quæ minus principaliter, & secundum quod, seu cum addito diminuentem dicuntur entia realia, iuxta dicta supra, vbi de essentia, & existentia: siquidem realis essentia prædicamentalis abstrahit ab omni existentia præterita, futura, & possibili, quibus formaliter sumptis nihil datur uniuocum ut loco citato diximus. Quare ponuntur quidem directe in prædicamentis res reales, & actu existentes, seu præsentis, &

1
Prædicamentis.

2
Ens prædicamentale.

præterita, & futura, & poſſibiles: ſed ratio-
ne eſſentia realis, vt dictum eſt, non ratio-
ne eſſentia præſentis, præterita, futura,
& poſſibilis.

Poſſunt tamen ad ſimilitudinem prædi-
camentorum realium totidem prædicamēta
rationis conſtitui: vel omnia entia, ratio-
nis ad illud prædicamentum reale, cuius
quædam, reduci Secunda eſt, vt ſit ens in-
complexum, Tertia eſt, vt ſit ens per ſe.
Nec confundenda eſt hæc conditio cum ſu-
periori, cum non omne ens incomplexum
ſit ens per ſe, nec omne ens per ſe ſit ens
incomplexum.

Atque ex hac conditione rectè inferas,
concreta acciðentia, vt album, calidum,
quæ vt concreta, ſunt entia incomplexa,
non tamen per ſe, non in concreto, ſed in
abſtracto, ſeu ratione abſtracti tantum in
prædicamentis acciðentium poni, licet ſub-
ſtantia in prædicamento ſubſtantia in cõ-
creto ponatur. Quarta eſt, vt ſit ens com-
pletum, hoc eſt, vt ſingularẽ, quod nõ poſ-
ſit venire in compositionem alterius entis
per ſe, cuius modi ens completum ponitur
in infimo loco rectè linea prædicamenta-
lis, vel vniuerſale, quod prædicetur in qd,
& conſequenter habeat rationem totius cõ-
pleti, quatenus habet rationem totius per
modum per ſe ſubſtantis, cuius modi ens
completum ſunt genera, & ſpecies.

Quinta eſt, vt ſit ens finitum, vel eandẽ nõ
inſinitum in præſentatione eſſentiali ſimpli-
citer, ſeu in ratione totius, ita ſcilicet, vt
in ſua eſſentia aliquo modo contineat om-
nes præſentationes, etiam ſi aliquo poſſit eſ-
ſe inſinitum in ratione inſinitis præſentis, de
quo lib. ſuperiore vbi de inſinito. Sexta eſt
vt ſit ens vniuocum.

Et quamvis prædicamenta rectè decem
com munitè conſtituantur.

Subſtantia, Quantitas, Qualitas, Relatio,
Actio, Paſſio, Situs, Vbi, Quando, Habere,
iuxta toridẽ inter ſe diuerſos modos, qui-
bus aliquid vniuocè prædicari poſſet de
prima ſubſtantia, ſeu indiuiduo ſubſtan-
tia: poſſent tamen etiam, vel pauciora,
vel plura conſtitui. Quare cum decem
enumerata dicantur ſumma genera vni-
uocæ, intelligendum id eſt de ſummis ge-
neribus vniuocis notioribus, in quæ magis
commode clarè, ac ſine confulſione fir-
rem diuiſio.

Diſtinguantur verò inter ſe prædica-

menta omnia formaliter: quædam enim
realiter, non ratione omnium, ſed ratione
multorum in ſe contentorum. Hæc de præ-
dicamentis in vniuerſum. nunc ad ſingula
deſcendamus.

574 Subſtantia interdum ſumitur late,
& improprie pro eſſentia cuiuſque rei:
interdum præſe, & proprie pro ente,
quod realiter, ſeu materialiter ſumptum,
eſt acciðens, & definitur ens per ſe exiſtẽs,
ſeu ſubſiſtens, intellige ſaltem in actu pri-
mo, ita, vt ſit ens natura ſua talis perfe-
ctiõnis, vt non poſtulet eſſe in alio, tan-
quam in ſubſtante, vel ſi poſtulet, vt
forma ſubſtantialis, corruptibilis, compo-
nat tamen ſubſtantiam completam, quæ
id non poſtulet.

Diuiditur enim ſubſtantia in comple-
tam, & incompletam. Completa ruriſus
ſubdiuiditur, cum alijs modis, tum in pri-
mam, & ſecundam. Completa ruriſus
docet Ariſto. in cap. de ſubſtantia eſſe il-
lam, quæ neque de ſubiecto aliquo dicitur,
neque in ſubiecto aliquo eſt, ideſt,
quæ neque de inferiori prædicatur, cum
ſit ſingularis, & conſequenter nihil habeat
ſe inferius, nec in ſubiecto inhareret: Secun-
das dicit eſſe genera, & ſpecies, in quibus
ſunt prima. intellige tanquam partes ſub-
iectionis in totis potentijs ſub-
ſtantijs. Conferens
autem primas cum ſecundis, & vtraſque
inter ſe, docet primas eſſe magis ſubſtan-
tias (intellige non intenſiores, ſed magis
completas, & ſubſtantes pluribus prædi-
cationibus, tum eſſentialibus, tum acci-
dentibus) quam ſecundas: inter ſecun-
das autem ſpecies eſſe magis ſubſtantias
(intellige modo dicto) quam genera: om-
nes tamen ſpecies inferioris interſe, ſicut,
& omnes primas ſubſtantias inter ſe com-
paratas, eſſe æqualiter ſubſtantias. Intelli-
ge quoad rationem entis per ſe completi,
& ex his collige ſubſtantiam de prima, &
ſecundis, ſicem, & de completa, & incom-
pleta non vniuocè, ſed analogie dici.
Incompleta verò ſubſtantia ſubdiuiditur,
tum in partes eſſentiales phyſicas, hoc eſt
in materia, & formam ſubſtantialem non
ſolum incorruptibilem, ſed etiam corrup-
tibilem, quæ licet ſpectata præciſe qua-
tenus dependet a materia, vt ſubſtante,
nõ habeat rationem ſubſtantialem, quatenus
tamen ſimul cum materia conſtat ſubſtan-
tiam completam, etiam ipſa rationem
ſubſtantialem participat, tum in partes eſ-

4
Subſtan-
tia.

generales metaphysicas, hoc est in genus, & differentiam, quatenus continentur explicitè in definitione, implicitè in specie substantiali: tum in partem integrales, vt manus, pedes, &c.

574. Locus hic postulare, vt de substantia, seu hypostasi, qua substantia vltimò completer, & constituitur suppositò, quod in substantia intellectuuali propriè appellatur persona, tractaremus; & illud præcipuè explicaremus, an substantia completa creata compleatur in ratione suppositi, & si rationalis sit in ratione personæ per aliquod postitium à parte rei distinctum à natura substantiali completa creata: an per solam negationem, qua huiusmodi natura actû nõ est in alio. Sed quia cum hæc tractatione valde conexa sunt altissima Trinitatis, & Incarnacionis mysteria, de quibus non est Philosophi, sed Theologi agere, idcirco ea ommissa, de summo genere prædicamenti substantiæ agamus. Quod non est substantia completa communissimè accepta, vt comprehendit creatam, & incretam: nec substantia completa corruptibilis nec substantia sensibilis, seu corporea, vt complectitur corruptibilem, & incorruptibilem, qualè putauit Ar. esse cælum: sed substantia completa, & creata, siue præse, siue latè, vt suble continet corruptibilem, & incorruptibilem, corporalem, & spiritualem, idq; non solum secundum veritatem, sed et secundum Ar. si tamen sermo sit de summo genere prædicamenti substantiæ, vt traditur in Metaphysica, nam, vt traditur in Logica, est substantia completa, & creata sensibilis, seu corporea. Quare Deus non ponitur in prædicamento directè, sed tñ reductiue: idque tripliciter, primo, vt principiu efficiens, finale, & exèplare omnium: & sic non ponitur in vilo prædicamento particulari, sed in omnib. secundo, vt principale analogatum in ratione entis, quæ reperitur in omnib. prædicamentis: & sic etiam non ponitur reductiue in vilo prædicamento particulari, sed in omnib. Tertio, vt principale analogatum in ratione substantiæ: & sic ponitur reductiue in prædicamento substantiæ. Secundò verò Intelligentiæ, seu Angeli ponuntur in prædicamento substantiæ, licet secundum Aristotel. itò existimantem secundas Intelligentiæ numero tantum multiplicari absolute non posse, dicendum consequenter sit secundas

Intelligentias, licet vniocè participant rationes substantiæ completæ, creatæ, incorruptibilis, spirituales, &c. sumptas tamen in indiuiduo, nõ numero tantam, sed etiam essentialiter differre: ita, vt in sua essentia adequatè sumpta includant etiam rationem numericam: & consequenter licet essentialiter, vt dixi, inter se differant, non tamen propriè different specie. Quod idem proportionaliter secundum eundem Arist. dicendum consequenter est de illis celestibus corporibus, quæ numero tantum multiplicari absolute non posse sibi falsè persuasit.

576. Proprietates, seu attributa substantiæ sex ab Ar. in sup. cit. c. de substantia asseruntur. Primum est, non esse in subiecto, in tellige inhesionis. Sed m. vniocè prædicari, intellige de substantijs inferiorib. qd se cundis tantum substantijs, & quid vniocis conuenit. Tertium, significare hoc aliquid, i. esse quid singularè per se existens, quod primæ tantum substantiæ conuenit. Quartum, non habere contrarium. Quintum, non suscipere magis, & minus. Sextum, esse susceptiuum contrariorum, licet quartum, & quintum alijs etiam, quam substantiæ sextum vero, si de contrarijs præse dictis intelligatur, soli quidem substantiæ, non tamen omnib. conueniat. consequenter quod Arist. ait maximè proprium substantiæ videri, esse susceptiuum contrariorum intelligendum est respectu aliorum quorumdam illius attributorum. nõ respectu omnium. Hæc de prædicamento substantiæ

577. Quæ sequuntur, omnia sunt prædicamenta accidenti, de quib. anteq; dicere aggrediar, monendum illud v. alià esse diuisionem entis in substantiâ, & accidens aliâ prædicamentorum in prædicamentum substantiæ, & prædicamentum accidenti non solum quia illa latius patet, sed et, quia aliter in illa, aliter in hac substantiâ, & accidens sumuntur. Ac substantiæ quidem quot modis sumatur iâ diximus. Accidens autè dupliciter sumitur: primo pro ente, quod realiter, seu materia liter sumptu nõ est substantia, inest tamen saltem in actu primo substantiæ, vt calor. Secundò pro eo, quod alicui accidit: siue deinde sit substantia, quæ se habeat ad modum accidentis, vt vestis respectu corporis siue sit rō formalis accidentalis, realiter tñ id est creatum substantia, vt ratio vniuersalis ipsius substantiæ: siue sit accidens primò modo

5
Substantia
pro
personas.

6
Substantia
& accidenti
Prædicamentum
substantiæ,
& prædicamentum
accidenti. 2

ſumptū, vt calor: ſue ratio formalis accidentalis, realiter tamen identificata cum accidente primo modo ſumpto, vt ratio vnitatis ipſius calor: ſue etiam fit negatio, vel priuatio, vel ens rationis, quod accidentaliter de aliquo prædicetur.

Cum igitur diuiditur ens in ſubſtantiam, & accidens, ſubſtantia vniuerſaliſſimè accipitur, vt complectitur omnem ſubſtantiam, ſive creatam, ſive increatam: accidens verò ſumitur primo modo, vt ſ. diſtinguitur a ſubſtantia: & ſic eſt bona diuiſio.

Cum verò prædicamenta diuiduntur in prædicamentum ſubſtantiæ, & prædicamentum accidentium, ſubſtantia ſumitur, vt complectitur tantum illam, quam ſupra ſtatuitur eſſe ſummum genus prædicamenti ſubſtantia, & alias ſub illa contentas: accidens verò ſumitur, vt complectitur, tum accidens primo modo acceptum, tum etiã accidens ſecundo modo acceptum, modo habeant conditiones requiſitas ad hoc, ut aliquid directè ponatur in prædicamento de quibus ſupra: & ſic eſt item bona diuiſio.

Atque accidens quidem primo modo acceptum, quo diſtinguitur a ſubſtantia, & dici ſolet accidens nominale, & accidens phyſicum, deſinitur ens in alio inhzrens ſaltem in actu primo. quamquam hæc deſinitio extendi poteſt etiam ad accidens ſecundo modo acceptum, quando eſt intrinſecum. neque inhzrentia, qua accidens conſtituitur inhzrens, etiam ſi ſermo fit de accidente phyſico, diſtinguitur a parte rei, ſed formaliter, ſeu virtualiter tantum ab ipſo accidente, quod inhzret, & ſubiecto, cui inhzret. Accidens autem ſecundo modo acceptum, quo diſtinguitur ab eſſentia, & dici ſolet accidens verbale, & accidens logicum, ſeu metaphyſicum, deſiniti poteſt id, quod alij accidunt, ſaltem in actu primo, ſive deinde neceſſario, ſive contingenter, ſive intrinſecè, ſive extrinſecè accidit.

Quomodo euenque tamen ſumatur accidens, nullum eſt, quod indiuidetur formaliter per ſubiectum, cuius eſt accidens: ſed quod ſupra de principio indiuiduationis in communem dictum eſt, etiam accidenti quomodo euenque ſumpto applicandum eſt.

Quid verò dici ſolet, duo accidentia ſolo numero diſtineta non poſſe ſimul eſſe

in eodem numero ſubiecto, intelligendum eſt naturaliter, & loquendo de accidente phyſico. Sed iam ad prædicamenta accidentium veniamus, quibus omnibus ratio accidentalis non vaiouè, ſed analogice conuenit.

578 Primum inter prædicamenta accidentium non immeritò ponitur quantitas. Sed duplex diſtinguenda quantitas eſt, altera virtualis, altera formalis.

Quantitas virtualis, quæ dicitur etiam quantitas virtutis, & quantitas perfectionis, eſt, quæ non conſtituit peculiare prædicamentum, ſed per omnia vagatur, & in vnaquaque re, ſive prædicamentali, ſive non prædicamentali, ſive corporea, ſive ſpirituali, tanta eſt, quanta eſt eius perfectio, eſſentialis, vel accidentalis. Quantitas formalis, cui quantitatis nomen primo impoſitum, & deinde ad virtualem tranſlatum eſt, non conſtitit formaliter in ratione menſuræ, nec in ratione diuiſibilitatis, niſi forte hæ rationes ſi manent pro prima radice, vnde habet quantitas, vt illi conueniant: nec in extenſione formali entitativa, quæ conſiſtit in eo, vt res conſiſt pluribus partibus formalibus, vel actualibus, id eſt actualiter ſe diſtinctis, vel potentiſſibus, id eſt potentia tantum inter ſe diſtinctis, entitatem componentibus: ſicut extenſio entitativa virtualis conſiſtit in eo, vt res conſiſt pluribus partibus virtualibus entitatem componentibus: nec in extenſione formali in ordine ad ſolum, ſeu in ordine ad ſe, quæ conſiſtit in eo, vt res conſiſt pluribus partibus, formalibus ordine quodam inter ſe diſpoſitis: ita, vt prima pars vniatur immediate ſolum ead ſecunda, & illa media cum tertia, & ſic deinceps, quemodo caput immediate vniatur cum collo, & illo medio cum pectore, & c. quæ extenſio non eſt de eſſentia vllius entis homogenei, licet ſit de eſſentia alicuius heterogenei: nec in extenſione formali actuali in ordine ad locum, ſeu ſpatium, quæ in eo conſiſtit, vt res conſiſt pluribus partibus formalibus entitatem componētibus, quarū vnà ſit in vna parte loci, ſeu ſpatii, alia in alia, ita, vt in qua parte loci, ſeu ſpatii eſt, vna non ſit alia; ſine deinde ita ſit occupatiua loci, ſeu ſpatii, vt apta ſit excludere ab eodem loco, ſeu ſpatio quicumque aliud corpus: ſive non ita, ſit occupatiua loci, ſeu ſpatii: ſed in extenſione formali apertitudinali in ordine ad locum, ſeu

7
Quæſt. i.
187.

spatium, secundum, quam res constat pluribus partibus formalibus, quarum una ita naturaliter apta est esse in una parte loci, seu spatij, alia in alia modo explicato, ut hanc aptitudinem retineat, etiam si ponatur, ut saltem per Dei potentiam poni potest, simul penetratiue cum alia, vel alijs aliquibus, vel etiam omnibus, in eadē parte loci, seu spatij: seu quod idem est, in aptitudinali ratione partium extra partes in ordine ad locum, seu spatium modo explicato. Cui aptitudinali extensioni, seu rationi partium, licet naturaliter coniuncta sit aptitudo non solum remota, sed etiam proxima, ad occupandum locum, seu spatium cum exclusione alterius cuiuscumque corporis ab eodem loco, seu spatio: seu permaturaliter tamen potest non esse coniuncta.

Disputatio autem esset de nomine, si quis non hanc, quam dixi aptitudinalem extensionem, sed actuale illi respondentem, quantitatem appellandam esse contenderet, a qua nos appellatione idcirco abstinendum esse vides, ut suus sit communis Theologorum sententia locus docentis Christum Dominum in Sanctissimo Eucharistia Sacramento esse etiam quoad suam quantitatem.

379 Recte igitur quantitas formalis communiter definitur ens per se extensum, seu habens partes extra partes intelligendo extensionem, & partes, quas diximus. Nec tamen non recte ab Aristotele. 3. Met. ca. 13. in concreto de scribitur his verbis: quantum dicitur in ea, quae insunt diuisibile, quorum vtrunque, aut singulum vnum quid, & hoc aliquid (sic enim ex graeco legendum est, sicut quidam legant, vnum quid, & quod quid) aptum est esse, id est, quantum est illud, quod est diuisibile in partes, quas in se formaliter habet, quarum vtraque, si duae tantum sint, vel singulae, si sint plures, aptae sunt esse per se vnum quoddam totum, sicut autem extensio formalis actualis partium extra partes in ordine ad locum, seu spatium secundum positum, quod dicit, non distinguitur a parte rei ab extensione formali aptitudinali illi respondente: ita extensio formalis aptitudinalis illi respondens, seu quod idem est, quantitas ipsa formaliter sumpta non distinguitur a parte rei, sed formaliter, seu virtualiter tantum ab ipsa, quae per ipsam constituuntur formaliter, & im-

mediatē quanta: ita, ut res omnis, siue substantialis, siue accidentalis formaliter quanta, seu corporea, quatenus est apta extendi in ordine ad locum, seu spatium modo explicato, sit ipsa formaliter quantitas: recte tamen adhuc substantia dicitur realiter distingui a quantitate non quidem adaequatē, sed inaequatē sumpta, pro ea, quae realiter identificatur cum accidente corporeo distincto a substantia, & consequenter recte in Sanctissimo Eucharistia Sacramento desinente substantia panis, & vini, dicatur nihilominus remanere quantitas panis, & vini, quatenus remanet quantitas accidentium substantiae panis, & vini ab ipsa substantia realiter distinctis, quae licet immediatē sit accidentium, mediatē tamen est etiam substantiae, cuius illa sunt accidentia.

380 Neque cum quantitate confundenda est impenetrabilitas, ut supra indicauimus, quae nihil aliud est, quam accidens quoddam physicum de genere qualitatis, & quidem corporeum, & materiale, quod positum in corpore quocumque reddit illud impenetrabile ab alio corpore habente item impenetrabilitatem, hoc est reddit illud aptum consistere, & impedire, ne aliud corpus habens item impenetrabilitatem ponatur, aut sit simul cum ipso penetratiue in eodem loco, seu spatio, in quo est ipsum, idque ad rerum quoad locum permixtionem, & confusionem vitandam. Et quamuis eadem impenetrabilitas suam habeat extensionem formalem actualem in ordine ad locum, seu spatium, & consequenter ipsa etiam, ut habens huiusmodi extensionem dici posset habere quantitatem, & denominari quanta, si quantitatis nomen tribueretur huiusmodi extensioni formali actuali, ut ab Aristotele ab illa Theologorum sententia, cuius supra meminimus, tribui posset: tamen ex suppositione praedictae sententiae, quantitatis nomen extensioni tantum formali aptitudinali supra explicatae tribuendum est, & impenetrabilitas quae huiusmodi extensionem formalem aptitudinali non habet, sed tantum actualem, qua remanente remanet impenetrabilitas, desinente, & desinit, non nisi extrinsecus a quantitate eorum quibuscumque in eodem loco, seu spatio penetratiue est, quanta denominari dicenda est.

Nec a materia, in qua recipitur, sed a

Impen-
trabilitas

qualibet earum formarum materialium sine quarum aliqua materia naturaliter esse non potest, efficienter eadem impenetrabilitas produci videtur, nisi ab earum aliqua in eadem materia iam producta supponatur: nec omnino incorruptibilis est: quanta tamen in rerum natura corrumpitur, tanta naturaliter de nouo producit: nec sine aliqua eius corruptione condensatio, nec sine aliqua eiusdem productione rarefactio fieri potest, vt superiori libro diximus. Sed quæ reliqua sunt ad quantitatem spectantia expediamus.

9
Quantitas
discreta.

582 Diuiditur quantitas ab Aristot. in Prædicam. cap. de quantitate, & 5. Met. c. 13. in discretam, & continuam: discreta dicitur illa, cuius partes non terminantur termino communi, sed proprio: continua illa, cuius partes terminantur termino communi. Sed quantitas discreta non est vera, & perfecta species quantitatis prædicamentalis, licet aliquam cum illa similitudinem, seu analogiam habeat, ratione cuius ipsa etiam quantitatis nomine appellatur. Iraque nec numerus, nec oratio, quæ ab Aristot. cap. citato de quantitate, afferuntur, vt species quantitatis discretæ vera, & perfecta in quantitatis prædicamentalis rationem participant. Vt verò intelligatur quid sit, & quomodo a parte rei detur, aut non detur numerus, quem libro superiore, vbi de tempore, in numerantem, & numeratum diuissimas, alia est numeri distinctio adhibenda: Vel enim sumitur, vt præcisè dicitur plures unitates finitas, seu multitudinem unitatum finitarum, siue in rebus corporalibus, siue in spiritibus: quo patet ab Aristot. 10. Met. text. 2. definitur multitudo vno numerabilis & clarius 5. Met. ca. 13. multitudo finitas per quam definitio distinguitur numerus a multitudine, quæ, sicut, & quantitas discreta in vniuersum, abstrahit a finita, & infinita: & sic in rebus rebus datur a parte rei circa operationem intellectus: vel, vt citis quid vnum condatum ex pluribus unitatibus finitis, cum inter se ordinem habetibus, vt a quolibet facto initio, vna sit prima, alia secunda, alia tertia, & sic deinceps: & sic non datur nisi per operationem intellectus. Ex quibus duabus numeri acceptioibus, licet posterior formalis, prior verò respectu posterioris materialis dicatur: tamen prior etiam sub alia ratione formalis dici potest.

Nec Arithmetica de numeris agit in posteriore, sed in priore acceptione, in qua etiam rectè plures numeri species distinguuntur.

582 Quantitas verò continua in permanentem, & successiuam diuidi solet, & permanens rursus à quibusdam subdiuidi in lineam, superficiem, corpus, locum, & pondus: successiuam verò in motum, & tempus.

Sed linea quidem, quæ ex Aristot. 5. Met. cap. 13. rectè definitur magnitudo continua ad vnum, id est, secundum longitudinem, & aliter, longitudo latitudinis, ac profunditatis expertis: & superficies, quæ ex Aristot. ibidem rectè definitur magnitudo continua ad duo, id est, secundum longitudinem, & latitudinem, & aliter latitudo cuius partes copulantur communi linea, & corpus, quod ex Aristot. ibidem rectè definitur magnitudo continua ad tria, id est, secundum longitudinem, latitudinem, ac profunditatem, & aliter, profunditas, cuius partes copulantur communi superficie, sunt verè species quantitatis prædicamentalis inter se formaliter, seu virtutaliter distinctæ: hoc autem, pondus, motus, & tempus non sunt verè species quantitatis: licet Aristot. in cap. de quantitate non ex sua, sed ex aliorum sententia, vt species quantitatis continuæ, præter lineam, superficiem, & corpus, numeret etiam locum, quem merito deinde non numerat 5. Met. cap. 13. & tempus, quod sicut, & motum merito deinde eodem cap. 13. docet esse quantum per accidens.

Nullum tamen continuum, siue permanentem, siue successiuum componitur ex indiuisibilibus, sed ex semper diuisibilibus, licet, & partes in eo semper diuisibiles, & indiuisibilia considerata suo. Partes in eo dantur, tum inæquales, & communicantes, tum etiam æquales, & non communicantes, & vtæque in quolibet continuo, tum finitæ, tum infinitæ in multitudine, & hoc vtæque, tum finitis, tum infinitis modis, non tamè actu, quod aptum implicat contradictionem, sed potentia tantum inter se distinctæ.

Indiuisibilia continui permanentis sunt punctum, linea, & superficies: quorum trium vnum tantum, id est punctum, est simpliciter indiuisibile: ideoque rectè dicitur esse id (intellige positium quid,) cuius nulla pars: & reduciue tantum pertinet

101
101
101

11
Indiuisi-
bilis.

ad predicamentum Quantitatis: reliqua duo, id est, linea, & superficies, dupliciter considerari possunt, vel, vt termini, vel, vt dimensiones: vt termini sunt indiuisibilia, linea quidem secundum latitudinem, & profunditatem: superficies verò secundum profunditatem: & sic rectè definitur linea longitudo latitudinis, & profunditatis expressis; superficies verò, latitudo profunditatis expressis: dimensiones sunt diuisibilia, linea quidem secundum longitudinem, superficies verò secundum latitudinem: & hoc posteriore modo sumuntur, cum vna cum corpore numerantur, vt species quantitatis continet; & vna cum corpore definiuntur, vt supra dictum est.

Indiuisibilia continui successui in motu dicuntur mutata esse, in tempore instantia. Et tam continui permanentis, quam successui indiuisibilia diuiduntur in copulantia, & terminantia. Copulantia, seu cōtinuantia dicuntur, quibus partes cōtinui inter se copulantur, seu continuantur: terminantia, quibus terminantur, ne ulterius tendant, quamquam mutata esse nunquā terminant in principio, sed tantum in fine.

Dantur verò hæc omnia indiuisibilia in continuo, quoad positium, quod dicunt: licet non dentur, nec dari per vllam potentiam possint, quoad actualem distinctionem eiusdè positium, vel inter se, vel a partibus continui.

Dixi eiusdè positium, qui a indiuisibilia terminantia, præter positium, dicunt etiam successui aliquid negatiuum, ratione cuius utique distinguuntur a cōtinuo. Idem omnino, quod de indiuisibilibus terminantiis, dico de figura, quæ item, ut indiuisibile terminatiuum in sua ratione aliquid positium, & aliquid negatiuum inuoluit; licet, ut qualitas, dicat solum quid positium, ut infra. Nulla verò ratione admittendum est, quod recentiores quidam dicunt, quantitatem, siue permanentem, siue successiuam diuidi in tantitates (hoc est in rationes illas, a quibus tam quantitas permanens, quam successiua habet, ut sit tanta, vel tanta, uerbi gratia, quantitas continua palmaris, vel bimalmaris, quantitas successiua unius, vel duarum horarum &c.) tanquam in veras quantitatis permanentis, & successiua species; neque enim huiusmodi rationes nisi accidentaliter, hoc est secundum maius, & minus, inter se

differant, modo in eadem specie quantitate accipiantur.

583 Proprietates, seu attributa quantitatis, quæ ab Aristot. in cap. de quantitate afferuntur, sunt tria.

Primum est, non habere contrarium: secundum nõ suscipere magis, & minus, quæ duo alijs etiam, quam quantitati conueniunt: tertium, idque maxime quantitatis proprium, ut secundum ipsam res dicantur æquales, vel inæquales: licet hoc etiam paulo latius sumptum ad alia transferatur. Connumerari tamen inter quantitatis attributa potest etiam, tum ratio corporei, quæ sumitur in ordine ad quantitatem, & est principium ipsum quantitatis, hoc est principium, quod, vel in se toto, vel saltim in materia, cum qua composit totum, requirit extensionem illam formalem aptitudinalem, in qua rationem formalem quantitatis consistere diximus; quæ tamen ratio corporei, quatenus in predicamento substantiæ contra hit rationem substantiæ, non sumitur formaliter, & reduplicatiuè, vt principium quantitatis modo dicto, sed materialiter, & specificatiuè: tum ratio diuisibilitatis: tum ratio mensuræ: tum ratio finitatis, vel infinitatis: quamuis hæc duo postrema ad alia etiam transferantur.

584 Post quantitatem Arist. in Predicamentis non sine aliqua cā de relatione priusquam de qualitate: at in 5. Met. magis naturalem sequutus ordinem, de qualitate priusquam de relatione agit: & sic nobis etiam agendum existimo.

Qualitas igitur tribus præcipue modis accipitur: primo latissime pro omni eo, quod seipso aliqua ratione determinat aliud, quomodo etiam secundum substantiæ dicitur ab Aristot. significare quale aliquid, & differentia ab eodem dicuntur qualitates respectu generis, ab alijs verò dicuntur qualitates secundum modum, non secundum rem, & communiter dicuntur prædicari in quale quid: Secundò late pro omni eo, quod est accidens, & consequenter dicitur prædicari in quale, id est accidentaliter: Tertio præse pro eo tantum accidente, quod non ad extendendam, sed ad alio modo complendam, & perficiendam substantiā creatam, vel in essendo, vel in operando, siue realiter, siue virtualiter est institutum, & hoc tertio modo aliter, & rectè, licet accidentaliter, ab Aristot. in cap. de qualita-

58
Quantitas
accidens
generis.

58
Qualitas

te definitur qualitas eſſe, ſecundum, quatin quidaꝝ dicuntur quales: & in quatuor diuiditur ſpecies. Prima eſt habitus, & diſpoſitio. Habitibus tribi ſcilicet modis accipitur primò pro oi perfectione, ſeu forma, quam quomodocunque res habeat: & ſic accipitur in illo axiomate, de quo alibi diximus, a priuatione ad habitum non datur reſreſſus: ſecundo pro veſte, ſeu indumento, atque adeo pro vltimo prædicamẽto, quod dicitur habitus, cuius abſtracti eſt, veſtis, ſeu indumentum: tertio pro qualitate difficile mobili potentiaꝝ operatiuaꝝ ſuperaddita dicit facultatem, & promptitudinem ad operandum: atque ita ſumitur ab Ariſt. hic diſpoſitio etiam tribus maximè modis ſumitur: primò pro quacũque collocaſione, ſeu ordinaſione partiuꝝ, ſiue ſecundum locum, ſiue ſecundum potentiam, ſeu virtutem, ſiue ſecundum formam, iuxta doctrinam Ariſt. 5. Met. text. 24. ſecundo pro qualitate, quæ eſt genus ad habitum tertio modo ſupra dicto ſumptum, & ad diſpoſitionem tertio item modo infra dicendo ſumptum: & in hoc ſenſu diſpoſitionem accipit Ar. tum 7. Phyſ. text. 10. cum docet, habitum eſſe diſpoſitionem perfectam ad optimum, id eſt, naturam perfectam ad perfectam operationem: deſinit enim ibi Ariſt. ſolum habitum operatiuum boni motum in cap. de organice, cum docet, omnes habitus eſſe diſpoſitiones, ſeu non occurrant: tertio pro qualitate facile mobili ſelecterminante, vel adiuuante potentiam ad operandum: & ſic ſumitur ab Ariſt. hic. Secunda eſt naturalis potentia, & impotentia, per potentiam, quæ multipliciter accipit docet Ariſt. 5. Met. cap. 12. & 9. Met. cap. 1. intelligit idem Ariſt. hic. conſuetudinem qualitatem per ſe primò inſtitutam ad agendum, ſiue neceſſariam, ſiue libere imper potentiam autẽ non intelligit meram negatiuam, aut priuationem potentiaꝝ, ſed poſitiuam potentiam, ſeu comparatiuam qualitatem per ſe primò inſtitutam ad agendum, imbecillitatem, & quæ facile impediti poſſit, ne iuam actum exerceat. Tertia eſt patibilis qualitas, & paſſio, patibilis qualitas hic dicitur, quæ diu durat, vt color natiuus paſſio, quæ citò tranſit, vt rubor ex veſte ad alium, & paſſio ex metu proueniens. Quarta eſt forma, & figura: quæ duo, vt vaſa, & homines habent ſignificationes, ita hic conſunduntur, licet quidaꝝ for-

mam a figura in eo diſtinguant, quod forma dicitur figura non quocunque, ſed quæ in re aliqua naturali quantas figura verò, quæ in quantitate ſecundum ſe eſt. Rectè autem figura ab Euclide lib. 1. def. 4. definitur eſſe, quæ ſub aliquo, vel aliquibus terminis comprehenditur, hoc eſt quantitas permauens, quæ ſola ſimpliciter dicitur quantitas ſumpta, non, vt quantitas, ſed, vt vnica, vel pluribus lineis, vel ſuperficiebus factam formaliter, ſeu virtualiter inter ſe diſtinctis circumſcribitur. quod totum eſt quid poſitum, & in modo aſſidendi ſubiectum cum alijs qualitibus conuenit.

85 Sunt quidem qui has quatuor, non veras ſpecies, ſed modos accidentales qualitatis eſſe contendunt: ſed diſſentire ab ijs cogimur, & cum alijs aſſerere, qualitatem in prædicta quatuor membra, tanquam in veras ſpecies non aſſerimus, ſed ſubalternas, adæquate, & vnioce diuidi: & quidem, ita, vt omnes inter ſe non ſolum formaliter, ſeu virtualiter, ſed etiam realiter diſtinguantur, poſta illa huius diuifionis ratione, quam optimam iudicamus, vt ſcilicet qualitas ad ſubſtantiam, vel per ſe primò in operando, vel ſolum in eſſendo, contemplandam, & perſeſtandam ordinetur. ſi per ſe primò in operando, vel ſit connaturalis, & ab inſiſſe, ac primo conſtituens rem potentiam operari in ratione principij proximi: & ſic conſtituat naturalem potentiam, & impotentiam: vel ſit ſuperaddita potentiaꝝ operatiuaꝝ illam determinans, aut adiuuans ad operandum: & ſic conſtituat habitum, & diſpoſitionem. Si verò ſolum in eſſendo, vel ſi ratio quantitatem aliquo, vel aliquibus terminis comprehendens, & ſic conſtituat formam, & figuram: vel ſit qualitas alio modo orrans conſeruaans, aut aliter aſſiciens ſubſtantiam; & ſic conſtituat patibilem qualitatem, & paſſionem. Non hunc tamẽ Ariſt. ſed alium in his ſpeciebus enumerandi ordinem ſequitur ſumptum ab earum perfectione: ideoque duplici ſingulas ſpecies nomine appellat, quod ſimpliciter caſſeant. Nec diſpoſitionem rem, & habitum in ſe ſe diſſerunt, niſi accidentaliter, ſi habitus ſumatur pro qualitate dante potentiaꝝ facilitate in operando: iam perſeſtando, diſpoſitio verò pro eadem qualitate nichilata, & vniocem perfectam, & nec diſſerunt eſſentialiter, ſi habitus rem autur, vt dicitur

ne ad alias, etiam si nollam ad illas dicant habitudinem neque realem, neque rationis: cuiusmodi tamen denominationes nullæ sunt, nec esse vllæ possunt. Alia ratione relictiva omnia diuidet Aristotel. quinto Met. text. 20. in tria genera.

Primum est eorum, quæ dicuntur secundum unitatem, & numerum, hoc est secundum convenientiam extremorum inter se, quæ specificatiuè sumpta est, quædam virtualis unitas modo supra explicato, ubi de unitate & disconuenientiam eorumdem inter se, quæ specificatiuè sumpta est, quidam virtualis numerus, seu multitudo.

Secundum est eorum, quæ dicuntur secundum potèriam activam, & passiuam, actionemque, & passionem, immo, & quæ dicuntur secundum priuationem potèntiæ, ut impossibile, & inuisibile.

Tertium est eorum, quæ dicuntur ad alia, quia alia dicuntur ad ipsa, ut mensurable, scibile, & intelligibile, quæ dicuntur ad alia, quia alia, hoc est mensura, scientia, & intellectus dicuntur ad ipsa.

Quæ diuisio ita est adæquata, ut quæ ad primum genus pertinent, partim realia sint, in rebus realibus, partim rationis, in entibus rationis; & realia, partim prædicamentalia, partim illis analogæ: quæ ad secundum genus, partim item realia sint, partim rationis, & realia omnia sint transcendentalia, quæ ad tertium omnia sint rationis.

17
Relatio
prædicamentalis.

§ 88. Præcipua difficultas est de relatione prædicamentali, quam omnino asserendum est dari, sed, ut quomodo detur, & cuiusmodi sit, probè intelligatur, tria sunt distinguenda subiectum, seu fundamentum, terminus, & ratio fundandi. Subiectum, seu fundamentum dicitur illud, in quo est relatio: quod interdum est immediatum, & proximum, ut albedo respectu similitudinis in albedine: interdum mediatum, & remotum, ut paries, in quo est huiusmodi albedo.

Non semper autem subiectum, seu fundamentum proximum relationis prædicamentalis est accidens, sed potest etiam esse substantia: semper tamen vnus relationis est vnus, non autem duplex, ita, ut relatio secundum esse, in, sic

in subiecto, secundum esse, ad, in termino, ut male quidam tradiderunt.

Terminus dicitur id, ad quod relatio est, ordo, seu habitudo: ita, ut quemadmodum relatio est id, quod ad alterum: sic terminus sit id, ad quod alterum.

Debet autem terminus relationis prædicamentalis semper esse realis quoad suam essentiam, & realiter distinctus a subiecto sui fundamento proximo relationis, siue deinde sit præsens, siue præteritus, siue futurus, siue etiam tantum possibilis.

Ac relatio quidem prædicamentalis principaliter, & simpliciter sic dicta, id est præsens, seu actu existens, sumpta adæquate secundum omnia, sine quibus intelligi nequit, hoc est, tum secundum id, quod dicit in recto, seu intrinsecè, & essentialiter, tum secundum id, quod dicit in obliquo, seu extrinsecè, & terminatiuè, vniuersaliter requirit terminum actu existentem: relatio autem prædicamentalis minus principaliter, & secundum quid, seu cum addito sic dicta, id est, non præsens, seu non actu existens, sed, vel præterita, vel futura, vel possibilis, & relatio prædicamentalis principaliter, & simpliciter sic dicta, id est, actu præsens, seu actu existens, sumpta non adæquate secundum omnia, sine quibus intelligi nequit, sed præcisè secundum id, quod dicit in recto, seu intrinsecè, & essentialiter, non vniuersaliter requirit terminum, actu existentem. Ex quo rectè inferas, quam verum est discrimen inter relationem transcendentalem, & prædicamentalem supra a nobis indicatum, tam falsum esse, quod a recentioribus quibusdam asseritur asserentibus relationem transcendentalem posse, actu existere, secundum id, præsens, quod dicit in recto, seu intrinsecè, & essentialiter, ad terminum, non actu existentem, sed, vel præteritum, vel futurum, vel etiam tantum possibilem, prædicamentalem non item: quorum neutrum vniuersaliter, sed tantum in definitè verum est. Vbi verò terminus non est realis, secundum suam essentiam, ut dictum est, sed rationis, licet possit esse relatio realis, secundum id, quod in recto, seu intrinsecè, & essentialiter dicit, non potest tamen esse prædicamentalis.

Quemadmodum, ubi non est distinctio realis, sed tantum virtualis, non potest esse relatio realis simpliciter sic dicta, sed

raptum virtualis. Ac licet nullus terminus sit de intrinseca ratione formali, seu essentia relationis: est tamen aliquid necessarium requisitum, tanquam complementum extrinsecum, sine quo relatio, nec intelligi, nec esse formaliter potest. Et quemadmodum intrinseca ratio formalis, seu essentia relationis adaequate consistit in eo, quod dicitur in recto, seu directe etiam si extrinsecè requirat etiam terminum; ita intrinseca ratio formalis, seu essentia termini adaequate consistit in eo, quod dicitur in obliquo, seu indirectè, etiam si extrinsecè requirat etiam relationem, & ab illa interdum, ut a forma extrinseca, denominatur.

Ratio fundandi interdum sumitur inadaequate, & confunditur cum fundamento proximo; interdum adaequate, & sic dicitur rationem illam; ad quam necessario consequitur in fundamento relatio: quae ratio non solum dicitur, quod est fundamentum proximum, sed etiam id, quod est terminus: & aliquando, est eiusdem rationis in utroque extremo, ut duae albedines, inter quas est relatio similitudinis: aliquando diversa, ut albedo, & nigredo, inter quas est relatio dissimilitudinis: & quando est eiusdem rationis in utroque extremo explicatur per unitatem, sed virtualem supra explicatam, non quia formaliter sit huiusmodi unitas, sed quia est illa natura, ad quam huiusmodi unitas consequitur: quando verò est diversa, explicatur per numerum, seu multitudinem, non quia formaliter sit numerus, seu multitudo, sed quia est illa natura, seu potius illa natura, ad quas non unitas praedicta, sed multiplicitas illi opposita consequitur.

Acque ita explicatur ratio fundandi in relationibus praedicalibus.

In transcendentibus autem non semper est ratio fundandi distincta a relatione: interdum tamen est, ut cum generatio actualis dicitur ratio, cur aliquis dicatur, etiam illa praeterita, praeter, & passiva, cur aliquis dicatur, etiam illa praeterita, sicut; vado colligam aliquam relationem transcendentem reverentem rationem fundandi, posse esse acta, quamvis non actu, sit eius ratio fundandi, modo aliquando

fuerit. Semper verò positus fundamento proximo, & termino relationis praedicalis, necessario ponitur ratio fundandi adaequate sumpta, & consequenter relatio ipsa praedicalis.

In qua licet distingui possint esse, in se respectus ad subiectum, & esse, ad, seu respectus ad terminum: tamen esse, in, pertinet ad ipsam, ut accidens est, esse, ad, ut praecise relatio est.

Quam ob rem rectè Aristoteles in cap ad aliquid relativum praedicalis definit esse illa, quibus hoc ipsum est esse, ad aliquid quodammodo se habere, hoc est, quorum esse formaliter in hoc consistit, ut sint quid respectivum ad aliquid, non quomodocunque, sed certo quodammodo, nempe, ita, ut quatenus talia sunt praecise, verbi gratia, duae alba similia, ut alba similia praecise, seu, ut reduplicant rationem similitudinis, quam habent in albedine, non autem rationem accidentis, vel entis, ut aliam cum huiusmodi similitudine identificatam, aut etiam in huiusmodi similitudine, si omnino adaequate, & non praecise sumeretur, in eisam, sine quid pure respectivum ad aliquid tanquam ad primum terminum, per hoc enim (suppositis communibus conditionibus, ad hoc, ut aliquid directe in praedicalibus ponatur, requiritur, & supra explicatis) formaliter constituuntur relatiua praedicalia.

Nec sine aliqua ratione Aristoteles aflatam definitionem differre putavit ab alia, quam ibidem, ex antiquis afferit, his verbis: ad aliquid talia dicuntur quaecunque haec ipsa, quae sunt, aliorum esse dicuntur, vel quomodolibet alter ad alterum, quae definitio convenit omnibus relatiuis, quibus, ita etiam explicari potest, ut conveniat solis praedicalibus.

589 Neque verò ista ratio fundandi est propria relatiua praedicalis, quae dicitur secundum unitatem, ut similitudo, & aequalitas: sed etiam, quae dicitur secundum numerum, seu multitudinem, ut dissimilitudo, & inaequalitas, & cetera modo sit realia, & non solum alia ad relationem praedicalis, sed etiam requisita.

Nulla tamen est relatiua praedicalis, sicut nec transcendentis, quae possit, secundum suam essentiam formaliter sumpta esse in actu. Quae fundamentum, non illius formaliter constituit, &

denominare relatiuū. Distinguitur ab re-
latio predicar. entialis a subiecto, seu fun-
damēto suo proximo, nō realiter, seu a par-
te rei, sed formaliter, seu virtualiter tñ.
Nec vlla sine predicamentalis, siue trāce-
dentalis relatio terminatur ad relationem
sibi formaliter oppositā, sed, vel a bīso-
lum, vel ad relatiuū quidē, non tñ, vt re-
latiuū, sed, vt terminatiuū relationis ad ip-
sum, ac prōinde, vt absolutū. Neque repu-
gnat, sed omnino admittendū est, vnā re-
lationē pradicamentale fundare aliam, seu
tanq̄ relatiuum, alia relatione formaliter
seu virtualiter tñ a se distincta, referri ad
aliā: nec vllā hic hēt absurditatē proce-
lus in in finitū. Et sicut multiplicatur relatio,
siue pradicamentalis, siue transcendentalis,
specie, ad multiplicationem specificā
terminorum, vt termini sunt: ita multipli-
catur numero ad multiplicationē numeri-
cam eorundem. consequenter relatio Filij
ad patrem, & matrem non vna, sed duplex
est, & quidem specie diuersa. Summā autē
pradicamenti relationis genus, non du-
plex, sed vnum est, nempe relatio pradicā-
mentalis in cō, cuius terminus, vt termi-
nus, non nisi redūctiue ad pradicamentū
Relationis pertinet, tanq̄ extrinsecū eius
complementum. Nec dantur in eodē Re-
lationis pradicamento relationis nisi mu-
tuæ, si per mutuas intelligantur, vt cōter
intelligi solent relationes reales, seu essen-
tiā realem habentes in vtroq̄ termino, &
sibi correspondentes: dantur tñ & non mu-
tuæ, si per non mutuas intelligantur rela-
tiones reales quidem, seu essentia in reali-
tate habentes in vtroque extremo, & sibi cor-
respondentes, sed in altero tantū extremo
actu existentes.

Ac licet nulla nec ab æterno, nec ex tpe de-
tur, aut dari possit relatio realis in Deo ad
creaturas, quæ sit entitas a parte rei distin-
cta ab ipso Deo, aut aliquid, a quo Deus ip-
se dependeat, aut quo indigeat, aut a quo
perficiatur: re tñ nihilominus multi Pa-
tres, & Theologi docent, multas, tum ab
æterno, tum ex tpe dari in Deo relationes
reales ad creaturas, intelligendo hmōi rela-
tiones formaliter, seu virtualiter tantū
a Deo distingui. Sed nulla ipsorum est præ-
dicamentalis (quod idem dic de relationi-
bus creaturarum ad Deum) aut transcen-
dentalis, ad oīa, vel plura pradicamenta,
vel ēr ad vnum tñ pertinens directē, vel
ad latus, sed tantum redūctiue: quāuis

aliæ sint analogicē similes relationib; præ-
dicamentaliibus; vt relationes primi perfe-
ctionis dissimilis, seu diuersi a creaturis
quibuscumq; possibiliibus, quæ illi ab æter-
no conueniunt; & relationes coexistentis,
præteritæ, propinqui, inexistētis, quæ eidē
ex tpe conueniunt: alij sunt analogicē simi-
les relationibus illis pradicamentaliibus, quæ
ad omnia, vel plura pradicamenta, vel etiā
ad vnum tantum pertinent directē, vel ad
latus; vt relationes intellectū, & intelli-
gentis, volitū, & uolentis, quæ illi ab æ-
terno conueniunt; & relationes creatoris,
conseruatoris Domini, quæ eidem ex tem-
pore conueniunt.

§ 90 Proprietates, seu attributa relati-
uorum quinq; ab Arif. in c. ad aliquid asse-
runtur.

Primum est, hęc contrarium, quod de con-
trarietate propriē dicta acceptum, vt acci-
pit Ar. in omniibus, sed quibusdam tñ re-
latiuis transcendentalibus conuenit. Secun-
dum est, suscipere magis, & minus, quod idē
quibusdam tñ relatiuis, tum pradicāmen-
taliibus, tum transcendentalibus conuenit: sed
his per se, illis per accidens, ratione funda-
menti, quod aliqua ratione mutetur, siue per
veram intensiōem, aut remissiōem, siue per
aliam additionem, aut detractionem. Ter-
tium est, dici ad conuertentiam: quod nō
est pradicari conuertibiliter, sed explicare
se mutuo, seu vnum explicari in oīdiū ad
aliud, vt cum dicitur pater, est filij pater, &
filij pater filius. atque hoc, vt proprium
quarto modo, omnib; relatiuis siue pradicā-
mentaliibus, siue transcendentalibus, non
in abstracto, sed in concreto sumptis con-
uenit: licet non semper eodem casu, & in-
terdum innouandum sit nomen ad corre-
latiuum explicandum. Itaque concretum,
& abstractum sicut non sunt vere correla-
tina, ita nec verē dicuntur ad conuertentiam.
Quartum est, esse simul natura. simul au-
tem natura dicuntur, inquit rectē Ar. cap.
de simul, quæcunque quidem conuertitur
secundum eius quod est esse. consequentia,
(græcē αὐτὴ τῆ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ) sed ne
quaquā alteri alteri ca est, vt sit, vt in du-
plo, & dimidio. quarum conditum prior
non restringitur ad esse principaliter, &
simpliciter sic dictum, seu præteritum, sed ex-
tenditur etiā ad præteritum, futurum, &
possibile: nec ita, intelligēda est, vt qua in
differētia temporis est, vnum relatiuum,
in eadem necessario debeat esse alterum;

19
Relatiuum
cum alij
natura.

sed ita, vt vnum sine altero non fit, siue deinde vt runque in eadem, siue vnum in vna alterum in altera differentia temporis fit. Conuenit autem quantum hoc attributum, cum omnibus relatiuis prædicamentali- bus, etiam quibusdam, licet non omnibus relatiuis transcendentibus. Quantum est esse simul cognitione, & definitione, ita scilicet, vt in cognitione, & definitione vnius relatiui stringatur alterum correlatiuum, non quidem sumptum formaliter, sed materialiter, vt terminus est: quod omnibus relatiuis, siue prædicamentali- bus, siue transcendentibus conuenit.

20
Relatiui,
& ab se
si discri-
buntur.

591 Atque ex his tandem intelligi po- test, quomodo relatiuum ab absoluto dif- ferat. Sicut enim relatiuum dicitur, quod est ad alterum, & consequenter non est in- telligibile, nisi cum habitudine ad alteri hoc est, vt paulo etiam clarius rem expli- cemus, quod ad suum esse necessariò re- quirat duo, non tamen ex æquo, sed ita, vt vnum fit illi intrinsecum, & essentialia, al- terum fit illi extrinsecum, necessariò tamen requisitum, vt extrinsecè complectens, & terminans id, quod est illi intrinsecum, & essentialia, quo fit, vt non fit conceptibi- le secundum id, quod, intrinsecè, & essen- tialiter dicit, nisi simul, cum ipso in re, seu directè concepto, concipiatur in obli- quo seu indirectè, etiam illud alterum, quo extrinsecè, completur, & terminatur: Sic absolutum dicitur, quod est ad se, non solum negatiuè, id est, non ad alterum, sed etiam positiuè, id est, habens secundum se, vt tale est, repugnantiam eum habi- tudine, ad alterum. Quod autem secundum se non est ad alterum, non tamen secun- dum se, vt tale est, habet repugnantiam cum habitudine ad alterum, vt ens, in cõ- muni, non est propriè absolutum, sed ab- strahens a ratione absoluti, & relatiui, quibus contrahi potest, quamuis non definit, qui absolutum vocent, negatiuè scilicet, quatenus non est ad alterum. Interdum ta- men relatiuum sumitur, pro pure respecti- uo ad purum terminum, quod solis relati- uis prædicamentali- bus ex dictis conuenit absolutum verò pro eo, quod licet fit quod respectiuum, non est tamen pure respectiuum ad purum terminum, sed aliquam etiam aliam rationem habet, vt, vel cause, vel effectus, &c. quo tenet, dicitur et re- latiua transcendentia, esse purum rela- tiua, partim absoluta, hinc est non esse pu-

rè relatiua, sed præter rationem relatiui, vt sic, includere etiam aliquam aliam ra- tionem, vt dictum est.

592 Sex vltima superiunt prædicamē- ta. Sed de actione, & passione satis dictum est libro superiori, vbi de motu, & vbi de reactione.

Duo tantum adiungo. Alterum est actio- nem constituentem peculiare prædicamē- tum videri communiter sumi potius acti- uè pro causalitate agentis, quam passiuè pro dependentia effectus ab agente loco citato explicata: licet hoc etiam posteri- ori, modo constituitur possit peculiare præ- dicamentum. Alterum est ad prædicamē- tum actionis pertinere quoque; actio- nem, siue immanentem, siue transeuntem, siue corporalem, siue spiritualem, siue sub- stantialem, siue accidentalem, siue successi- uam, siue instantaneam, modo habeant alia, ad ens directè in prædicamentis po- nendum requisita. Idemque proportiona- liter dico de passione respectu prædicamē- ti passionis.

593 Vbi dicitur illud, per quod respõ- detur ad questionem factam per Vbi, & nihil aliud formaliter est, nisi id, a quo ali- quid extrinsecè denominari potest esse a- licubi, abstractendo ab eo, quod fit alicu- bi, vt in loco, vel, vt in spatio, definitiue, vel circumscriptiue.

Atque hoc est summum genus prædicamē- ti Vbi, sub quo, vt species continetur, tum locus physicus, tum etiam metaphy- sicus, sed creatus, de quibus libro superio- ri. Quare Vbi constituens hoc prædicamē- tum non est nisi extrinsecum definiens, vel circumscribens. Quid autem de vbi, quod quidam vocant intrinsecum, sentiendum fit, dictum est librum superiore sub finè cap. 18.

594 Quando appellatur illud, per quod respondetur ad questionem factam per Quando, & nihil aliud essentialiter, quam duratio creata extrinsecè, a qua aliquid denominari potest esse in tali, vel tali du- ratione creata extrinsecè, v. g. inane, uel vesperi. Itaque duratio creata extrinsecè est summum genus prædicamentum. Quando sub qua non continetur solum tempus, qua- uis hæc fit species durationis extrinsecè nobis omnium notissima, a qua proinde sumptum est nomen ipsum prædicamenti Quando, sed etiam duratio æui, & æterni- tatis participata.

21
Actio,
Passio.

22
Vbi

23
Quando.

595 Situs interdum pro loco, interdum pro ordine partium inter se sumitur; sed proprie, ac presse sumptus, vt peculiare prædicamentum constituit, est formaliter positio partium in ordine ad locum, seu spatium, hoc est dispositio quædam singularum partium locati, ad singulas partes loci, seu spatij, secundum, quam locatum dicitur stare, vel sedere, vel iacere, vel alio huiusmodi modo se habere. Quam ob rem non nisi ad res corporeas pertinet.

35
Habeo.

596 Habere, seu habitus varijs sumitur modis, de quibus Aristot. in prædicamentis, & 5. Met. cap. 20. sed, vt vltimum prædicamentum constituit, nihil aliud for-

maliter est, quam vestis, seu indumentum quodeunque (ita, vt sub veste, seu indumēto comprehendantur etiam arma, quibus quis induitur) quatenus potest alicui adiacens denominare vestitum, seu indutum.

Hæc de ente prædicamentali, ex quibus patet etiam quid sit ens non prædicamentale, siue sit transcendens, vt ens, vnum, verum, bonum, siue non, vt domus, Respublica, &c. & ens rationis, seu fictum in communi sumptum, de quo etiam aliquid ad extremitate supra proposuimus entis diuisionis in ens reale, & ens rationis, seu fictum explanationem, sequenti, & extremo capite dicendum est.



ENS REALE, ET rationis, seu fictum.

Cap. VII.



Ens reale dicitur illud, quod a parte rei, hoc est non fictum, seu apparenter, & obiectiue tantum in aliqua potentia, sed citra omnem fictionem in aliqua differentia temporis, vel presentis, vel preteriti, vel futuri, vel saltem possibilis reperitur: quantum ens reale principaliter, & simpliciter sic dictum, sit tantum presentis: ens autem preteritum vel futurum, vel possibile non nisi minus principaliter, & secundum quid seu cum addito diminutive dicatur ens reale, neque ens reale preteritum, vel futurum, vel possibile, ut a libi quoque indicauimus.

Ens autem rationis tripliciter sumitur, effectiue, subiectiue, & obiectiue. Ens rationis effectiue dicitur, quidquid efficitur a ratione, hoc est ab intellectu: cuiusmodi sunt omnes eius operationes, & omnia prudenter, & artificiosè facta, quæ ab intellectu, tanquam à prima causa proficiunt, & in se sunt entia realia. Ens rationis subiectiue dicitur, quidquid in ratione, hoc est in intellectu, tanquam in subiecto recipitur: cuiusmodi sunt omnes eius operationes, & omnes habitus, qui in illo subiectantur, & sunt item in

sentia realia. Ens rationis obiectiue dicitur, quidquid rationi, hoc est intellectui obijcitur cognoscendum: quod tunc est reale, cum a parte rei modo supra explicato reperitur, tunc non est ens reale, sed proprie, ac presens rationis, & fictum, cum non a parte rei modo supra explicato, sed tantum obiectiue in ratione, seu in intellectu, a quo fingitur, reperitur.

Maioris tamen claritatis gratia quinque distingui possunt genera entium rationis obiectiue tantum, seu fictorum a ratione: vnum, quod intelligitur, ut realiter presens, cum non sit realiter presens: alterum, quod intelligitur, ut realiter preteritum, cum non sit realiter preteritum: tertium, quod intelligitur, ut realiter futurum, cum non sit realiter futurum: quartum, quod intelligitur, ut realis essentia, abstracto ab esse presenti, preterito, futuro, & possibili, cum non sit realis essentia. In non totidem alia distingui possunt, si quis intelligat, ut realiter non presens, vel preteritum, vel futurum, vel possibile, vel non habens rationem realis essentia, quod realiter est presens, vel preteritum, vel futurum, vel possibile, vel habens rationem realis essentia, quæ licet receptiore quidam non appellentur entia rationis, sed non entia rationis: tamè

vt ſunt obiectiue tantum in intellectu, vere ſunt entia rationis; eſt nihil veter, ad aliorum, quæ diximus, entium rationis diſtinctionem, appellare entia rationis negatiua. Vt in pauca conſeram, quid quid non ſolum per ſecundam, aut tertiam, ſed etiam per primam intellectus operationem ſue directam, ſive reſſexam, intelligitur, vt ens, cum non ſit ens aut, vt non ens, cum ſit ens, id omne dicitur, & eſt ens rationis ſimpliciter ſic dictum, hoc eſt a reali diſtinctum, de quo hic loquimur, & quod ſuo modo, id eſt ſi dè dari certum eſt: recteque deſinitur eſſe illud, quod eſt obiectiue tantum in intellectu, ſive deinde ſumatur intellectus pro potentia intellectiua, cui mediâ ſive pro intellectiue, cui immediatè ens rationis obijcitur, vel obiectum eſt, vel obijcitur, vel obijci poteſt. Inter omnia tamen entia rationis, illa maximè talia videntur; quæ intellectui obijciuntur, vt reales eſſentiz, vel res realiter poſſibiles, cum non ſint reales eſſentiz, vel res realiter poſſibiles.

198 Et quamuis nullum ſit ens rationis obiectiue tantum, quod non ſit etiam ſictum ab eadem ratione; diſtingui nihilominus alio modo ſolent entia rationis in ſictitia, & non ſictitia, ſeu potius in omnino ſictitia, & non omnino ſictitia. Omnino ſictitia dicuntur, quæ ſine vilo fundamento determinato, hoc eſt proximam intellectui occaſionem ad cogitandum ſigmentum præbente, ſinguntur, vt uarij generis chimæ: non omnino ſictitia dicuntur, ad quæ ſingenda intellectus habet fundamentum aliquod determinatum modo explicato: & hæc ſubdiuiduntur in entia rationis grammatica, rhetorica, logica, &c. prout in rebus grammaticis, rhetoricis, logicis, &c. ſinguntur: cuiusmodi ſunt illa entia rationis, quæ a quibuſdam dicuntur fundari in denominationibus extrinſecis ab intellectu, vel voluntate, vel alia potentia reali, vt eſſe cognitum, eſſe ſubiectum, eſſe prædicatum, eſſe volitum, eſſe amatum, eſſe viſum, & ſimilia, quæ formaliter ſunt entia realia, hoc eſt concreta accidentalialia, ſeu denominatiua a forma extrinſeca cognitionis, ſubiectiōis, hoc eſt cognitionis, qua aliquid cognoscitur, vt id, de quo aliquid prædicatur, &c. ſunt inquam formaliter, ſeu ratione formæ entia realia:

materialiter autem, ſeu ratione materiæ, ſeu ſubiecti, interdum ſunt entia realia, interdum etiam rationis. et quando etiam materialiter ſunt realia, optimè intelligi poſſunt, & communiter intelliguntur ſine vilo ente rationis, ſeu ſictio. vnde multas recentiorum quorundam de his denominationibus extrinſecis opinatiōes, quæ enuemeratæ tantum non eſt, facile reſellas.

Poſſunt tamè in quibuſlibet rebus ſingi entia rationis ſine vilo fundamento determinato modo explicato.

Diuiſio autem, quæ a quibuſdam afferitur, entis rationis, quod eſt obiectiue tantum in intellectu in relationem, priuationem, & negationem, quatenus etiam priuatio, & negatio cognoscuntur, vt entia, cum non ſint entia, non eſt adæquata, etiam ſi reſtringatur ad ens rationis non omnino ſictitium: adæquata erit, ſi diuidas in ſubſtantiam rationis, & accidens rationis, ens rationis abſtraheus, vt eſt obiectiue tantum in intellectu, & ſubſtantia rationis, & accidente rationis, & negationes ſubſtantiz, accidentis, & entis a ſubſtantia, & accidente abſtrahentis realis a ratione conſiſtentiſ: cuiusmodi alias multas entis rationis diuiſiones aſſignare poſſes.

Quemadmodum tamen nullum ens rationis ſimpliciter ſic dictum eſt verum ens ſimpliciter ſic dictum, ſed tantum: ſictio ita nullas habet, aut habere poteſt veras cauſas ſimpliciter ſic dictas, ſed tantum ſictas.

Iraque cauſa illius efficiens ſicta dici poteſt intellectus, qui eſt eſt cognitio nem, qua ipſum concipitur: cauſa finalis, illa quæ finaliter mouet intellectum ad efficiendam prædictam cognitionem, qua ipſum concipitur: cauſa materialis, & formalis, quando concipitur ad modum compositi ſubſtantialis, aut accidentalis, partes, quæ concipiuntur, vt materia, & forma ipſum cõponere: cauſa verò materialis, ſeu ſubiectum, quando concipitur ad modum accidentis in aliquo in hærenti; illud ipſum, in quo concipitur in hærenti.

Quod ſi concipiatur per modum entis ſimplicis, & per ſe ſtantis, poteſt in illo ſingi cauſa materialis, & formalis metaphyſica, id eſt genus, & differentia.

3
Entis rationis cauſa.

Idem proportionaliter dic de proprietatibus, quas item nullas nisi fictas habet.

199 Si autem quæras, an ens rationis idem sit, quod secunda intentio distinguendum est: intentio enim, quæ proprie, & præse dicitur de actu, quo voluntas intendit finem, latius sumpta, ut dicitur etiã de actibus intellectus, distinguitur in primam, & secundam, & utraque rursus in formalem, & obiectivã: sed apud aliquos prima intentio formalis dicitur cognitio intellectus directã; secunda, reflexa: prima vero intentio obiectiva dicitur obiectum cognitionis intellectus directã; secunda, obiectum reflexæ: & sic non semper, sed solum aliquando idem est ens rationis, & secunda intentio obiectiva, nam formalem verum est semper esse ens reale.

Apud alios vero prima intentio formalis dicitur cognitio quæcunque intellectus tendens in obiectum reale: secunda, cognitio quæcunque intellectus tendens in obiectum rationis: prima vero intentio obiectiva dicitur prædictum obiectum reale: secunda prædictum obiectum rationis, & sic semper idem est ens rationis, & secunda intentio obiectiva, nam formalis semper est ens reale, si rursus quæras, an ens negativum, & privativum sint entia rationis?

Respondetur ens negativum, & privativum, qua ratione intelliguntur ad modum entium, esse entia rationis, quamvis negatio, & privatio secundum se non sint entia rationis, sed non entia, quæ ut non entia intelligi nullo modo possunt: sed Deus quidem res omnes, & singulas, ut sunt, perfectissimè cognoscens, & comprehendens, eatenus etiam non entia intelligere dicitur, quatenus intelligens in vnaque re non solum omnes, & singulas rationes intelligibiles, quæ in illa re sunt, vel fuerunt, vel erunt, vel esse possunt; sed etiã illas esse omnes, & singulas rationes intelligibiles, quæ in illa re sunt, vel fuerunt, vel erunt, vel esse possunt, habet actum eminentissimè æquivalentem ijs omnibus, quibus nos eadem non entia, seu negationes, & privationes, siue per primam, siue per secundam, siue per tertiam intellectus operationem intelligimus. Idemque proportionaliter dicendum de Angelis, quatenus res, ut sunt, intelliguntur. nos autem, etsi possimus interdum eodem proportionaliter modo dici intelligere aliquid non ens,

verbi gratia, essentiam circuli non esse essentiam trianguli, intelligendo non solum omnia, quæ sunt de illorum essentia, sed etiam illa esse omnia, quæ sunt de illorum essentia, per quamcumque demum in intellectu operationem id intelligamus: communitè tamen negationes, & privationes non intelligimus nisi ad modum entis possitui seipso formaliter tollentis, seu remouentis ens negationis, & privationis oppositum, atque ita formato ens rationis, siue quoque iudicium negativum formale vnaquam elicere possumus, quidquid aliqui contradicant, licet virtuale, seu æquivalens modo explicato interdum possumus. Quomòdò nullo modo admittendum est, quod quidã recentiores aiunt, ens rationis fieri per illã tantum intellectus operationem, qua ens cum non ente, ut non ente copulatum intelligitur, cuiusmodi operatio nulla est, aut esse potest: quævis verum sit, intellectum cum ens rationis format, si intelligere, siue per primam, siue per secundam, siue per tertiam operationem, duo, vel tanquam inter se connexa, quæ in re non sunt connexa ut Angelum, & corporeum, duo, vel tanquam Angelum corporeum; vel tanquam inter se non connexa, quæ in re sunt connexa, ut Angelum, & non substantiam, si fingat Angelum non esse substantiam, &c.

600 Dux adhuc ad perfectam entis rationis explicationem reliquæ videntur quæstiones, an omnis, & solus intellectus, faciat, eo modo, quo fieri potest, si cõte scilicet, ens rationis? Ad priorem respondetur intellectum etiam Angelicum posse ens rationis facere, tum indirectè, & mediatè, intelligendo directè, & immediate nostram v.g. cognitionem, qua ens rationis fingimus, si est illi notam esse velimus, aut exteriori manifestemus, & consequenter intelligendo indirectè, & mediatè ipsum ens rationis, quod huiusmodi nostræ cognitionis obiectum est tum etiam aliquando directè, & immediatè, intelligendo aliquid, quod habeat solum esse obiectivum in illo, satem loquendo de intellectu deum: non aliquid sibi non euidenter notum coniectante, & temere iudicante: licet intellectus humanus ob suam in, intelligendo imperfectionem multo plura, quam Angelicus entia rationis fingat: intellectum autem diuinum non posse directè, & immediatè facere ens rationis, posse tamen indirectè, & mediatè, cognoscendo, ut necessariò cognoscere dicendus est, omnes cognitiones

4
Prima, &
secunda
intentio.

5
Ens negativum &
privativum

6
Quis in
est illius
faciat ens
rationis

creatas, quibus entia rationis finguntur, & conſequenter ipſa etiam entia rationis, quæ ſunt huiusmodi cognitionum obiecta, quæ, vt ſunt obiectiue tantum etiam in intellectu diuino, dici poſſunt ab illo fieri modo dicto. quæ uis non idcirco intellectus diuinus entia rationis modo dicto cognoscens dicendus vlla ratione fit decipiunt cum de illo entia rationis modo dicto cognoscens fermo eſt, a fingendi quoque vocabulo, ne qua rudiſſimis errandi præbeatur occaſio, abſtinendum videatur: tamen nihil eo vocabulo aliud in hac materia ſignificetur, niſi fieri in obiectum, quod non fit a parte rei tale, quale obijcitur. Ad poſtერიorem reſpondetur ſolum intellectum poſſe facere ens rationis propriè dictum, quod ab ente ficto, ſeu, vt recentiores quidam vocant, abuſiuo diſtinguitur, vt ſpecies a genere: ita, vt omne ens rationis fit ens fictum, ſed non omne ens fictum fit ens rationis propriè loquendo: licet interdum, propter quandam analogiam, ens rationis late dicatur quodcumque ens fictum, tamen ſi non a ratione, ſeu ab intellectu, ſed ab alia potentia fictum fit, vt ſæpe ſingitur a potentijs ſenſitiuis,

non ſolum internis, ſed etiam externis, cuius uis, vel alius externus ſenſus circa aliquod obiectum decipitur iudicando iudicio ſenſitiuo obiectum maius, minus uè, quàm fit, vel diſtortum, cum fit reſtū, &c. Quare, ſicut ens fictum a ratione denominatur ens rationis, ita ens fictum a ſenſu denominari poteſt ens ſenſus. An autem ab appetitiuis quoque potentijs circa ens fictum verſantibus, vt ſæpe contingit, dicendum ſit huiusmodi ens ſingi, quaſtione poteſt eſſe de nomine. certum eſt, ſupponi prius fictum ab aliqua potentia cognoscitiua: certum etiã eſt, cum appetitur, eſſe obiectiue tantum in potentia etiam appetitiua, a qua appetitur; quod autem obiectiue tantum in aliqua potentia eſt, vt tale eſt, niſi prohibet dici ſingi a potentia appetitiua, hoc eſt eſſe fictè dependet a potentia appetitiua, eodem proportionaliter modo, quo id, quod eſt obiectiue tantum in intellectu, dicitur ſingi ab intellectu, hoc eſt eſſe fictè dependet ab intellectu. Quæ mobere, ſi quis ens fictum in comuni definire velit, reſtè dicit eſſe ens, quod obiectiue tantum in aliqua potentia cognoscitiua, vel etiam appetitiua eſt.

7
Hæc ſunt.

Sed huius capituli, omniumque harum Theſum, quas in Parmenſi Academia Societatis I E S V triennio traditas, & tribus hiſce libris digeſtas, ita, diuino ante omnia ſæctus præſidio, pro mearum tenuitate virium, defendendas propono, ut quidquid in ijs aſſeritur, Eccleſiæ Catholice Romanæ iudicio, non minus mea, quam iuſticatoris mei ſplendore, ſubijciatur, ad maiorem Dei gloriam, ſuis hiſc eſto.



BIBLIOTHECA
ROMANA
S. P. L. G. EMANUELE





